

etiam ulcera fordida repurgant, panos & inflammationes cum melle imposita discutunt, & cutem à capite avulsam conglutinant. Ois etiam ulceribus & aphthis commanducata medentur.

Sed & eorum succus, ac ipsum etiam decoctum eosdem habent effectus. Admotus enim succus sanguinis eruptionem, fluxum muliebrem, oculorum staphylomata, pustulasque inhibet: insuperque ulcera veteresque defluxiones sistit. Quapropter etiam in collyria additur, ad palpebrarum erosiones perquam utilis. Ad exprimendum verò succum folia tundere oportet, & affuso vino aut aqua exprimere, illumque sole siccatum in pastillos digerere. Est porro qui cum vino exprimitur tum valentior, tum ad recondendum aptior, eo qui cum aqua expressus fuerit. Facit & ad anres purulentas atque exulceratas: Folia cum hordeacea farina illita Cœliacijs conveniunt. Videntur, autem, cum Floribus folia, ut spodij vicem præstent, in olla cruda, cujus os luto sit oblitum, usque dum figlinum percoquatur: inde vino restinguuntur, iterumque vino subacta, eodem modo cremantur: postremo cerussæ modo lavantur, & coguntur in pastillos. Ceterum creduntur ustionis ejusmodi ratione in medicamentis oculorum spodio minimè cedere. Quare & iisdem viribus pollere censendum est. Hæc Diosc.

Hinc patet aperte falli Amatium, & immemorem verborum Diosc. fuisse, quando ait, Flores & folia Oleastri combusta, pro spodio usurpari, Arabum in vento.

Elephas Chameleonte concolori frondi devotato, occurrit Oleastro, huic veneno suo, inquit, Plinius, qui reliquas quoque Oleastri vires his complectitur. Foliorum eadem natura, [scilicet cum Oleæ folijs.] Spodium è cauliculis vehementius inhibet rheumatismos. Sedat & inflammationes oculorum, purgat ulcera, alienata explet, excrecentia leniter erodit, siccatur, & ad cicatricem perducit. Cetera ut in Oleis. Peculiare autem, quod folia decoquantur ex melle, danturque cochlearibus contra sanguinis excreta. oleum tamen acrius atque efficacius: Et os quoque collucitur illo ad dentium infirmitatem. Imponuntur folia & Paronychijs, & carbunculis, & contra omnem collectionem cum vino: ijs verò quæ purganda sunt, cum melle. Miscentur oculorum medicamentis, & decoctum foliorum & succus oleastri. Utilliter etiam auribus instillatur cum melle, vel si pus effluat. Flore Oleastri condylomata illinuntur & epinyctides. Item cum farina hordeacea venter in rheumatismo cum Oleo, & ad capitis dolores. Cutem in capite ab ossibus recedentem cauliculi decocti, & cum melle impositi, comprimunt. Ex Oleastro maturi [fructus] in cibo sumpti sistunt alium. Tosti autem & cum melle triti, nomis repurgant, carbunculos rumpunt. Hactenus Plin.

Hipp. l. 2. morb. mul. ad fluxum rubrum inter reliqua medicamenta *ἰσάριον ἀγροῦ*, id est, Oleæ agrestis scabiem habet. Sic enim Plin. l. 17. cap. 24. *ἰσάριον*, interpretatur, quam dicit morbum omnium arborum communem. Eandem, l. 23. c. 7. Lichena appellans. Quid si impetigo intelligenda, quam supra ex Theoph. diximus oleæ peculiarem, ut scabies in Fico?

Gratam etiam oleastri frondem Capris esse Lucretius testatur, qua homini nihil amari:

*Barbigeras Oleaster eò inorat usque capellas*

*Effluat [Ambr. fia] quasi verò hec tere rinctas. Ac nihil est homini fronde hac, quod amarius exster.*

Oleastri materiae perpetuam naturam tribuit Theoph. & propter amaritudinem, à nulla neque teredine, neque tineâ erodi.

Minora etiam simulachra, tam ex huius quam Oleæ radicibus sculpi solita, quod rimas non admittant, & materiae æqualitate quodammodo constare videantur. Ex Oleastro etiam breviores marculi & cerebris vagina fiunt, quod in totum Oleaginea nodosior sit crispa, & spissa. Ac etiamnum hodie ex Oleastro delicatiora fieri operam Germania Cordus testatur.

Cæterum, quod ex fructu Oleastri exprimitur Oleum, potentius astringit, inquit, Diosc. quam vel omphacinum, & ad usum sanorum secundum, sibi locum vendicat. Caput dolentibus, rosacei vice, convenit. Sudores sistit, & defluos capillos inhibet. Quinetiam fures & capitis ulcera manantia, Scabiem & lepras extergit: moraturque canos, si quotidie illiatur. Idem & ad gingivas uligine putri laborantes collucitur, dentesque labantes confirmat. Eiusdem calfacti & excolati fofus gingivis fluxione tentatis est accommodatus. Lanam specillo circumdatam in Oleum demergere oportet, ac gingivis tantisper adhibere, dum alba conspiciantur.

Plin. Oleastri Oleum tenue dicit, multo que amarius quam oleæ, tantumque ad medicamentum utile. Gal. & eum secutus Paulus, non simplicem ei temperaturam tribuunt, quippe, quod astringat simul & extergat, sed admodum squallidum dicunt. Curtius calidissimum dicit, ex omni Oleorum genere. Hoc in cibos non venit. Si quis tamen eo quotidie barbam vel capitis capillos inunxerit, canitiem remorabitur, teste Amato.

E L E O M E L L I

IN Palmyreno Syriæ tractu, ut scribit Diosc. quod Eleomeli vocant, ex quodam caudice manat, Oleum crassius melle, sapore dulci. Id cyathis duobus bibitum cum una aquæ hemina, crudum biliosumque humorem alvo detrahit. Sed qui assumpserit torpescunt, viribusque destituuntur. Attamen eo minimè terri oportet. Quin excitandi sunt, neque permittendum ut somno graviore consopiantur. Eiusdem meminit & Plin. his verbis: spontè nascitur in Syriæ maritimis [in syriæ Palmyris vet. & Diosc.] quod Eleomeli vocant. Manat ex arboribus pingue, crassius melle, resina tenuius, sapore dulci, & hoc medicis. Item alibi: Eleomeli, quod in Syriæ ex ipsis Oleis manare diximus, sapore melleo, non sine nausea, alvum emollit. [soluit vet. & ch.] Bilem præcipue detrahit: duobus cyathis in hemina aquæ datis: qui bibere, torpescunt, excitanturque crebro. Potiores [pugnatores, alij] certaturi præsumunt ex eo cyathum unum.

Aurelian. Oleum Syriacum vocat, laudatque in Paralyti, ut mordicans, ac tendens emolliens.

Her. mol. reprehendit Plin. quod in maritimis Syriæ nasci scribat, cum tamen Palmyra longè à mari ab sit: idè, non maritimis sed Palmyris, legendum coniecit nisi quis, locum unde id excerpit, non Palmyris, sed Almyris, legisse Plinium existimet: quod in tanto se viro dubitare nullo modo posse ait.

Cæterum Diosc. arborem ex qua manat Elzo

Oleæ Oleastri vites.  
Capitis dolor.  
Sudor.  
Capit. de fluxu.  
Fures.  
Ulceris cap.  
Scabies lepra.  
Gingiva purulenta.

Temperans

Locus, substantia, Sapor, Virtus, Purgans.

Plin. cor. rect.

Oleum Syriacum. Temperans.

Plin. Cor. sig.

Grana ulcera  
Lang. si. au.  
Nemesi  
Oculi. pu.  
Succus ut  
Sua.

Arrium  
Sua.  
Celiaci.  
Spodij  
Sua.

Amatium

Syriam

Sanguis

Cap. dolor.

Alvum

Scabies

Lingua

meli ignorare videtur, non enim nominat, sed indefinitè tantum ex quodam caudice dicit: At Plin. apertè Oleas eius regionis esse testatur. Sed ad hoc cap. Diosc. Marcellus peculiarem opinionem habet: Nam [ait] Dioscoridem dicere, & sponte sua fluere, & opere humano ex summa arboris parte confici eundem docere. Imò sibi ipsi non convenire putat, quòd primùm dicat ex quodam trunco fluere: mox humano opere etiam confici *ἐκ τοῦ θάλασσιν*: quasi Olearum furculos indicaret, quæ apud Athenienses *τὸ θάλασσιν* significatio est. Atque aded difficile putat diversam Diosc. & Plin. historiam in hac re concordem facere. Quapropter *τὸ θάλασσιν* voce corticem furculorum eiusdem arboris intelligit, quæcunq; tandem ea sit: sed pro *λίπης*, legendum putat *λίπης*, i. cortice, idq; hac ratione: nam, inquit, ubi ex trunco arboris humor per se fluit, expressis eiusdem corticibus fluere etiam poterit: persuasitque id præcipue, quòd, conficere verbum, eam hominis operam indicat, quæ, quòd nondum est efficit. Vnguen autem per se propius ad Olei naturam & habitum accedit. Nec ratione caret, ut, quòd in ima arboris parte per se fluit, in summo lateat, nec nisi vi & humana opera extrahi & colligi possit: præsertimque ex corticibus, qui copiosiore, quàm interiores partes in pluribus humore abundant. Hæc Marcellus, qui se tamen non aded hoc decernere fateatur, ut illud penitus damnet. Ingeniosè sanè atque modestè, Nam & imperitis rerum ita rationabiliter uideri posset, & rectè ab eo factum ut non pro indubitato decerneret. Certè nec etiam potuit. Posterior enim illa pars capituli apud Diosc. de Elæomeli, vel potius huius capituli appendix, quæ docet, ex furculis Olearum & Oleum fieri, non commiscenda neque confundenda est cum prioribus. Nam, ut dicebamus, in genere de Olea intelligendum, quòd de Oleo furculorum scripsit Diosc. non de peculiari illa arbore, sive Olea ea sit, ut eundem censemus, & specialius mox explicabitur, sive de alia quadam hæcenus incognita.

Marcelli opinio peculiaris.

Marcellus not.

Diosc. ex. plur. & illust.

Manna.

Oleomeli Cordi.

Oleomeli duplex.

Cordus repreh.

Plin. iuxta Elæomeli non meminit eiusmodi Olei.  
 Hæc Manna [inquit Ruell. Elæomeli: de quo loquitur, intelligens] pertinaciter iis, quibus se inserit, hæret: sic, ut non nisi eum fragminibus decerpatur. Optauerimus sanè declarasset, ubi uiderit, unde profluxerit, quid demique de eius parente sentiat, siquidem specialem hanc adhesionis notam emulgare ausus sit.  
 Cordus Oleomel [ita vocat] quòd in Syria, orbe alieno nascatur, nec authoribus constat è quam emanet arbore, atq; difficile sibi esse fatetur re peregrinam indicare. Non velle tamen oportere duplex esse Oleomeli, alterum quòd sponte sua ex caudice defluat, & alterum, quòd ex eiusdem arboris furculis humana arte eliciatur. Oleomeli similem esse liquorem, qui apud nos veris tempore è Betulla & Quercuum caudicibus sponte sua distillat humor liquido melle crassior: & alium ab hoc esse, qui sauciatis Betullæ & Ostryæ arborum caudicibus aquæ modo liquidus. Verùm, quòd antè diximus, id repetimus, non videri nobis duo Elæomeli tradi à Diosc. statimisque secundum Elæomeli Cordi non dicendum Elæomeli, sed Oleum.

Cornar. apertè fatetur Elæomeli hodie penitus ignotum esse, quòd & Lonic. & Ryffius aiunt, magno errore implicari eos asserentes, qui Mannam existimant.

Lonic. non necessariam dicit quòd Marcell. apud Dioscor. *λίπης*, id est pinguedinem in *λίπης*

mutet. Cur enim [infit] ex frondibus vel ramis arboris, cuius truncus Oleo fluat, non etiam Oleum expresserit humana opera: Quamquam, cum Oleomelle careamus, quid refert, sive ex cortice vel germinibus seu ramulis Oleum exprimatur.

Quamquam verò quotidie plura, variæque mercimensorum genera nobis ex Syria convehantur, Elæomeli tamen, inquit Matth. quòd sciat, non modo non conveli, sed ne ullum quidem audivisse, qui ipsum viderit vel noverit. Idem ait & Diosc. & Plinium communi eorum sententia, quibuscum longam contraxerant consuetudinem, scribere, Elæomeli Oleum esse: & Diosc. addere non modo Elæomeli per se ex arbore manare, sed & factitium haberi tuis furculis. Quibus sanè verbis bis impingit Matth. Non enim scribit Plin. quòd hæcenus quidem legerimus, Elæomeli esse Oleum: Nec etiam Diosc. dixit ex furculis fieri Elæomeli. Apud Diosc. suspicamur *ἐλαίου* vocem superfluum, quando quidem à Plinio omissa.

Amatus quoque Elæomeli Europæ incognitum dicit, & quærit in India ex Nuce uel Palma Indica.

Sed huic historiae maximam lucem attulerunt Pena & Lob. cum scribunt. Olea Monspelij in vinetis duplicem perquam nobilem fundunt laticem: nimirum Oleum bacca callo: & mel sive Elæomeli, quòd mirum dictu, sed verissimum, caudice vulnerato. Atque ex Olea arbore vulgari perquam amara tota & ingrata, cortice, caudice, fructu nondum sale condito, emagare verè melleum, non solum colore, sapore, sed etiam duratione incorruptum experti sumus. Habemus namque, partim iam duodecim abhinc annis collectum à Rondeletio præceptore, partim à nobis quinque ab hinc annis, cum eò nos duxisset Stephanus Barralius, Monspelienis Dioscorides, vocatus, atque in tenellis ramis & stipitibus Olearum arborum, tam insolitas diuitias affatim nos latere monuisset. Tunc enim rinosis è corticibus, partim scalpello sauciatis, facis excepimus, non modò ad explorandum, sed etiam ad amicis impartendum. Verùm, non nisi propemodum penè matura Oliva ac nigricante vel purpurascante, quam Novembri & ingruente hyemis sævitia decerpunt, quisquam reperiet mel istud, ut nos plebecula monebat, quæ interdum tantam copiam ramis aggestam se vidisse una aut altera die ante vel post D. Catherine festum aiebat, ut, aviditati explende, pueri & mendici eò certatim confluerent. In proximis vinetis pone sanum fune cinctorum Franciscanorum, via ad Latresensem portam, etiam non nihil emanabat, & plurimum ferebatur Lunellæ extillare, præsertim sèctis maioribus truncis, è quibus initio melle liquidior latex glutinosus effluebat, postea inibi residens aliquandiu, frigore densior evadebat, atque, non tam mel quàm Mannam veram præ se ferebat, specie, gustu, sapore, concretionem, omnium commilitonum iudicio qui degustarant, inter quos Iac. Vtenhouius Gandauensis, generosus, & multarum literarum medicus doctissimus. Quin iam, dum hæc proderemus, cum multialij degustarunt & mirati sunt, tum Medici singularis eruditionis, vniuersæque materiæ medicæ consultissimi D. Parisiensis Drouetus, & D. Penius Anglus. Hæc illi.

Ceterum, quidam, [ut Hermol.] suspicati sunt Aeromeli sive Mannam, esse Diosc. & Plin. Elæomeli sive Oleomeli: sed multi eam opinionem rejiciunt, nec sine ratione, ut ostendemus l. 8. c.

Marcell. nascatur.

Matth. in minimis.

Diosc. mend.

Elæomeli ex Olea quædam.

Manna Mellom.

Monspel. Dioscorides.

Tempus colligendi.

Lonic.

Diosc.

de

de Manna. Eorum verò opinio, qui existimant Elemeli esse ex Palma Indica nucifera, reiecta est l. 3. ubi de illius Palmæ liquore traditur.

OLEA ÆTHIOPICA EIVSQVE  
La chryma CAP. III.

STRABO Geograph. l. 16. scribit esse insulas in Arabia tres desertas, Oleis obfitas, non nostratibus, sed indigenis, quas Æthiopicas vocat, earumque lachrymam medicam vim habere: quæ, autore Dioscor. [ qui λέγουσιν τῆς Ἀιθιοπικῆς ἑλαιᾶς: Aethiopicæ Oleæ lachrymam vocat ] scammonio quodammodo similis est, fulva, stillis constans exilibus, atque mordax. Quæ verò gummi & ammoniaci similitudinem refert, colore nigricans, nec gustu mordens, inutilis censetur. Nostrates Olea Oleastricæ talem lachrymam fundunt. Facit porrò illa ad visus hebetudines, & oculorum cicatrices albuginesque illita emendat, urinas menselq; ciet. Erosorum dentium cavis indita, ad eorum dolores efficaci est auxilio. In medicamentis quoque exitiali vi prædita refertur. partusque etiam pellit: & impetiginibus ac lepræ medetur. Appellatur autem Æthiopica Olea etiam Olea sylvestris. Hæc Diosc.

Verùm Paulus, l. 7. rei Med. Olea Aethiopicæ lachrymam non Scammonio, sed Ammoniaco tenui, hoc est, guttæ Ammoniacæ, quam vocant, assimilavit, ut ἀντὶ τοῦ Σκαμμονίου [ vel τῆς Σκαμμονίας ] apud Diosc. non intemptivè Sarracenus, ἀμμονιακῶν λαρτῶν legendum suspicetur. Nec obstare putat, quod paulò pòst subdit Dioscorid. lachrymam Ammoniaco similem inutilem & inefficacem esse. Nam de ea lachryma, quæ Ammoniacum vulgare, nimirum crassius, sordidius impuriusve referat, hoc accipiendum existimat.

Hermol. annotat Oleæ Aethiopicæ lachrymam in pretio esse. Et tamen nescit quid sit. Subdit enim: Sit hæc Arabica quæ & ipsa dotatur lachryma, nondum constat mihi, quanquam puto eandem esse, quoniam in Arabici sinus desertis tribus insulis, ut inquit Strabo, nascitur: utcunque in Arabia stillat eam Olea, qua medicamentum conficitur ἑλαιῶν appellatum, singulari effectu contrahendis vulnerum cicatricibus.

Sunt qui hoc esse putent gummi genus illud, quod Neoterici Elemi quasi Enhæmi appellant: ad ossa etiam fracta calvæ conglutinanda cantatissimum. Oleas autem has in Arabia nasci ait idem, in maritimis & fluctibus, æstuque operiri Rubro mari: nec baccæ noceri, cum constet & in foliis salem relinqui.

Ex Aethiopia usque [ ut ex Comico ait Marcel. ] Aethiopicæ oleæ lachryma quondam Græciæ importabatur.

Non, ideo, parum certam eius in Græcis & Latinis demirabitur aliquis historiam, quam ab extremo orbe & incoctis calore Solis gentibus didicisse oportebat. Neque à nobis desiderabit quisquam, quæ in tam longinquo & inaccesso orbe nascentia cognosci ætate nostra non possunt. Nescimus enim nos an ad mare hæc lachryma Olea sit in Arabia nascentis quæ in rubri maris, littoribus vivens, fluctibus & æstu aliquando operitur, salémque in foliis ostendit.

Plin. inter Aethiopiæ arbores eius non meminit: distantque tam longo intervallo inter se Aethiopia & Arabia, ut non verisimile sit, quod

in Arabia nascitur, Aethiopiæ à Diosc. tributum fuisse. Nec mirum ignorari hoc tempore rem, cum Paulus ex aliorum fama potius, quam ex plantarum historia dicat, dicere quosdam Oleastrum esse Aethiopicam oleam, quod utique ex Diosc. hausit. Ruell. tamen oleam Aethiopicam omninò separat à sylvestri olea.

Oleastrum in Aethiopia lachrymam hodie incognitam Cordus quoque fatetur: quosdam tamen esse dicit, qui existiment esse Gummi dictum Elemi, seque id neque negare, neque asserere.

Nos verò de Gummi Elemi egimus, l. 5. post arborem Molle, cujus lachrymam esse putamus.

Quod verò ipsam arborem oleæ Aethiopicæ attinet, idem Cordus ait, considerantibus eam, eiusque materiem, nullam inventam esse, quæ æquè eius habitum referret, ut lignum quod Rhodij aut Rhodisij cognomine circumfertur. Sapissimè autem ignaris pro Agallocho, hoc est, Xyloa loc substituitur, de quibus suo loco.

Ex eadem aut simili coniectura Cæsalp. Ad simulachra, inquit, perpetua hodie Oleastrum Rhodium maxime expetitur, maculosa facie, prædensum, ut quodam modo Agallochum Indicum æmuletur, impostoribus adulterandi ansam præbentibus. Et addit: Oleaster, id est, sylv. Olea in Aethiopia lachrymam fundit. In mari rubro peculiarem de scribit Theoph. è cuius lachryma medici medicamentum componunt sistendo sanguini. Plin. Enhæmon appellari scribit Oleæ lachrymam in Arabia. Fortè fuerit gummi Elemi. Hæc ille.

Verùm has coniecturas alibi explosimus, præsertim de Elemi resina, sicut & Apollinis. Quod de mari rubro peculiari addit ex Theoph. sciat, aliud esse marinum, sive in mari: aliud iuxta mare, sive maritimum, quod in littore vel tractu mari vicino nascitur. De Olea, autem marina Theoph. trademus ultimo hujus operis libro D. V. inter marinas plantas.

OLEA ΚΑΛΙΣΤΕΦΑΝΟΣ

ARISTOTELIS.

CAP. IV.

IN Pântheo inquit Arist. Olea est, quam Callistephanum vocant, omnia folia reliquis Oleis contraria forma producens: Quippe, quæ supinam non pronam partem habeant viridiorem: ramos mittit quemadmodum Myrtus, unde & sumpta plantula Hercules in Olympiis Oleam plantavit, athletis coronas suppeditantem. Distat ab Ilisso fluvio stadiis LX. muro circumjecto munita. Ac ne quis tangat, grandi pœna cavetur. Hinc & Olea decerptum furculum, in Olympio campo plantarunt, ut victores inde coronis donarentur. Apud Pausaniam quoque legitur Oleastro Callistephano victores Olympios coronari solitos, sicq; solam eam Oleam quæ in Olympia nascebatur vocatam, quemadmodum in Academia satam, Moriam Græci dixerunt, ut Aristoph. & Pollux prodidere. At Theocriti interpres cum Aristoph. & Arist. Callistephani Olea, non Oleastri, ramis coronatos fuisse unanimi consensu scribunt. Mirum verò à solo Aristotele annotatum Oleam hanc à cæteris diversam, & à nullo alio, præter iam citatos autores, qui tamen differentiam hanc non tradunt, il-

Lachryma  
Aethiopia.  
Favitas.  
Vitis &  
vitis.  
Alopi.  
Ficus, mē-  
su.  
Epidem-  
ti, carū-  
quidam.  
Focum  
et.  
Pariam  
pūm.  
Lupini.  
Lora.  
Olea syl-  
vestris.

Arabica  
lachryma.

Est  
medicamē-  
tum ad  
Soluta.

Gummi E-  
lemi.

Hermol.  
Sagittar.

Lignum  
Rhodium.

Oleaster  
Rhodius.

Cæsalp. et  
Apollo not.

Descriptio.

Herculis  
Olea.

lud observatū. Ea verò foliorum contraria forma peculiarem etiam hanc historiam postulabat.

OLEA INDICA.

C A P. V.

Locus.

MEMINIT quoque Theoph. Oleæ Indicę, quam in montuosis nasci scribit, verum sterilem esse, ac medię naturę inter Oleastrum atque Oleam. Sed & specie tota distare, & folia eius latiora quàm Oleastri, angustiora quàm Oleæ.

Descriptio.

Aliter Plin. Oliva Indię, inquit, sterilis, præterquàm Oleastri fructu. Sanè si sit sterilis, non erit Oleastri fructa: & vicissim, si Oleastri fructum ferat, non erit sterilis. Ideo non displicet Const. iudicium, qui sic emendat: Oliva Indię sterilis: ceteris, præterquàm fructu, Oleastri. Debuissent sanè qui illas oras perlustrarunt, ad vivum arborem hanc describere, & in quibus ab Oleastro & Olea nostrate differat graphicè depingere.

ELÆOSTAPHYLOS.

C A P. VI.

Olea & vitis concordia.

CÆSAR Constantinus, vel quisquis alius sit operis Geoponici, quod eius nomine circumfertur, autor, (quem quidam Dionysium Vticensem putant) huius historiam recenset ex Varrone quodam, ut ille ait, his verbis: Non est silentio prætereundum, quod de Oleæ cum vite naturali consensu tradit Florentinus undecimo Georgicon. Ait enim, si quis Oleam in vitem inferat, non solum uvas, sed olivas quoque parere. Talem arborem addit sibi visam apud Marium Maximum, qui cum fructum eius degustasset, negavit unquam se quippiam comesse, quod magis Oleam uvamque resiperet, tam exactè simul utriusque saporem linguæ representatum. Nasci autem tales arbores in Libya prodit, vocarique patria regionis voce Vbolima. Perticas igitur subiiciendas, quibus ramorum onus sustinere queat. Si verò alio quovis modo inferatur, iisdem non esse opus. Ergo propter terram vitem terebrandam, & Oleæ ramum immittendum suadet, ut & à vite dulcedinem, & è terra naturale alliciat alimentum, ut tandem eius iucundiore cibo fruamur. Postea autem minori molestia fructum ex ea capi, ubi vitem non amplius onerat suo pondere, si videlicet acceptum ex ipsa ramum transplantemus. Servaturam enim misturam atque naturam progenitorum, si probe fuerit irradiata. Appellatur autem fructus à promiscua parentum conditione Elæostaphylos Græcis, quem Latine Vvoleam, vel Oleuvam dicere possis.

Locus. Vbolima.

Modus inferendi.

Etymon. Vvolea, Oleuvam.

OLEÆ OLEASTRI ET OLIVELLÆ æquivoca & succedanea.

C A P. VII.

Æquivoca. Ziziphys alba.

CÆTERVM his nominibus, Olea, Oleaster, Olivella, variæ donantur plantæ, præter Oleas antè dictas, ut Ziziphys alba, mox dicen-

da, quæ Oleaster. Olea sylv. & Olea Bohemica dicitur.

Oleaster Germanicus, qui aliis Rhamaus, paulò post sequetur. Coccygia malè existimatur à quibusdam Olea Cilibrica.

De Coccygia autem, quæ Cotinos quibusdam dicitur egimus, l. 4.

De Olea Cilibrica vel Calabrica Colum. quam Hermol. & alij malè putarunt Chamelçam, actum lib. 5.

Multis etiam Chamelçea dicitur Olea humilis & Olivella, eaque nomina variis imponunt plantis.

Laureola folio perpetuo, & folio deciduo dicuntur Olivellæ & Oleastellæ, de quibus, lib. præced.

Olivellam suam habet Cæsalp. de qua sub titulo, Chamelçea subtus incana.

Ligustrum quidam vocant Olivellam.

Phillyrææ genus Oleaster dicitur Clus. autore.

Lycium Narbonensium oleæ species est Lob. de quo infra.

Habetur & Lignum Rhodium pro Oleastri genere.

Buxi item genus malè apud Plin. dici oleastrum, antè dictum.

Oleam maris rubri non benè suspicantur Apollo & Cæsalp. esse Oleam Aethiopicam & Elemi, ut ostensum paulò antè. Olea autem maris rubri Theoph. describetur inter marinas plantas.

Matth. tradit suam Ptarmicam Olivellam multis vulgò dici.

Inter supposititia Diosc. scriptum Ebulum Dacis dici Olivam.

Oleastrifolia quibusdam est Nerium sive Ledum alpinum.

Nerium dicitur Oleander.

Et quibusdam Oleander Avicen. ut & à nobis cap. de Cneoro.

Quid sibi velit tractatus quid pro quo, substituens Olivæ Agypticæ Adarces duplum nescimus.

Nec etiam placet pro Olivæ foliis præscribi folia Plantaginis.

Dod. annotat apud Diosc. depravatè, cap. de Orchi ἐλαία μαλακή, pro σπιθαμά μαλακή.

Elçagni seu Oleagni nomine plures quoque plantæ traduntur de quibus sub Elçagno.

SPINA OLEVUM PROFERENS

ET ALIÆ SPINÆ.

C A P. VIII.

CÆSAR, autor est apud Athen. in Carmania Oleum è spina [ἐλαίου ἀκανθίου] fieri, quod rex utitur: puta, vel ad ciborum condimentum, vel ad illitum corporis. Sed è qua spina id fieret non explicat.

κατ' ἐξοχὴν Græci ἀκανθίου, spinam vocant è cuius fructu Acacia exprimitur. Quidam legunt Oenanthinum, ut notat Dalech.

Theoph. Ariana spinę meminit, è qua cum Sol oritur stillat Myrrhæ similis lachryma: verba eius sunt: In regione Aria dicta [quæ & ipsa Indiarum una] spina est, ἀκανθα, ex qua lachryma gignitur Illyriæ aspectu odorèque similis. Hæc ubi Sol illuxerit profluit. In textu habetur, ὁμοίον τῆ

ἰλλυρία. Dal. legit τῆ γαβυραε σμύρνης, id est, Gabyræ Myrrhę. Sed vulgata Plinij lectio non consentit. Sic enim habet: Contermina Indis gens

Ariana

Myrrhæ similis lachryma. Theoph. & mend.

Ariana appellatur, cuius spina lachrymarum pretiosa, Myrrha similis, accessu propter aculeos anxio. Ex sole nimirum accessum anxium fecit, & pro Illyria, ut in vulgatis nostris habetur, Myrrham apponit, nisi quis hanc ipsam Illyricam lachrymam dicendam velit. Strabo l. 15. Gedrosiam ferre Myrrham & Nardum scribit. Est autem Gedrosia Arifanae contermina.

cum fellis bubuli momento, aut aceto, aut aloe. Quamobrem familiare admodum & perquam salubre medicamentum est omnibus illius regionis incolis, praesertim Malabar provinciae, quoniam lumbricis valde sunt obnoxij, Magnus est etiam eorum usus, cum florum & fructus in articularum doloribus, tumoribus, membrorum debilitate, & apostematibus. Oleo quoque Malabareses & vulnera, & nervorum puncturas atque dolores & contractiones curant.

NIMBO FOLIO ET FRUCTU OLEAE.

CAP. VIII

Descriptio



Ab omnibus Indiae incolis Nymbo vocatur, inquit, Garcias, arbor quaedam Fraxini magnitudine, folio Oleae, acutiore tamen, per ambitum serrato, utraque parte viridi, non cinereo aut villoso. Multis luxuriat foliis. Flos candidus est, & Fructus exiguis Olivis similis. Eodem fere modo & Costa describit, & ait procul aspicienti Fraxino persimilem hanc arborem videri, folia esse mucronata, gustu amaricante: ramos multis foliis luxuriare, floribus abundare exiguis, albis, quinque foliolis constantibus, flavis in medio staminulis, Lotque sylv. sive Trifolij odorati odorem referentibus: fructus parvis Olivis similes esse, subluteos, cortice admodum tenui praeditos, & nasci ex ramulorum alis. Miramur porro a Costa hanc arborem Fraxino persimilem dici, cum tamen id ex icone non appareat, Sed nec Oleae foliorum similitudo hic conspicitur, quam Garcias, tribuit, quod Costa tacet. Castor Durantes ab omnibus Indis Nymbo vocari ait. Malabaris vero Bepolo etiam, teste Costa.

Utilis est haec arbor, iisdem autoribus, in usu medico. Nam folia trita & vulneribus, cum hominum, tum iumentorum cum succo Limonum imposita, miraculose ea sanant. Foliorum succum vtilem esse ferunt lumbricis necandis, cum Balaguata incolae, tam Malavareses, quod rationi consonum est, cum non nihil amaritudinis possideant. Exprimitur in Bisnager & Malavar Oleum ex eius arboris fructu, quod huc mercimonij gratia deportatur. Utillimum, id est, adversus nervorum dolores, si eo calido inungantur. Rara admodum est haec arbor & in medico usu admodum commendata tam a Christianis, quam a Gentilibus, reliquisque Indiae provinciarum incolis. Folia cum praedito succo imposita, non modo simplicibus vulneribus, sed & sordidis, cuniculosis callosisque mirifice conferunt: digerunt enim, emendant, sarcotica sunt, & ad cicatricem perducunt. Foliorum item succus ad necandos & expellendos omnis generis lumbricos, vel per os solus sumitur, aut ex vino, aut aqua, aut gallinae iusculo, sive umbilico impositus solus, aut

ZIZIPHVS CAPPADOCICA: quibusdam Olea Bohemica.

CAP. IX.



MULTORVM consensu Ziziphum albam hanc dixit arborem iuste magnitudinis, cuius patulos ramos cortex levis, cineraceus vel candidans obtegit. Folia mollia longius a Ziziphi foliis recesserunt, saligniora propiora, alias alternatim, alias ordine nullo per ramos nascentia, se scunciam circiter longa, unciam fere lata & angustiora, tota albicantia, potissimum

parte inferiore, brevique & molli lanugine praedita, modice obtusa, brevi pediculo herentia. Ex quorum alis flosculi emicant argenteo pallore renitentes, odorati, vel ut Clus. ait, gravem, non tamen iniucundum odorem spargentes, & caput ferientes. Baccae sublongae, exiguis Olivis aut Ziziphis similes, albae, fungosae & dulci carne sive pulpa, saporis aciduli osseo intus nucleo canaliculato. Rami interdum spinosi sunt. Materies flavicat, non admodum firma.

Colum. hanc albam Ziziphi nomine intellexisse videtur, l. 9. c. 4. ubi & rutilam meminit. Plin. Coronarum [inquit] quae varietate sola placent, duo genera, quando alia Flore constant, alia folio: Florem esse dixerim Genistas: item Rhodendron: item Zizipha, quae & Cappadocia vocantur: his odoratus similis Olearum floribus. Idem alibi Cyprum Ziziphi folia habere dicit. At Diosc. Cyprum dicit habere folia Oleae. Scribit Bellon. In Insula Lemno duas species Iuiubarum provenire, quarum una satis cognita sit in Gallia, quae falso multis in locis, tum Parisiis, tum alibi dicatur Olivaster. Sed Iuiubas albas dicendas, quas Colum. non ignoravit. Idem alibi scribit, apud Heracleam agrorum sepes ex arbore Zizipho alba [Iuiubier blanc.] Columelle dicta, factas, cui fructus similis sit Zizipho rubrae, excepto colore, quem Graeci in urbibus venalem proponant, & vulgari nomine corrupto Ziziphia vocitent. Idem libello de ratione curandi arbores sylvestres, a Plinio Zizipham Cappadociam appellari censet. Hanc etiam intelligit Amatus, cum ait: Salix Amerina dicta, quam Hispani arborem Paradisi vocant longe differt ab Agno Casto seu Vitice. Gesn. &

Vires & v. uia

Galaga

Oleum ex fructu

Vulnera sordida

Qualitates eius

Modus utendi

Descriptio

Folia

Flosculi

Odor

Baccae

Materies

Zizipha Cappadocica

Olivaster

Ziziphia

Salix Amerina

Ziziphum albam & Oleastri speciem quibusdam dictam notat.

Olea Bohemica. Eleagnos Theoph.

Matth. tradit arborem quandam nasci & vocari in Bohemia Oelbaum / sed non esse veram Oleam : se existimare esse Eleagnum Theoph. ac omnibus eius notis adstipulari. Esse enim fruticosam, folio Viticis simili, molli ac lanuginoso : flore albo gradatim virgis propè foliorum exortum prodeunte, odore non insuavi, è quo nullus proveniat fructus. Huic aliam per omnia similem haberi Vienna Austria in viridario Sereniss. Cæs. Ferdin. quæ baccas proferat Oleæ figura, sed longè minores, apice in summitate aculeo simili. Ac addit hanc quoque sibi Eleagnum videri appellari posse, quòd folio ac virgis Agnum, fructu verò Oleam referre videatur : etsi sciat Theoph. Eleagnum non esse, quòd hæc sterilis sit, non fructum ferens, nisi fortasse deceptus sit Theoph. vel eius codex depravatus.

Salix.

Non esse Eleagnum Theoph.

Matth. arbor multi-plax.

Seisefum Aethiop.

Locus.

Ziziphus alba. Iosua barab.

Oleaster legitimus Sulgi.

Olea sylv. Septentr.

In Histor. Germanic. eandem Bohemis Oleam dictam ait ramos habere similes salicis cum aliquibus spinis : Florem album esse ; ferre fructus vel baccas, ubique similes veris Olivis, nisi essent minores, & superius acutæ. Oleam & Olivam Bohemicam vocat, Germ. Behemischer Oelbaum. In Epitome, Matth. icon proponitur sine descriptione pro Eleagno Theoph. quasi oraculum quoddam Apollinis. Sed neutiquam convenit descriptioni Theoph. Flos enim ei non est Populi albæ. Et distinctio illa quam putat, parvi est momenti. In Hist. Germ. non distinguit, & ait Oleam Bohemicam fructum ferre, quod prius negaverat. Ad eò constans sibi est, uti passim.

Solerius quoque volebat Eleagnum esse, & in Diosc. pro τῆς λευκῆς legendum esse, τῆς λευκοῖς vel τῆς λευκῆς ἰσῦ.

Seisefum Aethiopicum, ut tradit Rauwolf. in suo itinere. Arbuscula est, vel potius frutex spinosus, cuius folia Safsaf. [de quo suo loco] dicti foliis utcumque similia. Locis gaudet udis, viarum item marginibus & arbutivis sepibus. Ex unica radice plures erigit stipites, levi rufoque cortice textos, in varios brachiatos ramos, oblongos, firmos, spinis hinc inde manitos, quibus adherent flosculi foris candidi, intus luteoli, tergemini, [drey vñdt drey] è foliorum geniculis emicantes. Fructus sibi non visus. Non sine coniecturâ tamen putat Oleæ Bohemicæ fructum, affabrè à Matth. depictum, æmulari. Cæterum tam suavem primo Vere spirare odorem, ut prætereuntibus, licet ignota, facillimè innotescat, eosque ad se allicit. Ideo à Turcis & Aethiopicis in ferta concinnari atque corollas, ut suis conclavibus parilem odoris suavitatem concilient. Seisefum dictum videtur atque detorto à Zizipha nomine.

Non desunt, inquit, Clus. qui Ziziphum albam Iovis barbam, Plin. l. 16. c. 18. esse existiment. [Anguil. tamen duas alias proponit] Nonnulli etiam Eleagnum Theoph. (quam tamen describit) volūt, nihil aliud, quam Salicis genus esse, & aliquando existimavi Hodoeporico, animadverti ipsam aliam arborem observasse, Safsaf appellatam, quæ ad Eleagnum magis accedere videtur. Vulgus plerisque in locis Oleastrum appellat, & legitimum esse putat. Castellani & Granatenses Arbol Parayso, hoc est, arborem Paradyssi. Galli, Iuinbier blanc, & Olivastre Olea sylv. Septentrional. & Eleagnos Theophrast. foliis viticis, Lob. Ital. Zeingole. Ziziphus Cappadocia Dod. & Camer. qui & Zizipham albam esse Colum. consen-

tit. At Schuenckf. aliorum nixus iudicio secure ἐλεάγρον, Theoph. pronunciat, eique flores affinxit luteos.

Cæterum lubet huius plantæ historiam quondam à Doctis. DALECHAM. concinnatam, qualem ab eo accepimus, huic nostræ intertexere, quòd multa in ea tradantur ab aliis non observata, & ut is suo labore ac honore non defraudetur : Illa autem sic habet.

Ziziphus Cappadocia Plin. in hortis quibusdam Lugduni visitur, ex Rhodo, [quod narrant] ab Equitum Rhodiorum procuratore & questore arrij, olim advecta, priusquam Solimanus Turcarum imperator, in potestatem suâ eam insulam redigisset. Arborem Paradisiæam vocant, ob suavissimum floris odorem. Quanquam & hoc nomen alijs etiam tribuatur, ut, Thuiæ odoratæ. Quiddam Salicem peregrinam, ob foliorum cum Salice similitudinem.

Crescit ad magnitudinem Salicis, radicibus multis, crassis, huc illuc diffusis, & loci plurimum occupantibus per summam terram vagis, stolonibus multos mittentibus, qui nisi tolerantur matrem emaciant, & absument : avulsi verò & depacti vivunt & arboreseunt : cortex albicat, in stipite valdè rugosus & crassus, in ramis tenuior, & molli quadam lanugine pubescens. In multos porrò & longos ramos arbor finditur. Folia candida densa, oblonga, oleæ sativæ similia, multa uni surculo adnexa, qui in longam validamque spinam desinit. Flos hians, aureus, in sex cuspides dissectus, priusquam se pandat, in alabastrum fastigiatus, ex viridi candicans, parvus, Rhamni 2. nostratis aut Mali Citriæ figura, velut flosculis confertis, pendulus, ternis ferè simul ad imam foliorum partem emicantibus, odoris iucundissimi, mea quidem sententia suavitatem floris Mali Citriæ, quæ summa inter nos habetur, superantis. Pro fructu parva bacca est, Oleæ sylv. similis, sed minor, brevi pediculo alligata, viridis, & qua parte magis solem excipit, rubescens, lanuginoso quodam pulvisculo obsita, gustu subacido, sed carne valdè sicca & exucca, qualis est caro Oxyacanthos, cum maturuit. Taleæ huius arboris excisæ, & in terram defixæ, Salicis modo facillè comprehendunt & radicanantur. Bellunensis Avic. interpres Chales arborem describit, quam quidam hanc ipsam esse volunt. Ego equidem discrepare puto, quamvis in utriusque flore par sit odoris gratia, quòd editis iam foliis Ziziphus hæc floreat, Chales verò antequam folium exoriatur. Item, quòd baccis Ziziphus hæc gravari solet. Chales autem nullum fructum præbeat. Non tamen dubito quin ex huius Ziziphi floribus in operculata concha præstantissimi odoris aqua stillare possit, Oleumque ex iis cum Amygdalis tritis præparari, modo à Bellunensi recitato, odoris fragrantia excellens & pretiosum. Hæc ille.

Pro apum pastu probatissimos flores dicit Columella albæ ac rutilæ Ziziphi.

Hist. Lugd. aliam habet titulo Ziziphi Cappadocicæ, in qua plures spinæ. Eadem & aliam iconem proponit nomine Olivæ Bohemicæ siue Eleagn. Matth. quæ eadem ab ipsomet autore historię existimatur cum Zizipho Cappadocica. Clus. quoque aliam habet.

Placet ramus apud Camer. in Matth. epitom. depictus, & in Histor. German. licet desint spinæ.

Censor hist. Lugd. in suis Animad. scribit: duas in ea esse figuras unius plantæ illam novam, hanc Matthioli,

Dalech. observata in hanc plantam.

Quomodo ex Rhodo Lugdunum invecita Arbor Paradisiæa Salix peregrina. Descriptio alia.

Radix. Cultus.

Folia. Flos.

Bacca.

Sapor.

Sativa.

Chales.

Visus.

Aqua. Opera.

Apum pastus.

Matthioli, hancque sufficere potuisse, siquidem non ostendat differre. At sufficere non potuit nec placuit Dalechampio, quod flores in ea non pingantur eo ordine ac numero, quo solent provenire. Dalech. equidem maluit spinosam pingere, quod ab eo factum antequam Matth. Oliva Bohemica meminisset. Cur igitur non exhibuisset utramque, siquidem fuerint ad manus.

Hoc est nodum in scirpo quarere, ut ne quid gravius excidat. Imò in renovata quoque Matth. editione nova apposita icon cum spinis à priore diversa. Cortulus aliquando Patavio ad nos misit pro Cypro quorundam.

Lutetia & in aliis urbibus vicinis magna copia est non ferentium fructum, aut si ferant, non perfecte maturescit. In Syria quoque nascitur. Apud Heracleam sepēs ex ea fiunt, teste Bellon. Provenit etiam in Æthiopia, & in monte Libani, notante Rauvolff. Lugduni, in horto Cœnobij D. Eirenæo sacri, lætissime & nitidissimæ arbores hoc genus aliquot luxuriant. Spontè provenit in Bohemica Sylvis & hortis circa domos, Matth. Londini, Antverpiæ & alibi in Belgio passim hortensis est, sed fructus in Belgio non maturescit. Lausannæ & Genevæ alibique in Sabaudia in hortis colunt, ut & Norinbergæ. Crescit spontè in sepibus cum Rhamno & Vitice iuxta urbem Guadix in regno Granatensi: & in omnibus ferè viridariis alitur non modò per Hispanias, sed etiam per Galliam & Germaniam.

Floret æstatis initio fructus autumno maturescit: sed rarò admodum frigidis regionibus fructifera est. Clus. Apud D. Baronem à Schuendy baccas plures Septembri maturas legimus in Alfatia.

Plures surculos in horto E. C. Month. pangi curavimus, ab Hugone Bauhino celebri Chirurgo Patruo nostro ex Mariafodinis missos, qui penè omnes feliciter provenere, & quidam etiam iam in arbores adolevere, annuatim florentes, quamvis rariùs fructum perficiant. Hyemem ferunt, licet extrema interdum frigore adurantur, subinde tamen resullulat, vel caudex, vel radix.

ZACCON HIERICUNTEA, FOLIIS OLEÆ.

CAP. X.

CAST. DURANT. memoriæ prodidit, quod Zaccon de Hierico arbor sit magna, ut Aurantia Malus, spinosa, cum paucissimis foliis, Oleæ similibus, angustioribus, acutioribus, virentibus, ut Aurantia. Cui Flores albi: fructus verò magnitudinis Prunorum, rotundi primò virides, luteoli maturi: officulum, in quibus, ut in Pruno. Provenit in planitie Hiericuntea. Oleum ex fructu utile affectibus frigidis.

DE RHAMNO.

CAP. XI.

MULTÆ hodie Rhamni species innotuere, quas omnes ad priscorum scripta referre difficile est. Quapropter ut confusio evitetur, libet primùm veterum tradita de Rhamnis, aliæque nonnulla generalia in medium proferre.

Tom. I

Thephrasio Rhamnus duum generum: nigri & candidi: diversusque eorum fructus. Vterque tamen spinosus. Hæc in historiis. At in de causis Rhamnum in genere sempervirentium, collocat cum Hedera, in quo genere rara esse dicit quæ gemine ac fructu præveniant, hoc est, tempestivè germinent, fructumque proferant, ut modò dictæ. Quoniam verò Theoph. Rhamnis subiungit Paliurum, quem Diosc. tertium Rhamnum facit, dicenda quoque sunt quæ veteres de illo Paliuro scripsere: postea verò cap. de Rhamno folio Iuubino demonstrabitur, an differant, nec ne.

Sic igitur scribit Theoph. de Paliuro isto: Paliurus fructum habet in siliqua quadam veluti folio, vel foliacea: [sic enim legimus apud Theoph. εν λοβῶ τινι τῶν καρπῶν ἔχει, καὶ ὡς περ φύλλον: non ut in vulg. legitur καὶ ὡς περ τὸ φύλλον, ut sit καρπὸς θυλακώδης, ut dixit Diosc. de tertia Rhamni specie, quæ nihil aliud est, ut dicebamus, quàm Paliurus hæc Theoph.] in qua terna aut quaterna gignuntur semina, quibus contusis medici utuntur ad tussim, quippe quæ lentorem quandam habeant cum pinguedine coniunctum, velut semen Lini. Nascitur locis humidis pariter atque siccis, sicuti Rubus: nec minùs etiam iuxta aquas provenit. foliis est deciduis, non perpetuis sicuti Rhamnus. Germinant ineunte Vere, & reddunt semen circa Vergiliarum occasum Paliurus, & Oxyacanthus.

Inter genera Ruborum, inquit, Plin. Rhamnus appellatur à Græcis candidior & fruticosior.

Is floret [has duas voces omittit Corn.] ramos spargens rectis aculeis, non, ut ceteri, aduncis, foliis maioribus. Alterum genus [eius, Corn.] sylvestre, nigrius & quadantenus rubens. Fert veluti folliculos. Huius radice decocta in qua fit medicamentum, quod vocatur Lycium. [Hoc fallum & à nemine proditum, Dal.] Semen secundas trahit. Alter ille candidior astringit magis, refrigerat, collectionibusque & vulneribus accommodatior. Folia utriusque & cruda & decocta, illinuntur cum Oleo.

Nicander in Theriacis ἀλεξιάριον ράμνον vocat: ἢ γὰρ ἀλεξιάριον [inquit] πτόρθου ἀπαμέρητο ράμνον: Tradit autem ieiunis datam, interitum à venenatis repellere. Interpr. ἀλεξιάριον φησὶν ἕμνον ὅτι ἀγαθὴ ἐστὶν ἀπὸ ἀλάξαι τὸ εὔπ' ἐρεπιτῶν πληγῆντος τῷ πάθει, ἀλλ' ὅτι καὶ εἰς φαντάσματι κοινδῆ: Alexiara dicta est, non modò quòd bona contra serpentum ac reptilium ictus, sed etiam quòd desedit adversus spectra: nempe, quia nocturnos Incubos, Lemures, Striges avertit efficaci amuleto: quo argumento in parentationibus antè fores suspendebatur.

Meminit & Lycophron & Euphorion his verbis: ἀλεξιάριον οὐτὲ ράμνον. Spinam Ianalem hunc esse volunt celebratam ab Ovid. in Fastis. Vbi de Iano & Carna.

Nympha iubet quari de more remotius antrum  
Vtque comes sequitur, destituitque ducem:  
Stulta [videt] Ianus quæ post sua terga gerantur  
Næ agis & latebras respicit ille tuas.  
Nil agis en! dixit: nam te sub rupe latentem  
Occupat amplexu, teque potius ait:  
Ius pro concubitu nostro tibi Cardini esto:  
Hoc prærium postea virginis aris habe.  
Sic satus spinam, &c. Vid. pag. seq.

Eadem hæc causa fecit, ut à Proserpina, inferno Numine, spina hæc Persephonios dicta ab aliquibus fuerit. Persephonem enim Græci Proserpinam dicunt.

A colore Leucacantha id est, alba spina, & Cer...

Cypri. Locus.

Tempus.

Situs.

Descriptio. Folia. Fructus. Locus. Virtutes.

Rhamnus duplex. Theoph.

Paliurus Theophrastus.

Ad Tussim.

Locus.

Rhamnus Plinius.

Lycium.

Secundam trahit.

Alexiara Nicander.

Amuleto adversus spectra. Alexiacæ Rhamnus. Spina Ianalis.

Persephonios.

Leucacantha Spina.





Ita fat rationum adduxisse videbimur, cur veterum de Rhamnis & Paliuro placita, specialiori historiae praeferre voluerimus.

Ceterum Rhamni nomen variae plantae à variis autoribus obtinere. In primis est ille, quem vocamus Rhamnum cortice albo Mospel. de quò mox. Cuius duae fortè species Bellonio, fructu rubro, & nigro. Traditur etiam iam dicti Rhamni alia species. Sequitur Rhamnus sive Oleaster Germanicus. Tum Rhamnus 3. Clus. cortice nigro, flore herbacei coloris. Rhamnus 3. Diosc. sive Paliurus folio Iuubino. Rhamnus etiam 3. Dioscor. existimatur frutex dictus Pyracantha. Rhamnus Cartharicus. Rhamnus Bavaricus. Rhamnus solutivus sive Spina insectoria Pannonica. Vsa crispa sive Grossularia à quibusdam putatus Rhamnus. Rubum caeruleo fructu quidam fecerunt Rhamnum: de quibus omnibus tuis locis tradetur. Nunc autem eas trademus differentias, quae proximè ad veterum descriptiones accedunt, aut similitudinem aliquam cum iis habent.

RHAMNUS CORTICE ALBO Mospel.



Rhamnus primus, frutex est magnus totus spinis armatus, in caudice quidem magnis, ut Oxyacantha Matth. in ramulis minoribus, cortice albicante: &, quod observatione dignum, grandiores illi aculei, palmum circiter longi, rigidi acuti, ex ramis enati, alios pariunt aculeos parvos, non minus rigidos pungentisque, eodemq; loco folia

magnitudine vari. Rami unà cum spinis cortice teguntur cinereo, folia sustinentes Salicis, terna vel quaterna, indidem orta, fragilia, candicantia, succulenta, nullo insigni sapore praedita. (Vere natorum ramorum rationem folia magna, spinæ parvae) Flores pauci, Laureolae folio deciduo similes, parvi, subcaerulei. Fructum non observavimus, nec etiam Clus. qui ait rudimentum, ut in Iasmino, relinqui: crassaque & multiplici radice firmari. Casal. dicit baccas ferre parvas, Oleae figura.

An autem Theoph. & Plinij hic sit Rhamnus candidior considerandum. Item an Dioscor. primus? Phrymij sanè ita statuunt, ut mox apparebit. Nos quoque non negamus. Videtur autem nobis Marcel. hunc intelligere, cum scribit: si quis diligentius quaesiverit, facillimè deprehensum ostendere volentibus poterit. Videtur autem insinuare voluisse, inventu facilem esse Florentiae ubi ille sua commentaria scripsit. Si Dioscor. in describendis suis Rhamni speciebus duabus, meminisset foliorum, facilius eius Rhamnis nostros conferre aut accommodare possemus: in quo sanè fatendum, cum fuisse negligentem. Opinionem communem esse scribit

Anguil. epist. 3. Primam Diosc. Rhamni speciem esse eam spinæ speciem, quae Romae vocatur Spino sancto, & in Abruzzo Spino di Christo. Intellegit autem hanc nostram. Eadem à Marcello lib. de re medicinali vocatur Salutaris & spina alba, ita scribente. Salutaris herbae fasciculum: id est, spinæ albæ quae Christus coronatus fuit. Secunda in omnibus huic primæ similis est, nisi quod albidior, & folia longiora & angustiora. Haec multis in locis Sclavoniae reperitur, ac ibi sepes ex ea fiunt. Potest etiam Patavij in porta Zarra videri propè veteres viros.

In insula Lemno, inquit, Bellon. facile provenit frutex Rhamnus, ex eo constant eorum sepes: retinet nomen antiquum, ac dicitur Rhamnos. Item alibi. In Macedonia agri, potissimum colles, fruticibus Rhamni & Paliuri occupantur, ita ut arva etiam culta rependo invadant. Agri quoque in Aegypto separantur sepibus ex Rhamno. In itinere Caïri ad montem Sinai, circa Sues in planicie Arabiae, duae Rhamni species ab eodem observatae. Et inter Caïrum & Hierosolymam vidit planicies, steriles alioqui, sed abundantes Rhamni specie, quae baccas rubras fert, differente à Graeco, cui semen nigrum. In palestina quoque sepes ex Rhamno factae separant agros. Et rursus alibi: Circa Hierosolymam [inquit] perquisivimus spinosas plantas, ut investigaremus quae spina coronatus fuerit salvator noster: quum autem nullam frequentiore inveniremus Rhamno, existimamus ex eiusmodi arbore factam coronam: nullos ibi vidimus Rubos, aut alias spinosas plantas, praeter Cappares. Considerantes etiam Italos Rhamnon vulgo vocare spinam sanctam, potiss. circa Maceracam & Pefauri, ubi sepes non structae ex aliis arboribus, ut & Hierosolymis, moti sumus, ut crederemus, hanc illam esse spinam ex qua Christo salvatori Iudaei coronam imposuerunt. Arabes quoque antiqui, arborem ex qua facta fuit ea corona Alhangesi vocant. Interpretes Latine dixerunt, Coronam spineam.

Matth. capit Ruellium, quod non declarat Leucacantham, & lubrico lapsu, sui ipsius oblitus, in Capitis Spinæ albæ calce, aculeatae illius arbusculae radicibus, quam ille candidum Rhamnum Diosc. putat, omnes tribuat facultates, quibus legitima Spina alba à Dioscor. commendatur. Verum Matth. non bene intellexit Ruellium, qui per Leucacantham, non intelligit Rhamnum candidum Matthioli, sed eius Oxyacantham. Praeterea. Matth. non describit suum Rhamnum sed descriptionem Diosc. repetit: duasq; icones unius plantae obtrudit, quae ludit tantum ramis pro temporis diversitate, qui diversimodè ab eo fuerunt picti, dum varietatem ignoraret.

Illud notatu dignum, Diosc. dicere folia Rhamni uaraxi: Hermol. [Marcell. & Cornar. vertentur mollia: Ruell. autem tenera] quam versionem retinuit Matth. licet describens Hetruriae suae Rhamnum dicat habere folia mollia, quod non competit Rhamno ab eo exhibitio. In Ital. edit. dixit levia. In Germ. omnia mutavit, folia dicens Salicis, quod competit Rhamno sive Oleastro Germanico: Flores autem albi odorati respondent Spino albo, sive Oxyacanthae multis dictae, neutiquam verò Rhamno. Quacunq; etiam tradit in eadè Hist. Germ. de Rhamno 2. conveniunt utriusque modò dictis plantis & non Rhamno. Et, quod magis notabile, in Com. in Diosc. scribit, Rhamni secundum genus candidius à Luca Ghino missum: in hist. verò Germ. tantum in Germa-

Diosc. p. 1. lo negligentior.

Spina sancta

Spina Christi.

Spina salutaris, & alba.

Locus. Vius. Rhamnos Bellon.

Sem. rubro & nigro.

Hoc Rhamno Christo coronatum fuisse.

Spina sancta.

Alhangesi Arab. Corona spinea.

Matth. notat Ruellium. Leucacantham.

Matth. error multiplex. Matth. inconstans.

Aequo-  
ci  
Rhamnus  
albus Mospel.  
fructu rubro  
& nigro.  
Alia spe-  
cies.  
Oleaster  
Germ.  
Rhamnus  
3. Clus.  
Rhamnus  
3. Diosc.  
Pyracantha.  
Rhamnus  
Cartharicus.  
Rhamnus  
3. Diosc.  
Spina insectoria.  
Vsa crispa

Descriptio.

Iconis.

Iconis.

Iconis.

Radix.  
Flos.

na visum. Nos verò Rhamnum Germanicum longè diversum censemus à Luca Ghini missò Rhamno, cuius effigiem exhibet Matth. Descriptio quam idem in Epit. sua habet, fictitia est, nec facta ad plantam à Ghino missam, cuius tamen iconem adhuc retinet. Cur non ex ipso ramo descripsit, quem missum accepit? Sic & Rhamno suo secundo adpingit vel affingit baccas fortè nunquam à se visas, quemadmodum & Gallica nomina quæ sunt Rhamni cathartici.

Brassa Sol. carax.

C. Bauh.

Amatus ac. enatur.

Lacuna strypium imperitus.

Lob. sax. ar.

Hist. Lugd. aliquot errores.

Diligenter etiam perpèdenti Matth. scripta, facile apparebit, ne eas quidem plantas de quib. scribit, ei probè fuisse cognitâs, & aliquot etiam inter se confudisse. Brassavolam taxat, quòd supra syrupum de Eupat. dixerit Leucacantham arbusculam esse sepibus conficiendis idoneam. Camer. apud Matth. in hist. Germ. ait diversas esse opiniones de Matth. Rhamnis: eius secundum idem videri cum Oleastro Germanico Cordi: ex iconè tamen non posse facile colligi, propter spinas nimis aduncas. Hæc Camer. qui iconem habet cum aduncis spinis, quales non sunt in Matth. iconibus. Nos igitur dicimus iconem Rhamni 2. Matth. esse ex ramo Rhamni 1. eiusdem Matth. factam. C. Bauh. apud Match. ait Rhamnum 2. Matth. multum similitudinis habere cum Rhamno Germ. nisi sit idem. Nos contrarium sentimus. Nec placet icon ab eo addita cum aduncis spinis. Eiusdem sententia est, Rhamnum 1. Diosc. Rhamnum nigrum Theoph. & Rhamni 2. genus, sylvestre nigrius Plin. esse. At Rhamnum 2. Diosc. candidum Theoph. & candidiorem Plinio. An hic noster Rhamnus albus Amati, quando apud Diosc. ait Rhamnum tam album quàm nigrum, & in Hispania, & Italia prosperè crescere animadverto, qui sepium ornamentum sunt, præsertim albus, cuius spinæ Oxycanthæ sunt similes, folia verò crassa, pingua, oblonga, Olivæ magnitudine. Quanquam, si Amato Rhamnus albus tam benè notus fuit, cur non plures quàm unam, descriptioni suæ inservit notas, repetens tantùm Diosc. verba: cur etiam non differentiam inter utrumque docet? in titulo etiam diversarum plantarum nomina confundens.

Imperitus Strypium Lacuna pro Rhamno 1. 2. & 3. proponit icones ex Matth. & valde notas ait, licet ipsi Matth. fuerint incognitæ, ut antè demonstratum. Gesn. Rhamnum 1. facit. Pena & Lob. in adv. Rhamnum 2. Monspelien. cum iconè, in qua falsi Flores, addunt; Secunda species Matthioli minùs exquisitè respondere Diosc. notis videbitur illis, qui Rhamni 2. speciem Monspelij, sepibus muniendis aptissimam, viderunt: nam tota planta alba & minoribus floribus, foliis Olivæ sed candidioribus Iesamini pubet, at herbacei coloris: cortice ex viridipallè scète. Monspelienfes Rhamnum 2. vocant. In obs. annotat Lob. Rhamnum 2. Monspel. dictum, esse Rhamnum 1. Diosc. Clusio. Verùm non animadvertit Lob. Matthioli Rhamnum 1. eundem esse cum Monspelienfi, & Matth. 2. esse ramos primi, quales planè observavimus & siccos habemus. Ergo non magis convenit Rhamnus 2. Matth. quàm, Monspelienfis, cum Diosc. 2. quem à primo ipsemet Diosc. solo colore distinguit.

Hist. Lugd. ponit quatuor icones, quantum iudicamus, unius huius plantæ sub his titulis: 1º Rhamnus 1. Matth. 2º Rhamnus 2. Matth. 3º Rhamnus 3. Mosp. 4º Rhamnus 1. Clus. Rhamnum verò sive Oleastrum Germ. confundit cum Rhamno 1. Matth. Nec placet opinio C. Bauh. existimantis in suis animady. in eandem. Histo-

riam, iconem Rhamni 2. Dod. & Rhamni 2. Matth. duas icones esse unius plantæ: nos verò censemus, ut antè dictum & post dicitur, Rhamnum 2. Matth. eundem esse cum primo Dodonæi.

GÆSAL. Rhamnum quem putat candidum Theoph. & Diosc. 2. & Plin. 1. describit, Fruticem virgas ferentem albas, foliis Olivæ pulposis. Floribus specie Gelsemini, ex purpura candicantibus, baccis parvis Olivæ figura: videturque nihil aliud, quàm hanc ipsam descripsisse.

Scribit RAVVOLF. in itin. circa Tripolim provenire satis copiosè Spinam cuius fit mentio lib. Iudicum, c. 9. & Palm. Davidis 58. incolis dictam Hausseit: Arab. Hausgei: Lat. Rhamnum. Alii Nausfig, sive Nausgei Maurit. dici tradunt. Ital. Rhamno & Marraca: Rhamno 1. *hale fronde Olivari, liscie & grassette*, &c. Hisp. Castil. Cambron, Portug. *Cambrons*, Germ. *Stechdorn* 1. Bohem. *Bodlak*.

Natales plures diximus in historia decursu. Locus. Nascitur etiam, ut Clus. refert, multis Hispania, Lusitanæ & Gallia Narbonensis locis. Monspelij abundè observavimus circa urbem, nec non in Aquis mortuis & circa Florentiam. Monspelio allatus & in horto E. C. Montb. confitus, egregiè radices egit, & iam aliquot annis duravit: sed hieme reponendus. Autumno nova succrescunt folia, interdum decidua. Floret Martio, pari er atque Autumno.

Huius Rhamni prioris folia Salmantica & alijs quibusdâ Castellæ locis, autore Clusio, cum turionibus ex oleo & aceto edunt primis mensis: nonnullamenim acrimoniam cum aciditate coniungunt in habent, quæ saporis gratiam conciliat. Vires quas Rhamno veteres tribuunt antea proposuimus.

RHAMNI PRIMI SPECIES ALTERA Clus.



RHAMNI prioris alteram speciem observavit Clus. similem ferè primo, sed humiliorem & frequentioribus ramis fruticantem, minoribus foliis, & magis carnosis, salsoque gustu, superiore candidiorem, Floribus, eiusdem cum illo formæ, sed purpureo planè colore.

An de hac Bellon. l. 2. obs. c. 59. Arbusculam invenimus Rhamno alteri similem, secundùm littus maris Rubri, admodum densis, salis, albicantibus: ramis spinosis, sed spinis obtusis, ut in Rhamno Europeo.

Vno tantùm loco invenisse tradit idem Clus. iuxta Horivelam urbem, Orclim veteribus dictam ad flumen Serabin, Segura vet. regni Valentini extremis limitibus.

RHAMNVS VEL OLEASTER  
Germanicus.

CAP. XII

Descriptio



Folia.

Bacca.

Stipula

Nucleus.

Descriptio  
Cordi.

Aculei.

Folia.

Bacca.

Stipula  
triplex.

Caro, seu  
fructus.  
Aqua, seu  
amurca.

Oleum.

**R**HAMNVS quem Germani Oleastrum suum fecerunt frutex est tricubitali altitudine, quibusdam locis arboreus, at ramis rigidis ac fragili contumacibus, oleæ foliis, sed angustioribus, superne viridibus, ima sui parte qua terrâ spectant, albicantibus baccis seu acinis rotunditate ac magnitudine Myrti, in se numerosa congerie racematim compactis, ac ramis arcte implicatis, affixisque per exiguo petioli appendice, colore flavescente ac luteo, maturitate crocato, sapore acido ac peracido, unico intus nucleo aut vinaceo, non lapidoso, ut Corni aut Oxyacanthæ, sed qui dentibus facile atteratur. Sic LEMNIUS describit.

Eundem arboreum fruticem Oleastri Germanici nomine Cordus, ita describit: Arbor est non admodum procera, cum ad iustam magnitudinem pervenit, quatuor, quinque aut sex cubitorum altitudine, nonnunquam etiam procerior. Caudice aliquantulum intorto, ramis, furculis, corticis colore, aculeis, & toto propemodum habitu Sylvestri Pruno, hoc est, Spino pruna ferenti similis. Siquidem cortice vestitur, foris colore, spadiceo: aculeisq; armatur longis, fescuncialibus aut sextantalibus, colore ut plurimum cinericeis. Folia totis ramulis foreulisq; adnascuntur oblonga, Oleæ similia, minora tamen tenuioraque atque brevissima, tenuissimaque lanugine subtus canescentia, superius autem in viridi cineracea, longitudine sesquiunciam, latitudine vero tertiam digiti partem æquantia, sapore modicè astringente, odore nullo. Flores totis ramulis adnascuntur..... quibus singulæ succedunt bacca Myrti baccis similes, paulò tamen maiores, oblongiores, multò tamen molliores, tenui, glabra fragilique cute & succo constantes. Succus autem triplicem misturam sortitus est: videlicet Oleum, aquam, & carnis parum, qui è baccis expressus in tria medicamenta, seu Oleæ succus, seipsum dividit. Caro enim fundum vasculi petens, in fraces transit gustu astringentes & acedentes. Aqua medium locum occupat, supra fraces, & infra Oleum constituta, atq; in amurcam convertitur, consistencia tenuem, sapore valdè acidam, ac ipsum acetum æmulantem. Quod autem pingue in hoc succo est, propter levitatem in summo amurcæ suæ supernatat, pinguedine nihil à vero Oleo distans: tenuius tamen, gustu pingue, subacidum & modicè astringens, odore Olei aceto commixti. Tota autem bacca digitis contrita, naribusque admota propter acidam amurcam, magis quàm Oleum acetum redolet. Quæ vero tota hyeme in arbore re-

manerint bacca, si terantur, succum remittunt aspectu & colore pus imitantem, odore aceti veteri rancido Oleo commixti: corrumpitur enim, putrescitque gelicidius in baccis Oleum, ut odore tantum inesse cognoscatur. Semina baccis sunt singula, parva, oblonga, utrinque acuminata, pallenti tunica involuta: aspectu foris fusca, intus verò candicantia. Radice arbor nititur multifida & diffusa. Materia eius à Spina, Pruna agrestia ferenti, sola mollitia differt.

Idem Cordus in com. ad Diosc. Oleum ex eius baccis expressum acetosum & acerbum dicit, quod recens gustatum ori sit gratum: at vetustatem ferre non posse. Existimat autem hanc Oleam esse quam Columell. Cilibricam appellat. Idè in Obs. Sylva annotat, fruticem tenuibus multis aculeis acutis spinosum, virgis & furculis tenuissimis, foliis parvis, oblongis, candidis, hirsutis, pro Paliuro sibi missum ex Gallia: sed videri potius Rhamnum esse. Quid verò sit Cordo Rhamnus hic dubitamus. Considerent lectores an forte intelligat Oleastrum hunc German. Verum quod folia dicit hirsuta, dubium nobis non parvum movet. Nec opinio eius de Olea Cilibrica nobis placet. Mirum industrium Botanicum id autum scribere! Qui leget verba Colum. quæ supra citavimus inter Oleæ differentias, facile agnoscat huius fruticis parvas baccas nihil habere commune cum cæteris generosis Olivis, inter quas enumerantur Cilibricæ seu Calabricæ: Videtur potius ANGVIL. epist. 3. hanc secundam Rhamni speciem facere, de qua sic tradit. Secunda Rhamni species omnino primæ similis est, nisi quod candidior sit, foliaque habeat aliquantum longiora, tenuioraque. Passim abundat in Illyria, & in hac regione sepès ex ea faciunt. Paravij etiam conspicitur extra portas versus rudera & muros antiquos.

Meminit huius fruticis David, qui multis locis appositissimas similitudines ad persuasionem profert in religionis negotio, ex naturæ rebus concinnè petitas. Antequam spinæ vestræ, inquit, Psalm. 57. adoleverint, atq; obdurescant in Rhamnum, conteret ac convellet vos dominus, & liquescere faciet, ut limacem, ac partum abortivum. Quo designat improborum factiones, tyrannidem, minas, potentiam, conatus, molimina irrita fore atque invalida: à Rhamno desumpta similitudine, frutici ubi adolevit, aculeis infesto: nam ineunte vere tener est, mollis, tractabilis, ac minus noxius.

An Bell. Rhamnus Europæ de quo, l. 2. obs. c. 59. Dod. in Hist. Gal. Rhamnum secundum facit: nec describit, cum tamen peculiarem habeat iconem. At in hist. lat. Florem eius ait herbaeum, baccas colore flavescentes, succo interius luteo, foliis perpetuò virentibus, baccis etiam hyeme frutici adherentibus.

Cordo dici Oleastrum Germ. Lob. & Pena Rhamnum Diosc. dicunt, quod à nullo alio sit, excepta Hist. Lugd. quæ duas plantas confundit, ut mox apparebit. D. Cortusius nobis aliquando pro Dioscor. Rhamno 2. misti eiusdem ramum, non pro primo. Io. Pena tamen in descriptione Baldi, Oleastrum German. Cordi, multis Rhamnum 1. Diosc. videri notat.

Rhamnus 2. foliis perpetuis, Clus. qui addit totum fruticem videri ac si pulvere respersus esset.

Quoniam verò Hist. Lugd. putat Rhamnum hunc eundem cum Matth. Rhamnum 1. Lubet illius descriptionem ascribere: Spinosus [inquit] Matthioli frutex, sive Rhamnus 1. ad Rhodani ripas & glareosa vada frequentissimus visitur, sepè

Semina.

Radix.

Materia.

Olea Cilibrica.

Folia hirsuta.

Paliurus.

Cordi opinio reiecta.

Rhamnus 2. Angustia.

Rhamnus Europæ. Flos herbae ecut.

humilis, nonnunquam ad hominis proceritatem  
 assurgens, cortice cinereo, ramis firmis, ex quibus  
 furculi hincillinc oriuntur, per intervalla profe-  
 reates, & semper in rigidam spinam desinentes,  
 qua nota à cæteris discrepat. Fructus est circum  
 ramos copiosus, rotundus, cum maturuit phœni-  
 ceus, folliculo aut vesiculæ similis, succo lento  
 plenus, acidi gustus, nec ingrati, cuius, omphacij  
 vice, ad ciborum condimenta usus esse possit.  
 Hæc sanè descriptio satis apertè declarat hunc no-  
 strum, quem tamen Historia malè eundem putat  
 cum Rhamno 1. Matth.

Hist. Lugd.  
 error.

Eadem verò huic & aliam ponit descriptio-  
 nem ex Pena, & iconem, titulo Rhamni 2. Dod.  
 & primi Penæ.

Casparo Bauhino in suis animadver. Rham-  
 nus 2. Matthioli. & Rhamnus 2. Dodonæi  
 videntur duæ figuræ unius plantæ, posterior ta-  
 men melior: nos contra existimamus, Rhamnum  
 2. Matth. diversum à Dod. secundo, ut ante di-  
 ctum. Rhamnus Germanicus eidem C. Bauh. qui  
 annotat semen esse ex rotunditate oblongatum,  
 splendens, tunica foris fusca, intus candida, involu-  
 tum includi. In aquosis ad Rhenum infra  
 Hunningen Basiliensium ludere: unam, latiori-  
 bus esse foliis & longioribus baccis singulis vel  
 binis stipiti annexis: aliam, foliis angustioribus &  
 brevioribus, baccis multis velut conglobatis, quæ  
 & hieme fructici adhærent: quæ satis conspicua  
 varietas est.

Bauh.

Semen.

Varietas.  
 Latifolia.  
 Angustifolia.

Camer. Rhamnum 2. Matth. videri quidem O-  
 leastrum Germ. Cordi scribit, verum non posse ex  
 figura Matth. cognosci, atque eò quod spinæ nimis  
 curvæ sunt, dubitat an Matth. hanc intellexerit.  
 Ideo meliorem figuram apponendam curavit. An  
 Cæsalp. Rhamni 2. genus sine flore? quod dicit  
 esse Theoph. Rhamnum nigrum, & Plinij 2. ge-  
 nus sylv. nigrius, & Rhamni 1. genus Diosc. sicque  
 describit: Rhamni 2. genus arborefcit ramis re-  
 ctis, salicis modo, cortice minùs candido, foliis  
 angustioribus longioribusque [quàm Rhamnus  
 Monsp.] non pulposis, veluti pulvisculo ferrugi-  
 neo, infernè oblitis: iuxta folia folliculos quos-  
 dam tenues sine flore fert, Hordei figura & ma-  
 gnitudine, pulvisculo scintillante oblitos, colore  
 ferrugineo: ij in maturitate parvæ Olivæ spe-  
 ciem gerunt, rubentes: succo intus croceo, tenui  
 tunica incluso: maturantur hyeme: semen uni-  
 cum continetur nigrum, aculeos rariores habet  
 acutioresque, sed infirmiores. Peregrina hæc in  
 Hetruria. Multa conveniunt cum nostra, quæ-  
 dam etiam cunctationem iniiciunt, quominus  
 temerè affirmare audeamus. Indagabunt dili-  
 gentiores.

Rhamni 2.  
 genus sine  
 flore Cæ-  
 salp.

Folliculi  
 Flore ca-  
 vere.

Hactenus quoque nos latet, quoniam sit refe-  
 rendum Rhamni genus illud, cuius meminit  
 Ruell. l. 1. c. 123. Lubet itaque huic referre, donec  
 meliùs innotescat. Hæc eius sunt verba: Aliud  
 Rhamni genus in afflatu maris nascens, quod pu-  
 taverim Rhamni fastigijs, annumerandum, fruti-  
 ce nonnunquam arborefcite, prælongis ramu-  
 lis, qui rigidis armantur spinis, aculeis mucrone  
 favientibus, folijs, tam æmula facie Ligustrum  
 exprimentibus, ut pro illis fallant, bacca, follicu-

Rhamni  
 species 2.  
 Ruell.

Folia Ligu-  
 stri.

lari specie, verticillata, primùm candida, post  
 maturitatem rubescente, foris flaccida, intus uli-  
 ginosa, quam pastores pecorum pabulo decu-  
 tiunt. Ausus est tamen Ryffius Ruellij hunc  
 Rhamnum suo nomine proponere, cum ait,  
 Rhamni fastigijs genus 2. annumerandum in af-  
 flatu maris &c. quod morosior quis plagiarium  
 diceret. Cæterum, de quo hic agimus, Rhamnus  
 Germ. Sandthorn/ weydendern: quasi spinam  
 arenariam, aut salicem spinosam dicas: Batavis  
 Scetibesien/ id est, acini purgatrices, teste Lobe-  
 lio, Galli Gratianopolitani vocant, des argouf-  
 ses.

Bacca veri  
 verticillat.

Ryffius  
 plagiar.

Nascitur circa fluvios & amnes, solo lapidoso,  
 arenosòque, copiosissima autem in Germania ad  
 Lycum Vindeliciæ amnem, & ad Danubium ab  
 eiusdem Lyci ostio, usque ad Petreas fauces, per  
 quas Danubius fluit, tribus millibus passuum su-  
 pra Kelheimium oppidum sitas: Cord. In Ho-  
 landiæ ac potissimum Flandriæ maritimis littori-  
 bus. Reperitur verò & alibi in convallibus, ac  
 iuxta profuentes amnes. Dod. & Clus. Lob. ait  
 Italiæ, Galliæ & Hollandiæ maritimis plurimis lo-  
 cis provenire: Zelandiæ, Lemnius. Circa Rhe-  
 num multis tractibus copiosè, potissimum circa  
 Basileam, Curiam: Genevæ ad Arar & Rhoda-  
 num loco valdè glareoso frequentissima. Provenit  
 etiam in monte Baldo. In Alpibus Rhatice, in  
 valle Tellina propè Meyensfeld, & Drusiana pro-  
 pè Fedkirch, Campus D. Petri dicta, & pluribus  
 alijs Helvetiæ locis, tam montosis quàm convalli-  
 bus. Scribit Io. Fabri. in còvalle circa Curiam Rhe-  
 torum fuisse Rhamnum miræ magnitudinis: spi-  
 nis arborefcitem & magnitudine truncos adæ-  
 quatam. In Cl. D. Plateri horto in arborè excrevit  
 & fructus tulit, qui tamen à nobis satus non pro-  
 venit. Iamdudum etiam in horto Montb. cultus  
 egregiè repit, nondum tamen fructum protulit.  
 Allatus fuit Lugduno, ubi, in prato Aine dicto, ad  
 Rhodanum abundat. Hyemem fert. Floret Iu-  
 niò: Post autumnum demum bæcæ maturan-  
 tur, & subinde tota hærent hyeme.

Locus;

Tempus;

Adornantur in Belgio huius virgultis Coena-  
 cula ac triclinia ineunte autumnò, quo bæcæ  
 luteo colore suffundi incipiunt, atque in multam  
 hyemem spectaculo sunt, oculosque reficiunt, at-  
 que acido sapore nauseanti ac fastidioso palato  
 gratificantur. Affatim salivam eiciunt, ac febrici-  
 tantibus sitim compefcunt, teste Lemnio, qui  
 hanc Rhamni speciem Zelandis *Duin besjen*, dici  
 ait.

Vires &  
 usus.

Salivam  
 movet.

Cordus tradit frondes eius in cubiculum pro-  
 iectas, mures allicere, præsertim siccatas. Notat  
 Hist. Lugd. succi usum omphacij vice ad ciborum  
 condimenta esse posse: aliud tamen nomen Bel-  
 gicum suprascriptum Lobelij insinuare videtur.  
 Scribit sanè Camer. in epit. Matth. acinos purga-  
 tricem habere facultatem à quibusdam affirmari.  
 Addit tamen parati ex iis Rob, quod vehementer  
 acidum sit, & attenuans & incidens, ut Berberis  
 fere, commendarique ad Dysenteriam. Hunc  
 nodum solvant experti: si tamen purgant, ut scri-  
 bit ille, Tamarindorum ferè in modum id præ-  
 stare quis coniectare possit.

Purgat  
 Rob.

Dysente-  
 ricæ.

RHAMNVS III. CLVS.

C A P. XIII.

Descriptio

Cortex.

Folia.

Fructus.

Fructus.

An Rhamnus niger Theoph.

Lycium Hispanicum.

Rhamnus 3.

Hist. Lugd. ni.

Locus.

Vitis.



**R**HAMNVS tertius dictus Clusio fruticosus est frequentibus ramis, Spinis magnitudine, cortice nigro tectis, & spinis longis armatis. Folia ex quibusdam tuberculis, ut in priore, multa simul enascuntur, oblonga & angusta, carnosa, colore viridi, gustu adstringente, & Rhabarbarisaporem satis referente, semper virentia. Flos veris

initio parvus, iuxta folia plurimus, & confertim nascens, colore herbaceo.

Æstate nigrum fructum fert, Pruno sylv. similem, rotundum, acerbum. Hisp. Spino negro dicitur. Hic fortè est, inquit Clus. quem Bellon. in Creta inveniri ait, fructu nigro. Ad nos eius fructus ex Hispaniis postea missus est Lycij nomine, & in fruticem excrevit. Forstian ad Rhamnum nigrum Theoph. referri posset. Hæc Clus. Bellon. verò, l. 2. obs. c. 76. dicit in itinere inter Cairum & Hierosolymam Rhamni speciem se observasse semine rubro, differentè à Græco, cui niger. Ingenuè fatemur, nos nec Clusium, nec Bell. hac in parte intelligere. Lycium Hisp. inquit. Lob. Spine Burgundicæ aut Philyreæ angustifoliæ non ita absimilem perelegantem fruticellum, foliis tamen multò angustioribus & ramulis exilioribus studiosè alunt in Belgio, &c. Extrema infesta spiculis virgulta: folia Thymelææ Monspelliens. exiliora, atrovirentia, gustanti adstringentia. Apud Belgas nullum fructum edit. Et mox supra figuram ex Clus. appositam. Rhamnus primæ speciei tertius, & fortè Rhamnus niger Theoph. apud Clus. Hisp. Spino negro. Non diversum opinor à Lycio Hispanico Belgij nuper inquilino factò. In append. aliam figuram habet eiusdem Lycij Hisp. nomine. In iconibus Plant. Lobelianis duæ ponuntur figuræ: uni titulus Lycium Hisp. alteri Rhamnus primæ speciei tertius. Fortè Lob. duas descriptiones & figuras unius plantæ, licet diversæ videantur figuræ, ponit. Clus. sanè unius tantùm plantæ ex suis Lycij nomine donatis, in Belgio provenire tradit, non duas. Rhamnus 3. Dod. Hist. Lugd. scribit pinxisse Lob. Lycium Hispanicum, quod Clus. descripsit his ferè verbis: frutex est spinosus, folia Myrti Tarentinæ vel Buxi. Figura quam Lugd. ponit priore loco est Clusij: altera ex appendice Lob. pro Lycio Hisp. quæ non habet folia Myrti, sed longa. Quin ipse quoque Lobel. folia Thymelææ habere scribit.

Frequentem Granatensiu & Murciano regnis, locis incultis inter alios frutices invenit Clus. cui in Belgio fata provenit.

Fructus decocto, eodem teste, membra relaxa-

ta & dissoluta, atque etiam podagræ dolores utiliter foveri incolæ referebant.

RHAMNVS SIVE PALIVRVS folio Iujubino.

C A P. XIV.



**N**ON semper humilis est, verùm interdum aded excrefcit, ut arboris tueri nomen possit, materie perquam dura, virgas emittit rectas, & ab his ramos patulos, deorsum inflexos, subrubentes, quos tenues, rigida & mordaces armant spina.

Folia Iujubinis tam similia ut nihil supra, quibus tamen nonnihil videntur minora, nec ita profundè

per oras crenata, sed minimùm, ac interdum ferè nihil: cæterò qui Iujubini folij nervos tres secundum longitudinem decurrentes possident. Iuxta quæ flores emicant parvi, stellati: orbiculati: Succrescunt Fructus, lati, per margines membranei, compressi, prominente utrinque umbone lignoso, cuius medio pediculus inseritur, qui diffracti, in geminis vel ternis loculis totidem ostendunt semina, lubrico lævore & colore seminum Lini, sed rotundiora, torosiora, pulpa dulci, coloris ferè porracei. Fructus, [ut describit Cæsalp.] depressus ex tenui pediculo pendet, pulpa quadam fungosa circumducta, ossiculo intus duro, intra quem tria seminis cõceptacula singulis seminibus donata, quæ in suis alveolis tintinabuli modo sonant. Facile autem nobis persuademus Theophrasti Paliurum esse hanc plantam de qua, l. 3. hist. cap. 17. & Paliurum nostratem Græcum ab eodem vocari, l. 4. histor. c. 4. Denique eandem hanc à Diosc. uno capite dici Rhamnum 3. alio verò Paliurum, quorum omnium verba posuimus antè, in genere de Rhamno tradentes. Dioscoridem [inquit Guiland.] de iisdem plantis in diversis locis pertractasse sub diversis nominibus, apertissimum: ignorantemne, an abundantè diligentem nescio, exemplo sit Rhamnus 3. Idem & Virgil. dictus Eclog. 5.

Carduus, & spinis, surgit Paliurus acutis. Supra quem locum apparet Servij lapsus, qui Paliurum ait herbam esse asperimam & spinosam, ut rectè quidem notat Thes. ling. Lat. ipse tamen, in alium similem incurrit, cum ait, Paliurum herbæ nomen esse Galeno, l. 8. c. 33. simpl. quod falsum. Nam nec herbam ibi dicit, nec fruticem, etsi, revera, frutex sit arborefcens. Eundem Paliurum intelligit Columel. l. 11. c. 3. ubi docet rationem parandæ vivæ sepi, ubi inter vastas spinas recenset cum Rubo & Cynosbato. Et Paliurum acutis spinis vocat, l. 10. & ab hortis cultis exterminat.

Nec manibus mitis Ferulas, nec cruribus aqua Terga Rubi, spinisque ferat Paliuron acuti. In S. Scriptura non magnus honor fit huic fructici,

Descriptio

Folia.

Flores. Fructus.

Semina.

Paliurus Theoph. Paliurus Græcu. Rhamnus 3. Diosc. Paliurus Diosc. Gal. Diosc. nor. Servij lapsus. Thes. ling. Lat. error.

quandoquidem cum impiis conferatur, ut supra ex regio Pfalt. retulimus, atque etiam, ut notat D. Hier. in Micheam, c. 7. Qui optimus in eis est, quasi Paliur<sup>9</sup> & qui rectus quasi spina in sepe, &c. quasi Paliurus pungens & retinens: vulnerans. appropinquante sibi adunco dente cōprehensens, &c.

Cordus Palurum ait vulgò non cognosci, nec quicquam pro eo exhibet. Rhamni autem duas species agnoscit, candidum & nigrum, utrunque Theophrasti, ut ille ait, à se aliquoties visum: qui tamen non in Germania nati sint, sed ex Italia & Gallia allati. Et addit: fructus candidæ candidus: nigræ niger: quemadmodum & folium, quod oblongum parvumque est: Fructui orbiculata est figura, isque in medio turget, in margine verò tenuior est & veluti foliaceus, in summo verò, verticillo, quo, cu pondere fusis infixo, utuntur mulieres, similis est, non tamen perforatus. Dioscor. & tertium Rhamnum recenset, cuius semen in quibusdam Diosc. exempl. spondylo, in quibusdam etiam Asphodelo comparatur diversis naturâ plantis nos spondylo, hoc est, verticillo, similem esse iam ostendimus: quare non Asphodelo, sed spondylo legendum censemus. Idem in sylvâ obs. Rhamni, inquit, nigri fructus niger est, verticilli figura, orbiculata, in medio elatus: Rhamni candidi fructus prædicto similis est figura, sed colore candidus. Hæc Cordus. Ut autem verum fateamur, nondum bene eum percipimus: videtur enim Rhamnum 3. Diosc. non distinguere à primo & secundo eiusdem. Fructus alioqui ab eo descriptus optimè quadrat huic nostro. Nam quæ de folio dicit, parvi momenti sunt, nec quicquam certi inde colligas quod intelligat. Huius nostri sanè folium nec candidum nec nigrum rectè dixeris.

Dioscor. e. mend.

Anguil. opi. 110.

Descriptio Anguil.

Spina gemina.

Peculiarem opinionem habet Anguil. nimirum suspicatur, alteram Rhamni speciem adiectam Dioscoridi, ut alia multæ plantæ spuria. Occasio suspitionis est, quòd sibi contradicat Diosc. in descriptione huius fructus, cum dicit: fructum edit latum, candidum, tenuem veluti folliculum, hastulæ regie similem. Quippe fructus Rhamni 3. qui ostenditur, etsi latus sit, hoc est compressus, non ideo similis est fructui hastulæ regie, [Asphodelo] qui rotundus est vel orbicularis, non compressus. Præterea spinæ eius non sunt debiles, ut vult Dioscor. Deinde Theoph. de duobus tantum Rhamnis loquitur folijs non deciduis: qualis Paliurus non est. Adde, duas primas Rhamni Diosc. species semper virere: tertiam verò non item, quæ, ut ex Theoph. verbis colligo, nihil est aliud quàm eiusdem Paliurus, admodum vulgaris Italiæ, sicut & Græciæ: Nascitur etiam hæc planta omnis generis locis, tam siccis quàm aquaticis, frutex valdè spinosus, cuius folia similia Iuubis nostris sylvestribus, nisi quòd latiora & rotundiora, & circa petiolum colore magis fusco. Plures emittit ramos altitudine quatuor aut quinque cubitorum, in multa brachia diuisos: suntque cum ipsi rami, tùm spinæ coloris Castaneæ. Spinæ semper geminæ, una recta, altera adunca, rectâ ut plurimum supra incurvam locatâ, ad figuram harpagonis. Fructus rotundi, compressi, in medio nonnihil extuberantes, qui spondylo figura similes, conferti ramulis adherent, colore primò inter viridem & album medio: fuliginoso verò si resiccati fuerint: Horum quilibet tria aut quatuor semina continet, substantia pingui ut Lini. Ita ut appareat hunc fruticem nihil aliud esse quàm Paliurum Theoph. ac Diosc. Nostro tempore vocatur ad-

huc in multis Græciæ locis nomine aliquantulum corrupto Paliu. Paliurus Græcis, inquit, Bellonius vulgò nunc Apaliura dicitur, quem multi existimant Rhamnum 3. Iam inaudiendus Matth.

Rhamni genus, quod nigrum est (ut etiam Diosc. inquit) quinàm ferme cubitorum altitudine attollitur, infirmioribus aculeis: fructu tenui, folliculari specie, rotundo, verticillo non ab simili. In epit. addit, in eius medio ossiculum concludi, in quo parvus nucle<sup>9</sup>: ut & aculeos aliquos longos rectosque, nonnullos verò, ut Rubi, incurvos: falli verò eos qui putât Rhamnū 3. esse Diosc. Paliurū, sed adhuc magis excutire, qui eundè esse Diosc. adulterinū cōtendunt. Præterea dicitur eisdem Rhamnus 3. Ital. *Maruca vera*. In post. com. Flores & tribuit muscosos, subcroceos, fructum candidum, in eius medio nucleum durum ac rotundum, cicicis ferè magnitudine, & in eo semen lentis instar compressum, rubro cortice, alba intus medulla: asserit præterea legendum esse apud Diosc. iuxta antiquum Codicem & Orisab. *σφοδύρα*, additque Paliurum Theoph. semen proferre *ἐν λοβῷ*, id est, in filiqua prælonga, Fabæ instar, ut ille reddit. Græcis *λοβῶν* longam vel oblongam filiquam in plantis designare Suida & Phavorino testibus: imò ipsum quoque Theoph. manifestum testem esse ait eius significationis, qui l. 3. c. 11. de Acere scribens inter alia dicit: Paliuri fructum siue folliculum oblongum esse, &c. Obstare præterea, ne tertium Rhamni genus, Paliurus esse possit, ipsum quoque semen, quòd non *ἐν λοβῷ*, sed in duro ac rotundo concludatur ossiculo, in ipsius verticis centro latescente, fungosa quadam filiqua exteriùs obducto, triplici intus cavitate diviso, ubi semen ipsum se contineat ac latitet, Lentis instar compressum, rufa, ac levi cuticula contextum, alba dulcique intus medulla, non autem fuliginosum ac pingue, ut de Paliuri femine scribit Diosc.

Rhamn. 3. Maruca vera.

Verum hæ rationes Matthioli non sufficient ad demonstrandum Rhamnum 3. non esse cum Paliuro. Inaniter etiam se torquet, dum *λοβῶν* contendit non aliud significare, quàm oblongam filiquam. *λοβῶν* enim & pro Hepatis extrema parte, & pro auris ima & carnosa parte, quam Gaza Fibram vocat, & pro phaselo à Galeno de facultatibus aliment. l. 1. c. 28. Et pro vasculo, in quo semina vel fructus reponunt agricolæ & pro summis rebus omnibus ab Hesych. & Suida sumitur: quamvis frequentissimè de filiqua vel folliculo, quo semen veluti vagina clauditur, dicatur, ut sæpe apud Theophrastum. Quod autem adducit Theophrastum, id non bona fide facit: non enim simpliciter dicit Theoph. *ἐν λοβῷ* sed *λοβῷ τρι* quasi insinuare velit peculiarem esse vasculi modum, nec quicquam addit quod longitudinè ostendat. Deinde, quomodo terna aut quaterna semina parva facient filiquam prælongâ Fabæ instar? Locus etiam quem citat ex Theoph. de Acere, ita habet. *Τὸν δὲ καρπὸν ἔλαιον μετ' ἀρωματικῆν* [legèdū videtur *ἀρωματικῶν*] *παρεμίσχον δὲ τῷ παλιούρῳ, πάλιν ἀρωματικέσθαι*: qui planè nihil pro eo facit. Nam si Aceris fructus non sit admod. longus & tamen oblongior quàm Paliuri, sequitur sanè non esse prælongam filiquam Paliuri, ut vult Matth. Sic ex, cur semen, alba dulcique medulla, *καρπὸν* esse neget, nullam rationem videmus: Sanè & eiusmodi seminibus etiam Oleum elici solet. Ecce etiam non dicatur *καρπὸν* *δὲ*, fuliginosum? ut vertunt viri extra controversiam doctissimi, Hermol. Marcel. Ruel. & Cornar. intelligentes, uti putamus, de colore, à quo non aded dissidet rufus, qualem Rhamni semen habere

Matth. opinio reijciatur. λοβῶν.

Dioscor. ii. l. 1. 1. 1.

habete ait Matth. nisi sit ea vox declaratio vocis... ut suspicatur Marcellus. Sin vero cum Pena Lob. Dod. & Sarrac. pro λογυωδες legamus...

Rhamnus niger.

Videtur eundem hunc Rhamnum nigrum vocasse Amatus quem ait in Hispan. & Ital. prosperè crescere, fructu simili verticillo, in cuius medio nescio quid nigri conspiciatur, ut à se Pisatini prope mare annotatum scribit. Is vero solus hanc notam habet, qua Rhamnum nigrum ab albo distinguit: egregiam sanè verò! Qui, quum Ruellij Rhamnum reprobet, cur suum non declarat notis manifestioribus, quàm fecit? Diosc. Rhamnum 3. faciunt Turnei. Dod. [qui & Paliurum dicit] Gesn. Pena, Lob. Clus. Casalp. Camer. qui & Spliam Iudaiam dici notat. Dod. vult esse Zuram Plinij, quod nondum asserimus, de ea sub Paliuro, Rauvolff. Paliuro, inquit, nostro, qui existimatur Rhamni 3. genus, ita similis Iuuba alba, ut primo aspectu existimarem eandem cum eo. Et quoniam Diosc. eadem facultates suo Paliuro tribuit quas Paliuro 1. Theoph. non præter rationem Clus. Anguillar. secutus, Rhamni 3. descriptionem, quæ apud Dioscor. extat, ad Paliuri eius historiam revocandam censet. Cuius sententiæ & Casalp. est.

Spina Indica. Vera Plin.

Porro cum sint tam laxæ descriptiones utriusque, h. e. tam Paliuri quàm Rhamni 3. & ex facultatibus valde imbecilles coniecturæ, nullum putant Advers. posse statuere, quænam cui sit præferenda. Quæ [inquit] huic Diosc. descriptioni valde quàm accedit, est Rhamnus 3. nam frutex quantus est, prædurus est stipes, aculeatus, semine pinguis lineoque non fuliginoso, sed satis duro, ut Lini: vires huic congruunt: nam lapillos exeret potentissimè: diureticus est, ac proinde, haud abs re doctus Anguil. ambigebat essetne Rhamnus Paliurus alio nomine (ut sæpè fit) nota Africanis transmarinisque regionibus, vel Diosc. fuerit vitatus Codex. Quod ad semen attinet huic sunt terna officula, ut Theoph. vult, estque Lini æmulum, non fuliginosum, uti corruptè legitur, læue, non lentum tangenti: & in siliqua lata folliculari specie, terna, quaternave: unde merito hæc ipsissima videtur. De voce, fuliginosa, dictum à nobis prius ad colorem posse referri. Lactia proponit solum iconem Matth. pro Rhamno. Turner. vitiosam figuram habet, cuius titulus, Rhus, incuria typographi, pro Rhamnus. Elegantem figuram habet Camer. apud Matth. nomine Paliuri 3. & 3. Stechdorn.

Locus.

Ex Theoph. colligimus in Græcia nasci, quia nostratem dicit. Gaudet alioqui locis maritimis, campestribus & incultis. Copiosus provenit in Gallia Narbonensi, potissimum qua Monspellio Lunellam itur, spontè crescit inter sepes & in agris. Item circa Vraniam: in agro Veronensi, in Apennino prope Bononiâ in planitie versus Baldum. In Belgij hortis colitur, Dod. Norimbergæ, inquit, Camer. hycnem etiam nisi sit admodum acris, ferre potest: alioqui diligeret erit à frigore muniendus. Basileæ in horto D. Plateri in iustâ arborem excrevit, oxci sæpè crevit ex semine, ac etiam floruit. Floret, autem Maio & Iunio: fructus autumnò maturefcit, & tota hyemè ardori adhæret. Lob. annotat ex vetusto admodum semine crescere, quod verisimile, cum semen in vasculo egregiè munitum fuerit.

Satio.

Tempus.

Vires & v. sat.

Quomodo viva sepes paranda sit ex Paliuro Tom. I.

& aliis vastissimis spinis, quas vocat, adversus hominum pecudumque incursum, habes apud Cosum. l. ii. c. 3. Adstringunt, ventrem fluentem cohibent digerunt, & Phymata curant Paliuri folia & radix. Galen. Fructus vero tantam obtinent incidendi vim, ut & calculos vesicæ committant, & pectoris pulmonisque excretionibus auxilientur. Semina contusa ad tussim commendariam dictum, iis etiam ad arehulas & calculum utuntur Monspelienfes Medici ad quos affectus in frequenti etiam usu habet Cl. D. Platerus.

Tempera:

Alui fluxu:

Calculus.

Arenula:

PALIVRVS AFRICANA.

CAP. XV.

ALIVS hic Paliurus est ab eo qui hætenus dictus, seu à Græco, quem Diosc. cum Rhamno suo tertio confudit. Nunc quid & de hoc tradant autores, videndum.

In Libya, seu Africa, autore Theoph. maxima copia est: Quippe apud Hesperides eo ad urendum utuntur, quemadmodum & Loto. Sed fruticosior hic est, quàm Lotus, folio huic nostrati [τὸ ἐν τῷ τῷ Græco] similis, sed fructu diverso, non enim latum fert sed rotundam & rubrum, magnitudine qua Cedri, aut paulò maiorem, cuius nucleus non simul editur, quemadmodum acini Punici. Fructus vero ipse suavis est, cui si quis vinum affundat, & ipsum suaviorem fieri tradunt, & vinum ipsum quoque suavius efficere. Dixerat autem prius Paliurum differentias quasdam habere, omnes autem fructiferas esse. De ea vero quæ semen ἐν λοβῷ πῦνι fert, quamque hic adducta descriptione nostratem vocat, inter Rhamnos actum, quod eam, uti dictum, Dioscorid. cum Rhamno inconsideratè commiscuerit. Et paulò ante dixit Paliurum etiam in N. samoniaco agro, & apud Ammoniam aliisq; partibus nasci. Quid v. sibi velit idè Theoph. quâdo l. ii. c. 16. ait: Quædam & mucrone & lateribus pangunt, ut sunt Ilicis, Roboris, Smilacis, Rubi & Paliuri folia. Verba sunt: τὰ δὲ ἐν τῷ ἑσπερίδωντα. [in eptè Gaza, sinuata concidit, ut ante nos notavit Matth.] καὶ ἐκ τῶ ἀκροῦ καὶ ἐκ τῶν πλαγίων. Agit autem hic de foliis. Considerandū igitur, quisnam sit ille Paliurus, cui talia folia, Eorum verborum peculiarem interpretationem Casal. invenit, quam cap. de Iuubis referemus. Alioqui & hic Roboris seu ἐρυδὸς loco malumus legere Phellodryos. In Roboris enim foliis nullæ spinæ: at sunt in hac.

Descriptio

Fructus.

Locus:

Gaza re. Preh.

Theoph. emend.

Varietal.

Zura. Vires. Collectiones. Zura. Vires. Collectiones. Zura. Vires. Collectiones.

Cyrenaica regio [inquit, Plin. l. 13. c. 19. ex hoc Theoph. loco] Loto sua post ponit Paliuro. Fruticosior hæc, fructuque magis rubens, cuius nucleus non simul manditur, incurtus per se, atque suavior è vino: quin & vina succo suo commendans. Interior Africa ad Garamantas usque & deserta Palmarum magnitudine & suavitate constat [præstat Dal.] nobilibus maxime circa delubrum Hammonis. Et lib. 16. cap. 25. Vere cepturo germinant, Aquifolium, Terebinthus, Paliurus, &c. sed per hunc Paliurum intelligimus Græcum. Rursus idem l. 24. c. 13. Paliurus quoque spinæ genus. Semen eius Afri Zuram [Zuiron M.] vocant, contra Scorpiones efficacissimum: Item calculosis & tussi. Folia astringentiam vim habent. Radix discutit Panos collectiones, uomicas: urinas trahit pota. Decoctum eius potum in vino alvum sistit: serpentibus adversatur. Radix præcipuè datur in vino. Aliqui folia contusa addito sale, articulorum morbis imponunt. Provant Bacæ purgationi foeminarum, cæliacis, Dysentericis ac cholæ.

*Cholera. Al-  
si fluxus.  
Infusa cor-  
pori.  
Lunata.  
Plin. ikust.*

rieis. In vino potæ alvum sistunt. Radix decocta & illita, extrahit in fixa corpori. Vulissima est & luxatis, tumoribusque.

Videtur autem Plin. duas plantas confundere. Nam vires quas primo loco ponit pro Paliuro, respondent viribus à Dioscor. etiam Paliuro adscriptis. Verùm si Paliurus Diosc. & Theoph. [quod existimamus,] idem sunt, baccæ non conveniunt Paliuro primo: à Theoph. enim eæ attribuuntur Paliuro Libyco, ut ex præcedentibus apparet.

*Connarus  
Athen.*

Dod. intelligit pet Zuram Plin. Rhamnum vel Paliurum folio Iuiubino, de quo ante. De Connaro & Paliuro Athen. vid. lib. 14. c. 20. ubi diversæ autorum de iis sententiæ. De Connaris, inquit, prius apud Alexandrinos vocatis verba faciam, ac de Paliuris. Meminit de iis Agathocles Cyzicenus, his verbis, libro historiarum patriæ tertio: Cùm in sepulchrum fulmen irruisset, arbuscula [alij legunt arbor] ex tumulo pullulavit quam illi Connarum nominant. Est autem planta Vlmi Piceæque magnitudine, nihilque minor (nonnulli legunt, magnitudine quidem parva illa est, pino aut ulmo magnitudine pari: unde, nec immeritò sic super hunc locum exclamat Dalechamp. Quid hoc est dicere? Pinus sanè & Vlmius proceræ sunt arbores, ita veteres interdum ludunt nostram diligentiam. Et Clusius, se hunc locum non intelligere dixit) Truncos habet frequentes & oblongos, spinasque paulum prominentes: folium est tenerum ac viride Phyeque simillimum. Fructum bis quotannis producit, Vere scilicet & Autumnò, qui dulcis est omnino, & olive oleastrique fructu similis, carnem, osque illi simile habet, & differt succi voluptate, cuius fructus etiam viridis comeditur. Vbi verò siccatus fuerit, farinas conficiunt ex eo, quas calcant, ac non pinifunt: neque aqua irrigant. Paliuri ramum dixit Euripides in Cyclope. Theopompus lib. Philippic. 21. mentionem facit de iis, & Diphilus Siphnius medicus in libro de iis, quæ ab ægrotantibus & sanis sunt comedenda. Considerent igitur periti an de Iuiubis hoc loco scribat Athen. Labet & ex eodem propter magnam similitudinem proponere quæ de Loto Polybij tradit: Quæ [inquit] de Loto scripsit Herod. eadem refert Polybius Megalopolitanus, oculatus testis l. 12. hist. his verbis: Est autem Lotus arbor minimè proceræ, aspera, aculeata, folio Rhamni [Illicis, Theoph.] paulò latiore & crassiore: fructu per initia colore & magnitudine simili perfectis baccis Myrti, dum augebit, coloris phœnicei, Oleæ [Fabæ, Theoph. de Loto à Dioscor. hæc inaudienda sunt. Secundæ Loti Theoph. quæ καρπὸν μετὰ τὸ κέρουον ἔχει, id est, fructum habet inclusum nucis putamine, Herod. l. 4. fructum verisimè & appositissimè tradit esse lentisco similem, Dal.] magnitudine, rotundo, nucleo admodum pusillo. Maturus is colligitur, & cum alica contusus ad servotum famulorumq; cibum in vasa conculcatur, ac stipatur: ingenuorum autem eduliis, detracto nucleo eodem modo reponitur, ac pro cibo est, gustu caricis & Palmulis non dissimilis odore tamen suaviori. Fit & ex eo vinum, in aqua macerato, & trito, saporis grati, & iucundi, qualis est optimi mulsi. Merum id, & sine aqua, bibunt, sed ultra decimum diem non perdurat. Quamobrem paulatim ad usum tam brevis temporis conficiunt. Fit & acetum ex eo. Hactenus Athen.

*Arbuscula*

*Paliurus.*

*Iuiuba.*

*Lotus Liby-  
ca Polybij.  
Folium.*

*Vinum.*

*Acetum.*

Ruell. & Matth. volunt Connarum Athen. esse Paliurum: id negat Solerius, & vult apud eundem pro Philycæ legendum Philycæ: Paliurum

Libycam Theoph. eandem esse cenlet cum Loto Libyca Polybij. Paliuri species incognitas, omnia eiusdem genera semen in siliquis ferre falsò Matth. asserere ex Theoph.

Plutarchus autor est, in Coccygio monte Paliurum arborem haberi, cui si vel bestia vel avis, aut aliud animal volucre fidat, velut inviscatum cohærebit, præter Cuculum. Huic enim soli parit: & ne scriptò derogetur fides Cresiphonta citat in testem, libro arboribus dicato.

Ichthyophagi, ut annotat Hermol. piscium carnes semine Paliuri conditas inveterant.

Troglodytæ succo Paliuri pro vino utuntur vulgò. Nam proceres florem quandam expimunt, cuius liquor nostrati musto similis aspicitur.

De Paliuro apud varias nationes, inquit Ruell. discrepant historiæ, quæ facie multum dissimili, ut apud se nascitur, ostendant. Inter omnes tamen convenit, eam vivis hortorum sepibus dicatam, quod suis minacibus aculeis noxium pecus abigat. At nos vix concedendum hoc putamus Ruellio. Præterea, quem putat Paliurum, non est Paliurus, ut dicitur in Spino alba. Sic & Matth. Ad eò inter se, inquit, in quibusdam historiis discrepant scriptores, ut per se eorum mentes maximè perturbent, qui rerum veritatem indagare student. Id autem discriminis nimirum evenit de Paliuro. Nam quæ huiusce stirpis à Diosc. traditur historia, omnino differt ab ea, quam diversis generibus protulit Theoph. Hæc autem non convenit cum ea, quam memoriæ prodidit Agathocles: neque huic illa correspondet, cuius Plutarch. est autor, & hæc à prædictis omnibus dissentire videtur. Paucis eius historiæ perstrinxit Diosc. Quod nobis est impedimento, quominus veram Paliurum de qua ipse intellexit, cognoscere valeamus. Theoph. quoque plura Paliuri sunt genera. Quare cùm de Paliuro tot ac diversæ ferantur sententiæ & habeantur historiæ, facilè, inquit, Matth. crediderim, Paliurum esse nomen ad nationum placita variis ac diversis aculeatis stirpibus impositum: etsi Iosephus Salandius medicus apprime doctus, & in stirpium historia non imperitus, dum Veneta classe in Græciam traiecisset, Diosc. Paliurum se vidisse pro certo affirmaverit, semine fuliginoso ac pingui: atque inibi proprium adhuc nomen retinere. Hæc ille.

Bellonius scribit Paliurum Agathoclis descriptum à Theoph. provenire circa Sues in planitie Arabiæ desertæ. Quæ verò sit hæc Paliurus nondum nobis constat: existimasset Nabcam, de qua mox, nisi ipse Bellon. separasset. Cordus apud Diosc. scribit variam esse apud autores Paliuri historiæ, & in tanta varietate quicquam indicare temerarium fore: autores duplicem tradere, alteram arborem, alteram humiliorem. Quidam nihilominus temerarius apud Cordum annotat esse Klein Stachel Vicken, foliis Vitiæ similibus. Nos intelligimus Tribulum terrestrem, exiguum herbulam, humi repentem. I nunc & Paliurum dicito. Nos verò ex prædictis satis patere arbitramur, plantam quam antea vocavimus Rhamnum sive Paliurum Iuiubinum, non malè ad Paliurum veterum reduci posse. Paliurum alios existimare Iuiubam sativam & sylvestrem postea demonstrabitur. Putatur etiam alia Nabca dicta folio Rhamni vel Iuiubæ, esse Paliurus Athenæi, de qua paulò post. Quidam existimant Paliurum Theoph. fructu Cedri esse Grossulariam spinosam, ut vocant, de qua sub Vva crispa. Lycium Gallicum quidam vocant Paliurum.

*Observata.*

*Succus Paliuri pro vino.*

*Matth. de Paliuro.*

*Paliurus Diosc.*

*Paliurus Agathoclis*

*Paliurus duplex Arboreus & Humilis.*

*Iudicium autorum.*

*Aequivoca Iuiuba sat. & sylv. Nabca. Grossularia spinosa Lycium Gallicum.*



*Hirifolium*  
*Oxyacantha Matth.*  
*Mespilus*  
*Aronia*  
*Cleaster*  
*Cerm.*  
*Acacia*  
*Tomarinus*

Iurum peregrinum 2. de quo postea. Agrifolium malè aliquibus pro Paliuro habitum fuit. Spinus albus sive Oxyacantha Matth. non est Paliurus, ut quidam volunt. Mespilus Aronia dicitur Ruellio Paliurus Africana, de qua egimus, l. 1. Paliuri etiam nomen videtur attributum Rhamno sive Oleastro Germanico, de quo antè. Acaciam putat Ruell. Paliuri Theoph. quoddam genus. Iominus an sit Paliurus dubitat Ruell. de quo inter Genistellas sub Nepa.

NABCA FOLIO RHAMNI  
vel Iujubæ.

C A P. XVI.

Descriptio



Oenoplia  
folia.

Spina  
flora.

Fructus.



Ossiculum.

Arbor.

Oenoplia.

Spina.

Paliurus  
Theoph. sive  
Ziziphus  
rutila.

**E** Creta ab insigni medico & Botanico Honor. Bello missi rami, nomine Oenopliæ, quibus Cortex albus, folia qualia Iujubis vel Rhamno 3, qui aliis Paliurus dicitur, trinerviis tantillū crenatis cum brevibus pediculis, & iuxta singulos Spinæ tenues, albæ. Flosculi racemosi similes jujubis.

Fructum verò Napecæ & Nabce nomine ex Italia retulit I. Henr. Cherlerus. Is Prunum Cereum autumnale aquat, cortice rufo intectus, cui & caro subest concolor, saporis grati, aciduli: huic verò & ossiculum immergitur nucleatum.

Biferam arborem esse adnotat Alpinus, Loti magnitudine, Acacia instar Spinofam, foliis Iujubæ proximis, latioribus: floribus quoque qui Iujubæ flori-

bus planè sint similes, albis, parvis. Bello ait, Oenopliæ seu Napecæ arbores ad Pyri nostræ magnitudinem exurgere: fructu, Pomo sylvestri adèd consimili, ut pro altero alterum quis sumpserit, dulci, cum acore grato & suavi, nucleo intus, qualis est Olivæ.

Lubet & eiusdem Hon. Belli descriptionem excitatione Clus. adscribere. Arbor est, inquit, Pyri mediocris altitudine, cuius caudicem & ramos tegit cortex exalbidus, ad cineraceum tendens: eius folia Paliuri Theoph. seu Ziziphi rutilæ foliorum sunt æmula, binas uncias longa, unam lata, tribus nervis à petiolo secundum longitudinem excurrentibus prædita, supernâ parte saturâ viriditate nitentia, infernâ ad cineraceum aliquantulum

Tom. I

tendentia, quæ ramos alternis inordinata ambiunt: ad quorum exortum multi nascuntur flosculi albi, flosculorum Oleæ instar peculiaribus longis petiolis singuli nitentes. Fructus succedit, parvo Malo valdè similis, magnitudine ut plurimum Cerasi, interdum tamen, Nucem Juglandem etiam æquante, suavis gustus, ossiculum in se continens Olivæ instar. Bifera autem est: nam & novo Vere & Autumno singulis annis fructum profert. Vernalis tamen plerunque ad fructum non pervenit, ob imbrium copiam, & à vermibus corrumpitur.

Dao eius genera, eodem teste: Spinofum unum, alterum Spinis carens. Spinofum ab Alpino describitur, qui Connarum Athen. (& rectè) esse censet, licet icon ipsius, arborem non rectè exprimat. Spinis carens, in Aegypto, Syriæque provenit: nascitur & in Creta, in urbe Rhetimo, è Syria allatum, quod non noverat Alpinus quemadmodum neque Hon. Bellus Spinofum.

Quare diu fuit in ea sententia, ut non Connarum Athen. esset hæc arbor, sed potiùs Polybij Lotus Lybica, ab ipso Athen. eod. lib. paulò post descripta, cuius verba antea citavimus, præsertim cum videret arborem Spinis carere, hancque suam sententiam Alpino significavit, à quo Oenopliæ ramum spinofum acceperat, quem, demptis spinis, eundem fuisse cum Napecâ à se descripta idem Bellus testatur. Ramos nos pulchros vidimus apud C. L. D. C. Bauh. & Jac. Zuingerum inter alias plures exoticas. D. Rauwolf quoque aliquando ad nos misit fructus hoc titulo Iujubarum alia species in Palestina frequens: sed hic fructus rotundus est, non longus, ut Iujubæ vulgares. Alpinus quoque testatur bis in anno flores ac fructum ferre, sed Vere non perfectè maturam, at computrescere priùs quàm maturescat. At Autumno perfectissimum ac optimum evadere. Provenit Oenoplia seu Nabca, inquit, Bellon. frequens in Aegypto, Syria & Armenia, qua Græcia totaque Europa caret. Secundum eundem, omni tempore viret, quod tamen Hon. Bellus tantùm in Aegypto & Syria nascente, verum esse ait: in Cretam verò translata, falsum, teste experientia. Porro utriusque prædictarum arborum, tam spinosæ quàm non spinosæ, historia est apud Serap. sub nomine Sadar, eodem censente, nec repugnante Alpino, sed more suo cum Loto Diosc. (à qua valdè differt) confundit. Is Sadar duas facit species, una est Afri, & alia est Ad hal: sed Afri non habet spinas acutas, utriusque autem speciei folia sunt lata & rotunda: sed Nabach & Ad hal fructus sūt parvi, præferuntur autem huius provinciæ cæteris, & in regum mensas veniunt, quia dulcedine omnibus albis præstant, sicut & odore, nam & aromaticam suavitatem in ore relinquunt, eandemque indumentis conciliant iuxta ea positis, sicut alia aromata. Reliqua quæ de Nabach [hoc est Loto] habet ex diversis autoribus, cap. de Loto recitata sunt.

An Lybica Paliurus Theoph. Item an Paliurus & Afrorum Zura Plin. Item an Athen. Connarum Agathocli, qui & idem etiam Paliurum appellare videtur? Verba eorum, quod adhuc dubij simus, antè adduximus, cum de Paliuro ex Veterum placitis traderemus. Interim certiora perquirent posteri.

Bellon. vulgè esse Oenopliam Græcorum, à qua Paliurum Agathocli aperte distinguit, lib. 2. obl. cap. 54. Considerandum an historia Loti Polybij apud Athen. quam antea sub Paliuro Connarum subiecit huc referri possit.

Differentia.

Spinosa: Spinis carens.

Connarum Athen.

Locus.

Iujubarum species.

Sadar Sadar rap. Serap. repreh.

Sadar duas species.

An Paliurus veteris An Connarum Agathocli

Oenoplia Græcorum An Lotus Polybij.

Nabcam, dicit Alpinus, olim Aegyptiis idem fuisse cum Paliuro & Connaro Athenæi: tamen Connari fructum non videri omnino similem Nabca fructui ac ossi: leque etiam nusquam in Aegypto ex siccatis illis fructibus farinam fieri animadvertisse.

Cedrus Libani.

Iujuba alba.

Nep Nap Syris. Vires & usus. Tempera.

Stomachi & alui relaxatio.

Ulcera intestinorum.

Febres pestifera.

Cardiaci. Purgat bilem. Febres putrida.

Cibus. Nona.

P. Martyr de rebus Oceani & noui orbis: Poma inquit illa, ut Præcocia Pruna, quæ ossata parua etiam & rubella, arbitror ego eius generis, qualia ipse comedi Aprili mense in Aegypti Alexandria: quorum arborem Iudæi indigenæ periti legis Mosæ, Cedrum Libani asseverant, ea sunt esui apta: dulcedinem leni quadam acrimonia mixtam habent, uti in Sorbis videmus. Loco Persicorum & Ceraforum, atque huiusmodi aliarum arborum incolæ in hortis arborem hanc plantant, & diligenti cura nutriunt, cum peregrina sit. Ea est Ziziphæ arbori & altitudine & trunco etiam simillima. Et Rauuolff. Iuibam albam vocat, Weissenbrustberlinbaum / quàm se vidisse ait inter Rama & Ioppe: primumque existimasse, esse Paliurum nostrum, tertium genus Rhamni, ac tandem agnovisse errorem, similem, tamen esse Paliuro 2. cuius Theoph. meminit, l. 4. cap. 4. In Syria teste Bello, Nep seu Nap vocatur: ac in Creta proprio nomine caret.

Horum fructuum temperies, si Serapioni credimus id de Sadar suo ex diversis scribenti, est frigida & sicca in primo gradu: perfectè maturi aliquam habent humiditatem: sunt omnes astringentes, ante maturationem, quorum usus frequens est ad stomachi aluique relaxationem firmandam: ad quæ mala succum etiam ex ipsis immaturis expressum familiariter tum per os sumptum, tum clysteribus iniectum usurpant Aegyptij, teste Alpino. Ex iisdem quoque fructibus siccis in aqua maceratis fit infusio utilis ad intestinorum relaxationem & ulcera. Sed maturorum siccatorum decoctum aut infusio familiarissima est ad omnes pestiferas febres. Aiunt enim hos fructus miram aduersus venenosas qualitates & putredinem, efficaciam habere, corque strenuè roborare. Succus item perfectè maturorum optimus est ad purgandam bilem è ventriculo, & primis venarum ductibus. In omnibus etiam putridis febribus, infusione ex ipsis parata, libenter ad sedandum calorem utuntur. Esui summè iucundi existunt hi fructus, præcipueque maturi: tamen parum nutriunt, facileque, ut Cerasa, in stomacho corrumpuntur, si immoderatè ipsorum esui indulgeatur, stomachusque offenditur. Apud primates tamen Aegyptios ac Turcas n deliciis sunt, & magno in prætio habentur.

ZIZIPHA SATIVA ET SYLVEST.

C A P. XVII.

Descriptio **Q**VÆ in officinis notas Iujubas fert, arbor est domestica, sed in fruticem spinosum facile degenerans, teste Cæsalp. alioqui satis magna, stipite recto, in ramos plures brachiato, quibus in tenuibus furculis quasi pediculis adnascuntur alternatim folia, unciam aut fescunciam longa, semunciam aut unciam ferè lata, in obtusum mucronem desinentia, splendido virore nitida, tribus secundum longitudinem decurrentibus nervis, per ambitum serrata: ad quorum ortum rami spinis horrent, aliis aduncis brevioribus, aliis rectis longioribus: (sed cum senescit aculeis caret, inquit, Cæsalp.) eodemque loci flores, plures ferè simul emicant, pediculis brevissimis, ut ferè sessiles videantur, Ribes floribus persimiles, colore herbaceo, apiculis concolori-

Folium.

Spina.

Flores.



bus. Hosce fructus excipiunt forma & magnitudine Olivari, Corneo crassiores, per maturitatem rubentes, vel, ut ait Cæsalp. ex pallido nigrescentes, quasi fumo infecti, pellicula crassiuscula pulpam subalbidam, mollem, fungosam melleæ dulcedinis contegerite, cui immergitur ossiculum oblongum, utrinque acutum, rugosum, in quo nucleus compressus, Læis maioris instar, rufa pellicula tectus, sapore amaro.

Cordus quoque singulari diligentia, hos fructus sic describit: Iujubæ quæ Græcis Zizipha nominatae ab Oriente in Europam inuenta, arboris Poma seu baccæ sunt: Corni baccis sanguineo & splendente foris colore, oblonga figura & singulari intus ligneoque semine similes, aliquantulum tamen maiores, & ad mediocritas Pruni, aut Olivæ magnitudinem, accedentes, levi, molli, glutinosa gustuque dulci pulpa seu carne constantes: in medio singulare, ut dictum est, semen continetes, utrinq; acuminatum, foris duro ligno intus oblongo aliquantulum cōpresso & rufo nucleo constants. Afferuntur ex Italia ad nos siccatae, ideoque rugosæ. Iujubæ minores, Plinio Tuberes appellantur, colore, nitore, carne, molli lentore, sapore & nucleo maiores imitantur, iis tamen minores, nec oblongæ, sed rotundæ, atque similiter flaccidæ. Eligantur maiores ponderosiores, minùs flaccidæ, & plenior carnem habentes. Afferuntur hæc quoque ex Italia.

Iujuba sylvestris, teste Anguil. similis est Paliuro primo, quem folio Iujubino diximus, non solum foliis, sed ramis & spinis. Frutex est altitudinis quatuor aut quinque cubitorum: cuius rami se terram versus contorquent ad formam semicirculi, spinis abundantes crassioribus, & similiter acutis, binis simul dispositis, modo prædicto. Folia disposita sunt ut in Sorbo. Fructus similes Iuibis domesticis, nisi quod multò minores, & similiores Cedro ferenti fructus minores, aut Lauri fructibus, qui, ubi maturuerint, rubent, & esui apti: non autem nuclei, qui ossi, ideoque reiciuntur. Quibusdam in locis fructus hi in vinum immittuntur ut suavius reddatur. Reperiuntur in agris Veronenisibus.

Columella rutilam & albam Ziziphum inter probatas arbores, & apum pabulationibus commodas refert: postea tamen Ziziphi flores ait mel mediocris gustus reddere.

Plin. Zizipha & Tuberes retulit ad mala, quorum plura genera dicit, & mox subdit: Aequè peregrina sunt Ziziphū & Tuberes, quæ & ipsa non pridem venere in Italiam, hæc ex Africa, illa ex Syria. Sext. Papinius, quem Consulem vidimus, primus utraque attulit, D. Augusti novissimis temporibus, in castrorum aggeribus sata, baccis similia, [de Ziziphis id audiendum, non de Tuberibus Dal.] quàm Malis, sed aggeribus præcipuè decora, quoniam & in tecta iam sylva scandunt. Quibus utique postremis verbis insinuat re vult,

Fructus.

Ossiculum.

Iujuba minor.

Nucleus Iujuba minor. Tuberes. Plin. Delectus. Iujuba sylvestris.

Folia. Fructus.

Vinum suavius reddit.

Ziziphum rutila & alba.

Zizipha & Tuberes. Plin. Quo tempore visum est Plin.

re vult, eadem iam suo tempore in privatorum hominum hortis abundè fatas. Dixit porrò Plin. etiam Zizipha alba & Cappadocia, de quibus sub Olea Germanica. Nondum liquidò patet, an de his Græci antiquiores prodiderint: sed mox specialius inquiremus.

Gal. verò Zizipharum meminit, ut dicitur in viribus. An Serica eadem? Ambegerunt sanè doctissimi viri. Et videtur eruditissimus Had. Iun. satis confidenter *Σεικὸν* Gal. & *Ζιζυφον* Simeonis Sethi unum & idem pronunciare, quamvis alij plures, ante eum id fecerint, ut mox dicitur. Plin. sanè diversa statuisse videtur. Et quas Gal. Sericis attribuit vires, Ziziphis optimè conveniunt. Apud Avic. legimus: De Iuiubis, id est, Sericis. Sed in hanc rem amplius perquirendum. Si verò quis consideret Connari, & Loti Polybij utraque descriptiones, antea à nobis ex Athen. adductas, multa in iis deprehendet, quæ cum Iuiubis conveniunt. Ex posterioribus Græcis Actuar. & Simeon Sethi Ziziphorum meminere: Ille quidem Iulapij ex Ziziphis facti: hic verò vires habet: & ex iis præfert maiora, qualia Edissena dicit. At scriptores Arabes hæc potissimum in usu medico claros fecisse videntur. Ruell. conjectura se non posse assequi tradit, quemadmodum Græci Tuberes ipsa, appellent, nisi eas quis Serica vocari putet, parvi succi poma, ut tradit Galen. Idem ex Plinij & Colum. Zizipho, & ex Sericis Galeni vnam histor. facit. Eadem quoque dicunt & faciunt Avic. Rhafes & Averrhoes: Plinius item Valer. Paulus, Actius quos omnes citat Cronemb.

Item Curtius, Gesn. Monachi, Lonic. Vesalius, Amatus, Cæsalp. Lob. Costa, & alij. Dubitant verò Matth. Tragus, Camer. Dod. & nos, non tamen ut illud negemus. Melius inquirent posterius. Matth. Plinij Codicem, l. 17. cap. 10. ubi separat Tuberes à Ziziphis, depravatum putat, quòd nusquam apud Colum. Tubero mentionem fieri legerit. Suspicionem eius auxit, quòd inter Arabes Avic. & inter Græcos recentiores Simeon Sethi, duas Ziziphi species scriptis mandaverint, & quòd tamen in Plinio una tantum legatur ziziphus. Omnium verò maximum argumentum putat, in Plin. subesse mendum, & illi de ziziphis id ascribendum esse, quòd de Tuberibus fortasse malè legatur. Verum ex Palladio distinguente zizipham à Tuberibus, satis apparet argumenta & suspicionem Matthioli contrarium sentientis, parvi ac nullius esse momenti.

Sed Anguill. placita non contemnenda hoc loco nobis perpendenda. Antiqui, inquit ille, epist. 3. varias habuere Paliuri species. Athen. meminit unius, dictæ Connarus, multum differentis ab omnibus reliquis, quam attribuit Agathochi, cuius descriptio aliter interpretanda quam vulgò fit: Versionem correctiorem ex Græco, & Anguillare etiam consentientem supra dedimus. Ait tamen idem, Paliurum nunc sibi incognitum, nisi dicamus esse Iuiubas, modò vox *σεργυλλων* vertatur longus cum rotunditate, id est, ovali figura, quemadmodum ad genuinum sensum is vertendum cæset, Theoph. quoque duorum Paliurorum meminit, quorum unus familiaris erat sua regioni, alter peregrinus de quibus supra. Vtrumque genus sibi notum dicit Anguillar. Ac priorem quidem esse Rhamnum 3. Dioscor. de qua re supra plus satis: Alterum verò sive Africanum esse Iuiubam sylv. Ex Plin. quidem otiri dubium de hac sententia: sed censendum esse Plinium errasse. Theoph. per vocabulum *σεργυλλων* semper intelligere nucleos, qui intra se contineant se-

men duros ut ossa, ut sunt nuclei sive ossa Cerasorum, Olivarum, Persicorum, Prunorum. Quam vocem Plinius, qui refert omnia quæ dixerat Theophrast. nucleum interpretatus est, & rectè. Idem Anguill. credit textum Theoph. corruptum esse, cum ait, os Paliuri simile esse Malorum Punicorum ossi, cum Mala Punica nullum os habeant, sed solum grana illa quæ à Theoph. dicuntur *κόνιν*: ac sic conveniret cum Plin. dicente: Non comeditur cum nucleo, omittens Malum Punicum, ut verba suo tempore nondum inserta in Theoph. textum. Verum in iis quæ sequuntur apparet eum malè intellexisse Theophrastum, ut videre poterunt legentes. Fortè melius legeretur, si apud Theoph. pro Malo Punico reponeretur alius fructus nucleum habens. Concludens denique Anguill. Si [inquit] in Italia ostendi potest Paliurus Africanus, nescio quid melius ei conveniat quam Iuiubæ sylvestres. Eiusdem opinionis & Guilandinum ipsum fuisse intelleximus.

Idem Anguill. seq. epist. Existimo, inquit, nullum errorem commissurum cum qui dicit, Lotum ab Athen. descriptam, esse eam quam dicit Theoph. in Pharide provenire, quandoquidem pauca eæ nota, quas Theoph. sua tribuit, ascripta sunt ab Athen. sive, quam describit ex sententia Polybij. Verba Athenæi ostendunt, Lotum Pharidis non esse differentem ab hac Loto, quoniam Lotus ossæ Plinij nihil aliud est, quam Pireus Pharidis Theophr. Sed Lotus Athen. est Lotus ossæ Plinij. Hoc esse verum ostendit Plin. dicens: Ex Loto ossæ vinum exquiri simile mulso, quod ultra denos dies negat durare, ut etiam ait Athen. Videatur Athen. ipse. Lotum Ossæ esse Pireum Theoph. negari non potest, cum eadem sint verba quæ Plinij, sed advertendum Athenæum sibi contradicere in foliorum descriptione, ut pote qui sic habet, *ἔχει δὲ εὐλλοὺν χλωρὴν ἀγλαπῆσιον τῷ ῥάμνῳ μίσην βαθυτέραν καὶ πλατυτέραν*: qua verba sic transfert Anguill. Lotus folia habet viridia similia Rhamno, parva, longiora & latiora. Sed folia parva, & lata, & longa, videntur res contrariæ. Sic ille, qui nobis quidem nodum in serpo querere videtur. Quasi verò non aliquid possit esse parvum simpliciter & in se consideratum, & tamen longius & latius, collatum cum alio minori. Dura tamen, ut ingenuè fateamur locutio Athenæi, [quamvis non aperta contradictio, ut Anguill. censet] eam autem tolli posse existimat, si dicamus: Folia Loti parva, viridia, similia Rhamno, sed longiora & latiora: quæ versio cum Dalech. ferè incidit. Acita fortè intellexit Athenæus. Denique addit Anguill. suo iudicio non erraturum eum, qui hanc plantam dicit esse Iuiubas [Giugiole] domesticas. Hac ille. Quoad nos maiori ex parte Anguillare sententia subscribimus. Inclinat enim multum animus Theoph. sub Loto, & Plinium sub ossæ Loto, de Loto Athenæi locutos, ac Lotum Athen. esse Iuiubas. Verum non videtur nobis eo loco distinguendum, quo distinguit Anguill.

Quæ autem Theophrastus scripsit de Loto arbore, à nobis transcripta sunt lib. 2. sub titulo Loti arboris fructu Cerasi, quæ si quis consideret, iuxta interpretationem Anguillare, tria ibi videntur tradi Loti genera, & præterea Paliuri duo. Primam diximus dicto libro, Lotum fructu Cerasi: Secunda est Lotus Pharidis, quam Anguillare eandem cum Loto Polybij putat sive Iuiubis. Tertia exit, quam Theoph. post Paliurum de-

*Theophr. correct. & illustr.*

*Lotus non Polybij. Lotus Pharidis.*

*Iuiuba domestica.*

*Autorum iudicium opinione Anguill.*

*Loti Theophrast.*

*Lotus Pharidis.*

*An Serica Gal.*

*An Connari Polybij.*

*Edissena.*

*Serica.*

*Matth. reprob.*

*Paliuri Connarus.*

*Iuiuba.*

*Iuiuba sylv. Syrens quæ Theophrast.*

scribit dicens: Referunt quidam Lotum, &c. ea sanè cum Iuiubis videtur convenire. Paliurum autem Theoph. secundum fructu Cedri, Anguillara existimat esse Iuiubas sylv. Si liceat fatèri verum, obscuriora & breviora videntur, quæ Theophrast. Plin. & Athenæus scripsere de his plantis. Dalech. Lotum Polybij apud Athenæum aliter quam Anguillara eadem existimat cum Dioscoride, lectionem tamen non parum mutat, ut suam tueatur sententiam. Ex Anguillara per βαδύτης intelligit μακρότερον, longius. Nos diximus fortè interpretandum esse paulò amplius, aut maius. Quid præterea præcedentibus verbis intelligat Anguil. per Pireum Pharidis Theophrasti, considerandum. Pirei vocabulum non invenimus apud Theophrastum. Voluit fortasse scribere Pyrinus, sed non recordatus se pro πυρίνῳ, restituere πυρίνῳ, & convertere Ital. Il Primo. Hæc & alia faciunt, ut nihil adhuc asserere audeamus, ne quid temerè pronuntiare videamur, iam dictis non bene intellectis. Vocabulum præterea Rhamni æquivocum videtur, nescimus an Athenæus de Rhamno Theoph. & Diosc. nigro & albo intelligat: si intelligit, Iuiubæ non convenit: Si Paliurum intelligit, quem Theoph. comparat Loto: cur non potius Theophrast. voce usus, quam voce Rhamni, quæ apud Dioscor. suppositicia existimatur? Pro Rhamno tertio Dalech. censet legendum πεινῶ, Ilicis.

Rhamni  
non æqui-  
vocum.

Ab Anguillara sententia non alienus fuit Gesn. ubi ait: non desunt qui veteribus etiã Græcis hæc arborem [nempe Zizipham] cognita fuisse putent & ad Lotum quam Theoph. in Pharide insula Lotophagorum nasci tradit, referendam. Optimè sanè convenire videtur arbori quam Athen. Loti Polybij nomine describit ex eiusdem histor. l. 12. Quin & Guiland. Paliurum, inquit, Africanum Theoph. Iuiubam esse non dubito.

Lotos Phae-  
vidæ Theo-  
phrast.

Paliurus  
Africanus.

Iuiubam parcius autorum præconiis inclaruisse mirum, quum Homero antiquissimo Poëtæ ante annos mille Loti nomine sit celebrata. Sic & Alpinus mirum non esse ait aliquos etiam viros doctissimos Iuiubam Paliurum esse voluisse. Et Dod. in Hist. Gal. Si quis, inquit, expendat quæ Theoph. de Paliuro tradit l. 4. c. 4. comperiet alteram esse Iuiubam sylvestrem.

Tuberes.

Cæsalp. o-  
pinio rein-  
astur.

Cæsalp. quoque non parum negotij nobis accessit in hac historia. Is quippe de suo Tubere scribens (quem nos Azadaracheni vocamus) ait habere fructum Sericorum ferè amplitudine, Iuiubas intelligens. Postea, inquit: Plinius Tuberes candidos vocat cum Sericis affines & cum Ziziphis: omnia peregrina in Italia, baccis similia quàm Malis. Colum. Zizipha videtur appellasse, quos Plin. Tuberes cum similiter scribat eorum duo genera, rutilum & album. Nos verò, contra opinionem Cæsalpini, diversos putamus fructus, ut annotatum l. 2. c. de Persicis, ad quorum genus referimus Tuberes. Præterea, non concedimus Cæsalpino, Plinium dicere, Tuberes esse baccas: peregrina quidem dicit Zizipha & Tuberes, verum de Ziziphis tantum dicit, baccas esse. Scribit præterea Cæsalp. Serapionem Iuiubas putare esse apud Gal. Serica: Plinium distinguere Zizipha à Sericis, quæ difficile sit nostris Iuiubis aptare. Quid si [addit idem] Paliurum apud eundem Plin. & apud Diosc. asseramus esse nostram Iuiubam? Quid si & Theoph. eandem intellexisse dicamus cum de Paliuro scribit, ἐν λοβῶ τινι τῶν καρπῶν ἔχει, καὶ ἄλλο τὸ φύλλον? quem locum Gaza convertens, abstulit illam vocem, sicut folium. At verbum

λοβῶς significat etiam extremitates quascunque, ut extremas auriculas & pulmonum fibras. Fort igitur Paliurus in extremis ramis tenues quasdam virgulas in quibus fructum & folia: immò unicum folium videtur communi pediculo tres aut quatuor fructus continens, ut inquit, Theophrast. quibus medici ad tussim confusus utuntur. Quod autem de foliis scribit in extremo & lateribus sinuata confidere, ut in Rubo & plerisque aliis, accipiendum est de integris virgulis, tanquam foliorum pediculis, quarum gratia alibi testatur Paliuri folia reddi spinosa ut Rubi: eius fructum oblongum esse idem testatus est in Ace-re.

Alium porò describit Paliurum in Africa nascentem, Loto magis fruticosum, folio similem nostrati [τῷ ἐν ταύτῃ] Paliuro: cuius etiam meminit Plin. in Cyrenaica regione Loto antecellere, &c. Ex quibus colligitur Paliurum fructum ferè nucleum continentem, nostratem autem ab Africano differre figura & colore: non enim in acutum turbinatur, sed æqualem amplitudinem servat per totam longitudinem fructus. Gaza tamen vocem σεργύλλου, non turbinatum vertit, sed rotundum. Quamvis habeamus Iuiubam sylv. fructu non rotundo, sed in latitudinem depresso.

Hactenus Cæsalp. qui per Iuiubam sylvestrem intelligit Rhamnum, quem diximus folio Iuiubæ, qui sanè bene respondere videtur Paliuro primo Theophrasti, non autem Iuiubæ, quomodo- cunque Cæsalpinus Theoph. verba interpre- tetur,

Zizipha, Græcis ζιζυφα ζιζυφα ἢ ζιζυφα, tot e-  
nim modis scriptum invenimus: & ζιζιφα in no-  
stro Simeone Sethi, nisi sit mendum. Iuiuba offic.  
Galeno, ut quidam volunt Σνεως, Serica. Iuiuba ru-  
bra Bellon. rutila Colum. Ziziphus punicea Hist.  
Lugd. Ziziphus rubra Camer. Ziziphus rutilus Cluf.  
Lob. teste ζιζυφα, Græcorum: Iuiuba Arabum, Paliurus  
Africana Theoph. Lotus 2. Polyb. Cratæus fortè  
Theoph. Arabicè, ut in Serap. Humen & Zufalzet,  
quasi Zizipha. Invenimus pro Arabica nomencla-  
tura vanè notari Zufalzet, Zufalzet Hamen, Hanab,  
Humen, Anep. Germ. Brustbeerlin. Vocantur & Note  
Brustbeerlin. Gal. Iuiubes. Natb. seu ling. Gottica.  
Gumdulier, & Gvindoles. Belg. Iuiuben. Ital. Giuggiole.  
Hisp. Azufecifa, Azofeifa vel ut alij scribunt Acofeifa.  
Lusit. Mazaan da Nasega Iidem Arabica lingua  
pomum ab Alnafegua vocant, teste Amato.

Synonyma  
ling.

An Cra-  
gat Th-  
phrast.

Leon.

Lonicera  
reprehens.  
Daphn.  
etiam.  
Locus.

Camer. pro sativa & sylv. duas apposuit pulchras  
figuras. Tantò ineptior Tragi. Nec mirum: quippe  
qui fateatur se arborem non vidisse, sed LONI-  
CERI figura penitus inepta & falsa. Pro Iuiubis  
Dorsth. quoque malam iconem habet, fructuum  
Rosarum sylvestrium. Nascitur in Lemno insula,  
in Syriæ planitie inter Damascum & Libani mon-  
tem. Bellon. Qui alio loco dicit, ad Iordanem flu-  
vium allatas venales Iuiubas, tam albas quam ru-  
bras, cum Ficubus, Vvis &c. Gaudet solo & casto  
calidiori, aut certè temperato: in Hispaniæ, Italiæ  
& Galliæ Narbon. hortis colitur. Cluf. scribit nun-  
quam spontè nascentem à se visam. Colunt &  
Lugduni & Genevæ, ac Lugduni quoque fructus  
fert. A multis iam annis tibie crassitudinis ar-  
borem & alias parvas colimus in horto E. C.  
Montbelgardico, ex Gallia Narbonensi & Lugdu-  
no allatas: sed hyeme magna cura reponuntur:  
quotannis ferè florent, sed admodum tardè &  
vix ante Augustum: unde subsequentes pluvia  
frigida cum floribus fructuum etiam primordia  
decutiunt. Sylvestres etiam frequentes Monspelij  
occurrunt

occurrunt, valde spinosa, & in nonnullis campis Italiz. Monspelij florent Maio & Junio. In illis ramuli quorum folia hyeme sæpe decidunt, in nostris verò, id ferè quotannis: sed subinde noua recrescunt. Ita in eodem ferè statu permanent iam à pluribus annis.

Fructus leguntur autumno, vel post, unà cum furculis, & in manipulos colligati post aliquot dierum insolationem laquearibus suspenduntur. Postremò decerpti in capsulas reponuntur ad medicos usus. Sunt etiam qui decerpta Zizipha, & cratibus tegetibusque instrata, tam diu insolant, quousque rugosa ibidem fiant. Zizipha, inquit Palladius collecta matura in longo vase fictili seruantur oblito, & loco sicciore composito, vel recenter lecta poma, si guttis vini veteris perfundas, efficitur, ne ea rugarum deformet attractio. Seruantur etiam decisa cum ramis suis, aut fronde sua in voluta, atque suspensa. Diutius conseruantur, promittentibus Græcis, si in vinum mulsum coniciantur, interstratis vicissim arundinum folijs.

Locis calidis Aprilimense, præcipiente eodem Pallad. Ziziphum conseremus: frigidis verò Maio, vel Junio. Amat loca calida, aprica. Seritur ossibus, & stipite & planta. Crescit tardissimè. Sed si plantam ponis, Martio magis in terra molli: si ossibus feras, in scrobe palmari, ita ut terna grana per scrobem cacuminibus ponantur inuersis. Quibus in imo & in summo affundatur lætamen, & cinis, & herbis adnascentibus manu planta liberetur erumpens. Cùm pollicis soliditati similis fuerit, transferatur in locum pastinatum, vel in scrobem. Terram diligit non nimis lætam, sed proximam tenui atque ieiunæ. Per hyemem prodest illi, ut circa codicem lapidum cumulus aggeratur, qui æstate debet auferri.

Si arbor hæc tristis est, ferrea strigili subrasa hilarior fiet, vel, si simum bubulum radicibus modicè & frequenter affundas. Plantatur etiam è ramis è media arbore acceptis, sicut Didymus in Georgicis suis tradit.

Serica, [quæ plerique, uti dictum, Iuiubas putant] non ausim affirmare, inquit Gal. quicquam ad sanitatis tutelam, aut morborum profligationem pertinere. Mulierum enim atque infantium effrætorum est edulium, quod exigui est alimenti, ac concoctu difficilis: & præterquam quod stomachum non iuuat, paucum etiam alimentum corpori exhibet. Etsi verò Iuiubæ Galeni tempore, in usu medico fortè non fuerint [si modò ex per Serica intelligendæ] à posterioribus tamen Græcis, maximè Aëuario, Aetio, Simeone Sethi, & alijs in usum medicum vocatæ sunt, nec erat cur hæc Fuchsius inueheretur in Arabes, maximè, cùm ipsemet Sericum Galeni pro Iuiubis habeat, dicens omnia quæ de Ziziphorum viribus literis mandarunt Arabes, falsa esse: nec videns interim, se non modò Arabes scriptores, sed Græcos recentiores, & posteriores medicos omnes, immò etiam seipsum damnare, ut facile patebit ex ijs quæ mox dicentur. ACTVAR. quippe tradit Oxysacchar, vel ut alij vertunt Iulepum è Ziziphis conferre ad ardentem febrem, purgare sanguinem, & tussi, ac ex calore destillationi, succurrere. Zizipha, inquit Sim. Sethi, commensum quendam [συμμεστωμένην] quendam] habent humiditatis & caliditatis. Proprietatem verò sedandi sanguinis acredinem. Bonum etenim succum gignunt, & euacuant, quod ferolum est in sanguine. Facit ad tusses eorum decoctum, & ad spirandi difficultates, pectusque & renes ac vesicam. Me-

liora sunt quide in Zizypha quæ maiora, qualia sunt Edissena. Sedant etenim hæc acrium humorum vomitum: verum difficilis sunt concoctionis & Lieni efficiunt. Quamobrem satius est eorum uti decocto. Arabes etiam [annotat Tragus] in Zizyphi facultatibus commemorandis nequaquam consentiunt. Serapio siquidem unà cum Rhase Iuiubas calidas & humiditas esse dicit. Contra Averrhoes frigiditas & humiditas pronunciat. Cæterum potest is fructus pectoris vitijs adhiberi. Ad asperitatem arteriæ & asperam tussim Iuiubæ profunt. Ex his officinæ potiones, Electuaria & alias confectiones parant. Serapio ex autoritate Aben Mesuæ acuitatem cholericæ sanguinis extinguere tradit. Pueris exhibentur in exanthematibus, & aliàs ad Erysipelas: in pleuritide, ardore urinæ, ulceribus renum & vesicæ usurpantur.

Sed antequam Auicennam, quem Fusch. nomine tenus carpit, audiamus, ipsiusmet Fuchsi verba de viribus recensenda. Iuiubæ, inquit, fructus, Myxarijs affinis facultate: nam calidus humidus primo gradu, atq; etià pulmonarius. Ad fluxiones calidas, acres, tenues in pectus saluber. Ut alimentum verò à Galeno damnatur. Quem locum Auicenn. & Sauonarola citant in suis Iuiubis. Cæterum eandem sententiam ex ipso Galeno sumptam reddidit Avicenn. cui tantum illud addidit, quòd ea ad pectoris & pulmonis vitia conferant, & quòd quidam (ut ferunt) cùm maximè renum, tum etiam vesicæ affectibus prodesse censeant. Verum ex ea occasione, quòd Gal. ait nullam se inuenisse in Sericis facultatem ad corporum affectus curandos, Fuchsius in Avicennam quiritatur, & cæteros Arabes. Sed an id iuvandi, an contradicendi studio, lectorum iudicium esto.

Nicol. sanè Alexandrinus Zizipha passim suis medicamentis pectoralibus admiscet, præsertim ubi ex calidorum humorum influxu morbus emerferit: item inter ea quæ bilem deiciunt. Ideò que nihil mirum, ut inquit Matth. si ad hæc omnia præstare Zizipha tradiderit Avicenn. Suo enim lentore, ac sua, qua ægrè permeant, crassitie, sanguinem condensant, qui flavæ bilis redundantia tenuior, quàm par sit, redditur. Ut non malè tam à citatis Græcis, quàm ab Arabibus in pulmonicis affectibus commendentur, & etiamnum hodie magno multorum cum solatio usurpentur Syrupi specie, in quem concinnata, Iuiubino nomen & famam dederunt.

Cæterum hallucinari eos censet Matth. qui Ziziphis sanguinem expurgari ac abstergi contendunt, quique ea ijs commiscet medicamentis, quæ pectoris affectibus à frigiditate abortis parari solent, ut recentiorum nonnulli, qui Ziziphis, nulla habita eorum ratione, ad quodvis pectoris vitium indifferenter utuntur, & plerumque cum magno ægrotantium discrimine.

Nos verò non possumus Matthiolo assentiri, statuenti ex usu Iuiubarum magnum creati ægrotis detrimentum in affectibus pectoris à frigiditate abortis: sunt enim dulces, nec ullam habent manifestam frigiditatem: quinimò tribuitur eis caliditas in primo gradu: quapropter in eiusmodi affectibus à causa frigida Syrupus Iuiubinus omninò videtur concedendus: & si fortè denegandus, non propter Iuiubas, sed ob alia frigida admixta.

In Syr. Iuiubino Mesuæ, pro Iuiubarum lib. x. legendum numero lx. & non mutandum aquæ pondus, uti fecit Manardus, notantibus Monachis. Restat ut de Ziziphorum facultate Palladæ

Tempus.

Repositio.

Ne frangi rugosa.

Et diutius conseruantur.

Satio.

Cultus.

Vtilior fiat.

Vires &amp; usus.

Fuchs. falso criminatur Arabes.

Zebria ardens. Tussis. Catarrhus calidus. Sanguine attingent.

Nova.

Asperitas arteria.

Exanthemata. Pleuritis.

Matth ipsa hallucinatur.

Error in Syr. Iuiub.

Experimentum in Quartana

Græci Poëta iudicium inaudiamus. Fatetur is le vim egregiam in iis inuenisse: quippe qui, cum Quartana laboraret, & Zizipha inspexisset, subito se conuulisse asserat, & Croto factum: cuius rei testimonium perpetuum hoc epigrammate extare voluit:

ἐκ ἀλόγως ἐν ζιζύφοις δύναμιτινὰ θεῖαν  
ἔδ' ἔφην χθές γὰρ ζιζύφον ἐν χειρὶ  
ἠπιάλω, κάμνοντι τεταρταίῳ πειρήσθαι  
καὶ γέγονεν ταχέως εἰ κέρτων ἕγχις.

Miram sanè verò ac verè Diuinam ziziphorum vim, si his & hoc modo iis Quartanæ cura adscribenda. Non tacendum tamen, notante Curtio, in quibusdam exempl. legi ζιζύφοις, cuius vocis explicationem ne ex tripode quidem petas.

BER INDICA FRVCTV IVIVINO.

C V P. XVIII

Descriptio

Folia.

Flores.

Fructus.

Delectus.

Lacca.

Arbor Berifera.

Nomina.

Cibus.



BER Indis dicta, autore Acolta magna est arbor, multis foliis & floribus prædita & copioso fructu, & folia minus rotunda sunt Mali foliis, tamen ea æmulentur, superne saturate virent, inferne candicant & pubescunt uti Salviae folia gustu adstringente, Flores exigui, candidi, quinque foliolis constantes, inodori: Fructus Iuiubis

seu Ziziphis similes, alij aliis maiores & suaviores, nunquam verò tam probe maturescentes, ut conservari queant, & in alias regiones transferri, ut Zizipha, & perpetuò nonnihil astrictionis retinentes: unde colligitur minimè pectori utiles esse, quemadm. Zizipha. Præferuntur fructus in Malaca nati Malabaricis: sed iis adhuc præstantiores quos Balaguate profert. Conspicitur hæc arbor ætate alatis formicis perpetuò onusta, quæ in ramis eius Laccam elaborant. Garcias præter ista ait eum fructum, qui in Anafegua provenit, commodè exficari posse. Arborem verò nonnihil spinosam esse. Allatumq; sibi ramulum ab arbore Berifera revulsum, cui multa inhæserit Lacca.

Vocatur hic fructus in Canata Bor, in Decan Ber, in Malayo Vidaras.

Hist. Lugd. Mala Indica Acolste vocat, Lusitani Mancanas de la India, id est, Mala Indica. Cum aliis esui aptis Malis careant in prædictis insulis ac provinciis, commendantur hi fructus apud eos.

LACCA.

C A P. XIX.

CVM Lacca in arbore prædicta, tanquam loco natali gignatur, vel sanè tanquam in horreo

à formicis congeratur, merito ea hic dicenda.

Lacca gummi, ut in officinis habetur, concretionem bacillis pertinaciter circumnata adhærescit, superficie inæquali, rugosa & veluti granulata, pellucida, colore rufo, flavo, aut ex rubro nigricante, intus cavernosa, nescio quid nigri-fiabilis substantiæ in antris continens, sapore nullo evidente, sputu colore ru-



bro tingit, qui longè apparet floridior, si cum aqua misceatur. Prunis imposita bullat primùm, levem odorem resinofum spirans, tandemque flammescit. Vi detracta bacillis, corticem ferè secum rapit, & canaliculata qua adhæsit, apparet. Bacilli duarum triumve unciarum aut longiores cortice teguntur satis crasso, melino ferè: materies ut coryli, sed medulla copiosiore facta.

Reliqua historia tota incerta quodammodo est, vel ipso Garcia teste, qui de ea in hunc modum scribit. Quidnam sit Lacca, quomodo pararetur, & ubinam gigneretur diu dubitavi. Nam affirmabant nonnulli in Pegu flumina exundare atque alveum suum superare solere: aqua deinde defluente, in lutum quod remaneret baculos ab incolis iniici, in quibus prægrandes formicæ nascerentur alatae, quæ multam Laccam accumularent.

Verùm hi non oculati testes ex fama vulgari narrarunt. Apprimè curiosus diligensque vir, qui istic fuerat, ubi Lacca colligitur eidem retulit vastam arborem inveniri in Pegu & Martaban, foliis quodammodo Pruni, in cuius furculis & minutioribus ramis magnæ formicæ in terræ visceribus aliisque locis enatae, hanc Laccam elaborarent (ut apes mel conficiant) materiam ex ipsa arbore exsurgentes. Hos deinde ramulos ab arbore revelli atque umbra sicari, donec deciderent ramuli, Lacca autem ipsa velut in tubulos concreta maneret: interdum tamen ligni fragmenta inhære: at meliorem censerit, quæ sincera esset, lignique fragmentorum expers: eam verò, cui inhærent fragmenta, deteriorè.

Inveni etiam sordidam & minimè sinceram, quam postea colliquarent, & in pollinem reducerent, eamque viliozem censerit, quoniam multam terram admixtam haberet. Deinde negotium dedit idem Garcias quibusdam qui in Pegu profecturi erant, ut, an ita se res haberet, diligenter perquirerent: sed ij retulerunt verissima eum dixisse. Idem postea verum esse didicit in Balaguate profectus. Allatus quoque eidem ramulus ab arbore Berifera revulsum, cui multa inhærebat Lacca. Sed quoniam exigua admodum quantitate provenit, ibi negligi ait. Ibi tamen se vidisse in arboribus, affirmasse testatur. Formicas autem hanc Laccam elaborare inde manifestum putat Garcias, quòd plerumque alæ formicarum Lacca permixtae conspiciantur. Præmansam autem

Descriptio Lacca Offic.

Tinctura

Bacilli quales.

De Lacca generantur diversa varietates.

Formica alata.

Vasa arbor. Prunifolia.

Delectus.

Arbor Berifera.

tem hanc Laccam pulcherrimo rubro colore inficere que sit deligendi ratio. Non esse autem eam arborem, in qua Lacca elaboratur, Myrto similem aut facie aut magnitudine, ut aliqui volunt, sed interdum in Nucis Juglandis magnitudinem excrescere, interdum minorem esse.

Porro, quod ex Formicarum alis coniecturam defumit Garcias, eas esse Laccæ opifices, id nobis nondum manifestum, nisi diversorum relationi quantum par est tribueremus. Facile enim Laccæ primo ex arbore Berifera exsudanti adherere possunt formicæ multis arboribus infestæ. Cum succino sanè varia animalcula reperiuntur, ut muscæ, culices, &c. in cuius substantia aliquot eiusmodi bestiolas non semel vidimus, ut miraculo insertas dixisses. Quid si modò exsudantis succi, & fortè aliquid dulcoris habentis (ut ex fructu eius Iujubino coniectamur) amasiæ formicæ, eique inhiantes accurrant, & ita adhereant? Nec bacillis aggerere liquorem fluidum & resinofum posse formicas, atque ob id ad hanc rem ineptiores esse, fortè morosior aliquis investigator dixerit, ita ut citius credat, ex ipsamet arbore, vel eius ramis & surculis statis temporibus exsudare illum liquorem, & demum Solis vi in eam formam, quam videmus, concretere. Non tamen quicquam derogatum volumus, relationi scriptorum: consideranda tamen hæc proponere volumus, donec peritus & ἀντοδρασόμενος aliquis testis totam rei historiam declaret.

Sed quid Arabes dicant audiamus. Ita enim Bellunensis apud Avic. habet. De Lacca, id est, Cancamo, Laccam quidam dixerunt, inter quos est Paulus, esse gummi herbæ, simile Myrrhæ, boni odoris: sed cum cautione administrandum. Alij verò errantes dixerunt esse Karabe, quanquam in plerisque proprietatibus cum ea conveniat. Serapio itidem ex sententia Diosc. & Athabari (quem quidam Paulum putant) scribit esse gummi arboris in Arabia nascentis, Myrrham quadantenus referens. Deinde ex sententia Rhafis, in ramos Sorbi, quam ipse Guberam vocat, è cælo delabi tradit. Postremò, Lacca, inquit Isaac apud eundem, res quædam est rubea quæ tenuibus lignorum surculis inhæret. Coquitur hæc, & ex ea panni rubeo colore inficiuntur, quam infecturam Chermes appellant. Cæterum Lacca ex Armenia defertur. Hactenus Serap. Ita ludunt Arabes nostrâ diligentia, & rarè doctiores sepius a magis confusi ac hesitabundi, ab iis redimus. Verum, quoniâ Diosc. Cancamum Laccam esse putavit Serapio, ex ipso satis prodit, sibi Laccam incognitam fuisse.

Garcias, cui Lacca à Cancamo diversa est: nec Avicenn. nec Serapioni, imò nec ulli Græcorum cognitam fuisse asserit. Laccam autem in Arabia non nasci palam esse dicit, quoniam in Arabiam ex India deportetur. Similiter nec in Sorbi ramos delabi, neque etiam Mespili, ut nonnulli perperam verterunt, cum nulli sint per universam Indiam Sorbi aut Mespili. Sed nec in Armenia nascitur, nec etiam est Chermes Arabum, cum id nihil aliud sit, quàm Coccus infectorium Græcorum. Sed neque Myrrhæ similis est Lacca, ut volunt Arabes, quoniam hæc in extimis ramis elaborata hæret; Myrrha verò ex ipso arboris trunco exstillat, neque item odorata veluti Myrrha est.

Quidam, inquit ΜΑΤΤΗ. pro Cancamo gummi quoddam rufum ac pellucens ostendunt, quod surculos incognitæ arboris undique circumuestit, Myrrhæ quadantenus simile. Veruntamen quodd nulla (ut Diosc. inquit) in eo manso saporis virositas deprehendatur, alij id potiùs mentiri,

quàm esse legitimum Cancamum volunt. Quantum etiam hallucinentur Monachi, qui in Mesuenseris scriptis, sanguinem draconis vulgò vocatum Cancami loco substituunt, suo dicunt loco. AMATVS scribit in errore versari eos, qui Cancamum Laccam esse putant: Laccam enim non esse gummi aut plantæ alicuius guttam, ut huc vsque omnes ferè crediderint, sed potiùs formicarum alatarum stercus, sabagove, velut cera apum. Quod si ita sit, cur non simile aut *ἀντοδρασόμενος* quid observatur in nostris? nam multas arbores vastant, etiam glutinosi sucei, ex quibus pastæ tale quiddam excernere possent. Ita in rebus nobis nec cognitis, propè nec visis, velitamur potiùs, quàm veritatis vadum teneamus. Cæterum, quam officinæ Laccam vocant, eam, teste Garcia, Arabes, Persæ & Turcæ *Loc Sumatri*, quasi dicas Laccam è Samatra, nuncupant: non quòd Samatra sit provincie Pegu, vbi plurima Lacca nascitur, finitima: sed quòd Arabes & alij iam memorati in Samatra gigni putarent. Idem nomen etiam invaluit apud provinciarum Balaguatæ, Bengala, & Malanar incolæ, quoniam à Mauritanis sic docti fuerunt. Legitimum tamen earum provinciarum nomen est *Lac*: in Pegu verò & Martaban, ubi præstantissima est, *Treo*, atque istuc è *Jamay* adferri tradunt. Non vocatur *Aec*, aut *Ancusal*, ut Pandectar. c. 13. corrupto nomine appellavit: neque *Sac*, ut apud Serap. lib. simpl. c. 181. corruptè legitur. Cæterum cum ab ipsis incolis, apud quos plurima nascitur, *Treo* vocetur, mirabitur aliquis, cur nomen *Loc, Lac*, aut *Luc* invenerit. Sed hanc fuisse causam conijcit Garcias, quòd hoc medicamentum in *Loc* sive Mellis crassitiem dissolveretur, cum ad inficiendum, tum ut eius usus esset in medicina. Quod autem Bellunensis *Luc* verterit, fieri potest cum ita in veteri exemplari invenisse. Attamen nunc omnibus Arabibus *Loc-Sumatri* dicitur.

Vulgari sermone quidam in Italia appellant *Lacca*: quidam diminutivè *Lachetta*. In Germ. non nullis officinis institorum *Legnusi* vocari audimus. Eius duo genera facit Matth. [quæ tantum bonitate differre opinatur] præstantius, vulgò *Lacca Sumatri*: deterius eidem *Lacca comberti* dicitur.

Acosta imitatus Garciam sic de ea scribit. Lacca, Arabicè, Persicè, Turcicè, *Loc Sumatri*, quasi dicerent Lacca ex Sumatra, non quòd in Samatra inveniatur. Quidam enim existimant eam fieri in fluvij Pegu: verum res ita se habet: Quædam formicæ alatæ eam præparant supra magnas arbores. Veniunt in Hispaniam multi rami pleni Lacca, ex qua fit Cera. Adulteratur Lacca cum Resina & Cera. Nomina, quæ posuit Pandectarius *Aec* & *Ancusal* sunt corrupta. Avicennæ non videtur cognita Lacca, quando quidem similem facit Myrrhæ, similemque facultate Carabe. Carabe siquidem glutinat & adstringit: Lacca verò aperit. Error eorum, qui vocant *Loc Sumatri*, provenit à Chinesibus. Serapio vocat *Sac*, quod est Lacca: ac Diosc. allegans, dicit Gummi Arabiæ arboris similis Myrrhæ, citat Rhafim dicentem cadere de cælo supra Guberam: in omnibus errat. Diosc. non scripsit de Lacca, nec Serapio ritè cognovit, putavit esse Cancamum Diosc. Rami cum Lacca, non sunt arboris, quæ proferat Laccam, uti penè omnes hodie credidè. Est secunda Lacca artificialis, quam confundit Serapio cum prima, de qua Amatus. Quum præterea dicit Serapio similem Myrrhæ, clarum fit, non cognitam nec Serapioni, nec Paulo. Falsum est, quod dicit Rhafes cadere supra Guberam, id est, Sorbum. Dicunt Monachi in Messem neminem vidisse veram La-

Myrta non similis.

Antorum indicium de Lacca generatio.

Cancamum.

Karabe.

Serapio.

Sorbi.

Chermes.

Lacca Avicennæ & Serapioni cognita.

Chermes non est.

Cancamum.

Monachorum error.

Amasiæ Lacca non est gummi Formicarum (serpens).

Nomina.

Loc Sumatri.

Lac.

Treo, Aec, Sac.

Serap. c. 181. mend.

Luc.

Genera duo.

Loc Sumatri.

Lacca quomodo fiat.

Cera ex Lacca.

Aec, Ancusal, corruptè legitur. Avic. repreh. Serapionis errores.

Non esse Cancamum Diosc. Serapionis confusio.

Rhafis error de Sorbo. Monachorum error.

cam in Europa, multos credere esse Cancamum, convenire quidem cum descriptione Pauli & Dioscor. Verum cancicum incognitum existimari. Erraverunt quandoquidem reperitur, & ea utuntur Arabes, Persae, Turcae. Clarum veram esse Laccam, qua in offic. utimur, & quae adfertur ex India Orientali: talem existimant omnes Asiae, Africaeque regiones, & maior pars Europae, ita etiam nominant ipsi Indiani, quamvis Monachi in Mesuem & alij existimant non inveniri. Vocatur Lacca, Lac aut Loc, vel Luc.

Arbor Arbutio & Pruno similis.

Plantini error.

Arbor sua Sicut olea. Cainsacca

Cancamum est Lacca Scaligero. Lach.

Laccamarabani. Arbor Juglandis similis.

Scalig. opinio resistit.

Locus.

Amati iudicio ut generetur.

Aequivoce. Lacca & Serapio notatur. Lacca artificialis.

Dubitant etiamnum Pena & Lob. Arabum Lacca an sit Diosc. Cancicum, Et in Advers. Nullis, inquit, rationibus severiores veri exactores Laccam Arabum Diosc. Cancicum esse inficiantur. Et, mox, an verò sit Chermes, cuiusvis est sciscitari, at non nisi eruditi statuere. Dixerant autem prius Laccam arborem & nomenclaturam Arabicam esse, quadantenus arbutio & pruno similem à multis referri, cuius sint frustula & furculi, qui vulgari Lacca obducti in offic. habentur. Notandum verò in Plant. iconib. Lobelianis malè positum esse titulum Laccæ cum bacillis: est enim figura ad Bdelium pertinens.

Anonymos ad Cosmogr. notat, veram Laccam esse Gummi arboris in Arabia suaviter olentis, & Myrrhae non usque adeò absimilis. A Malayvis Lacca dicitur *Cainsacca*, testibus Bry fratribus. Cæterum, Scalig. libet de Lacca differentem audire. An est, inquit, Cancicum ea, qua utimur, Lacca? Est. Arabes enim sic sunt Cancicum interpretati. Est enim Lacca nomen Arabicum: nempe Lach ipsi etiamnum vocant. Corruptus enim est Serapionis codex. Quin communis Indiae quoque vox. Nam quæ in Martabane India oritur, cognomen habet à loco appositum nomini, *Laccamarabani*. Ibi enim optima. Eius arbor, simillima est Juglandi nostræ. Est igitur Cancicum verum Lacca. Nam, qui negant odorem ullum ei inesse ignibus impositæ, videntur suam sententiam aut non ab experimento sumpsisse, aut in adulterinam incidisse quæ sit ex Gummi & Brasilio liquore.

Sed quid hoc est dicere, Cancicum est Lacca quia Arabes ita sunt interpretati? Non alioqui hic mos est huic viro tam securè credendi. At prius odoratum Cancicum dixerat, atque etiam suffitionibus expetitur, qualis sanè nostra Lacca nequaquam est, nec talem esse ab ullo Indiarum rerum Historiographo, quem quidem legerimus, annotatum: nisi ab Anonymo supradicto, Lob. & Pen. qui ex Scaligero suum illud iudicium ac censuram, quam paulo ante adduximus, desumpsisse videntur. Adhuc itaque stat sententia Cancicum & Laccam differre, donec aliquis prodeat qui vivis rationibus, vel ex re ipsa, nos doceat rem eandem esse.

Nascitur Lacca plurima in Pegu: nonnulla in Balaguat. In Arabia non nasci palàm est, inquit Garcias. In regno Pegu dicto, ut refert Amatus apud Indos, quum terra vel pluvia, vel arte plus iusto irrigatur, formicæ ligna quædam subtilia ab incolis disposita in altum ascendunt in quib. Laccam generant, quam hodie Lusitani nostri ex India afferunt rubram, translucidam, in odorem & sine sapore, tincturis præcipuè deservientem, ex qua Officinæ Dialaccam appellatam conficiunt.

Nunc, quod reliquum est de veræ Laccæ succedaneis, artificialique Lacca. Veræ Laccæ nomen, de qua iam egimus, Artificiali etiam, ex facie Brasilij & Cocci factæ, à nonnullis attribuitur.

Inter alios enim Serapio ineptè hanc cum pri-

ma & genuina confudit Laccæ, unde, autore Amato in Diosc. multi Serapionis errore seducti, eam in compos. Dialaccæ miscent. Hanc porro Laccam alteram seu factitiam Venetiis ex granis tinctorum & Brasilij facie fieri, testatur quoque Fuchf. lib. 1. comp. med. cap. 11. Scaliger ex gummi aliquo & Brasilio liquore.

Resina verò & Cera Laccam veram interdum adulterari annotavit Acofta. Et nos ante in Icon. Plantini p. 150. pro Laccæ cum suis bacillis Bdelium cum suo trunco & furculo spinoso poni diximus. Cæcutiunt, inquit, Amatus, Monachi, qui Antidotarium Mesues exposuerunt, quum in comp. Dialaccæ dicunt: Si deserit Laccæ eius loco iniiciatur lachryma Sanguinis Draconis. Eundem insignem sanè errorem ante Monachos commisit Avicenna, non considerans Laccam aperire & provocare menstrua, Sanguinem verò Draconis constringere. In Dialaccæ maiore Mesuæ & aliis compositionibus, si vera Laccæ requiratur, inquit Andernac. Myrrha utimur, sed minori pondere, ut pro Drach. I. ponantur Scrup. II. Laccæ deficiente ponit Styracem Colleg. Flor. in Antiball. Nec est quod credamus, ut præcipit Acofta Ital. lib. 1. cap. 16. Laccam esse, quod Chermes, vel Charmes Arabibus dicitur, Chermes enim est Coccus tinctorius.

Lacca, inquit Avic. vehementem vim habet attenuantem: confert tremori cordis, & iecur roborat, & prodest contra icterum & hydropem ac hepatis dolores. Cæterum errat Avicenna quod similes illi cum Carabe facultates tribuat. Nam glutinatoria non est & astrictionis particeps ut Garcias scribit, dum Avic. eiusdè erroris accusat, quamvis idem vim aperiendi obstructions Laccæ tribuat, Caraben verò multas partes calidas ac tenues habere censemus adstringentes nullas.

Cæterum erroris ansam Avicennæ præbuisse putat idem, quod Laccam Cancicum Diosc. esse existimavit, cum tamen planè diversum sit à Laccæ. Præterea ex eo manifestum eius errorem esse, quod duo diversa capita descripsit, in altero ibidem Cancami descriptionem enarrans, in altero de Cheichem agens, quasi diversa essent simplicia. Serapio ex diversis autoribus Laccæ tribuit vires Cancami, quas duas res earumque facultates planè inter se confundit. Ad oppilationes tamen tam hepatis quam splenis, ut & in hydropem & Ictero, ad quæ vitia inter alia ille commendat, à plerisque medicis unanimi consensu præscribuntur Trochisci Dialaccæ dicti. Pulcherrimo quoque rubore inficit præmansa Laccæ, non tamen ea tinctura karmes est, ut putavit idem Serapio. Ex ea etiam bacilli parantur ad obfignandas epistolas, ut notat Garcias. Ceram Hispanicam vocant. Iisdem & fabros lignarios lineas ducere ait. Laccæ etiam implere cum aurifabros tum argenti fabros vasa maiora aurea & argentea. Quod an ita se habeat his iudicandum relinquimus qui ea tractant. Nobis enim nihil adhuc de ea re innotuit: miramur tamè, cum Laccæ toto genere differat a metallis, & quod facile uratur. Scimus quidem cum Laccæ in Ceram Hispanicam redacta, & Conchyliorum splendorem & minutissimis fragmentis & aliis ad splendorem & varietatem commendatis incru stari ligna, tabulas, arcus, sclopeta, cultellorum manubria, & similia elegantissimo aspectu, & Iaspidis etiam Elegantiam non amulante modò sed etiam superante. Aliquot eiusmodi tabellas inter rariora nostra adservamur. Clusius ex quo-

Adulterium. Sub. iuda. Fidelity. cni pro Lacca. Monachi notatur. Sanguis Draconis. Avicenna. ror.

Myrrha. Styrac. Coccus. Tindurion

Dialacca Vires & ulus. Tremor cordis. Icterus. Hydrops. Avicenna iaspis. Garcia. ror.

Cheichem. Non karmes ut putat Serapio.

Cera Hispanica.

Incrustatio elegans

rundam



tundam fenventia tradit, Alutás & Coria verveci-  
na Laccá contusa, & urina veteri macerata, rubro  
colore infici ex altera parte.

Corij tin-  
tura.

Lactam a.  
bluendi  
preparan-  
di modum.

Cæterùm modus abluendi & præparandi Lac-  
cam, qui passim à scriptoribus traditur, admodum  
absurdus est, inquit Cordus: & qui eum primus  
invenit aut tradidit, Laccæ naturam penitus igno-  
ravit. Nam quicquid parum sincerum & efficax  
est in Lacca, illud aquæ miscetur, quam illi di-  
cunt abiiciendam esse, & quod remanet in tro-  
chiscos formandum, hoc est, calculos, ligna & for-  
des. Ille verò hunc modum tradit. Aristolochiæ  
longæ, Schœnanthi singul. uncias duas Deco-  
quantur in aquæ lib. 4. aut quantum satis sit,  
donec remaneant, lib. 3. Colaturæ insperge  
Laccæ integræ, lib. 1. unc. 4. Decoqu. Lacca  
deinde lento igne, donec aqua fiat coloris sangui-  
nei & quicquid in Lacca boni fuerit, dissolvatur:  
tum per filtrum aut laneum pannum cola, & re-  
manentes sordes abiice. Excolatam verò & sangui-  
nei coloris aquam lentis prunis in duplici vase  
usque ad mellis spissitudinem coquito, & tepidam  
massam in Trochiscos fingito.

rufifici.

VVA CRISPA SIVE GROS-  
SULARIA.  
CAP. XX.

Descriptio



Spinæ

Rhamni

Taru.

Baccæ

VT spinis ar-  
mavit rerum  
parens natura ar-  
bores superius ex-  
hibitas, Oleam sc.  
Rhamnum, Iuiba-  
bas, sic etiam quæ  
sequuntur, ut sunt  
Oxyacantha, Ber-  
beris & uva Cri-  
spa (quam recen-  
tiores ita dixerunt)  
& de qua iam. Fru-  
tex est bicubitalis  
& tricubitalis, ac  
etiam maior nu-  
merosa stolonum  
segete luxurians,  
varièque in ramu-  
los subdivisus, cor-  
tice purpurante,  
materiè ferè bu-

xeo colore pallecente. Spinis longiusculis, acu-  
tis & rigidis ad foliorum exortum passim arma-  
tus, singularibus, binis aut ternis: folia unguem  
lata, nonnunquam ampliora, nonnihil rotunda,  
modicè divisa, superius saturò virore splen-  
dentia, inferius dilutiora, utrinque hirsuta, sa-  
pore acido, ex brevibus pediculis: flosculi pul-  
chelli parvi, suavi sed nonnihil gravi odore, si-  
mul multi ex eodem tuberculo, quo folia pro-  
deunt, ex pediculo brevissimo punicante hirsuto  
nutantes, quibus subsunt globuli hirsuti futura-  
rum baccarum rudimèta, ex foliolis quinis utrin-  
que rubentibus, extrorsum reflexis, ut radiatam  
stellam expriment, quæ totidem adnatas quasi  
lingulas albicantes, intus hirsutas ferrigentia,  
florem reliquum concavum efficiunt: inter sin-  
gulas autem lingulas singula stamina rectè se tol-  
lunt à rubris illis florum foliis similiter orta: ex  
globulo autem stilus virescens, alba lanugine cir-  
ca infimam partem, aspergilli modo oblitus. Bac-  
cæ succedunt, rotundæ, hirsutæ, striatæ, ante ma-

tuitatem acidæ, maturæ dulces: in quibus grana-  
multa exigua.

Vnum genus sylvestre, alterum cultum in  
hortis minus spinosum, baccas multò maiores  
producens.

Sylvestria  
Hortensia.

Sed iam miram autorum varietatem circa hunc  
fruticem intelliges.

Ruel. Grossulariam veterib. silentio præteritam  
ait: alibi tamen ait non deesse qui Paliurum esse  
arbitrentur, quorum opinioni se non ausum acce-  
dere, cum etsi nonnulla cõsentire delineationi pu-  
tentur, plurima tamen reclamare etiam constat.  
Hallucinari verò eos qui Rhamnum 1. esse arbi-  
tratur: folia non respondere, quæ circinata rotun-  
ditatis conspiciantur. Apij modo dissecta.

Grossulariæ  
Paliurum.

Rhamn. 2.

Ryffius eadem profert, Ruellio tamen non cita-  
to, gaudens magis alienis ornari plumis, quam  
creditori suo honorem ferre debiti.

Ryffius a-  
lienis se no-  
nat plumis.

Amatu s Rhamni nomine uvam crispam ponit,  
& more suo in titulo diversarum plantarum no-  
mina confundit. Sic enim habet Rhamnus: Uva cri-  
spa Scambrones, Hisp. & Lus. It. Marucha: Germ.  
Stechdorn, Graffelbeerbaum: Gallicè, Burgespine, a-  
liis Groislier. Alibi uvam crispam, aliis uvam ma-  
rinam, aliis uvam spinam dici, quæ nomina &  
Matth. habet, ac uterque antiquis præteritam ac  
inecognitam putat.

Uva cri-  
spina.  
Uva maris-  
na.  
Uva spina.

Cornar. perperam Paliurum 2. Theoph. &  
Plin. censet, nempe eum cuius fructus sit magni-  
tudine baccarum Cedri, Closterbere German. qui  
culinis quàm medicinz notior, ad Rheum &  
Menum frequens, non rubicundus, sed rotundus,  
viridis & striis velut distinctus.

Paliurus  
2. Theoph.  
& Plin.

Spinam ferentem Crispinam uvam, inquit Cor-  
dus, Rhamnis quidam annumerant, sed cum  
foliis & fructu plurimum discrepent, sui generis  
spinum esse credimus. Quidam Bergotobee es-  
se putant, sed folia dissimilia sunt: nos autem per  
eam vocem uvam crispam intelligimus, alioqui  
Dei baccas sonat.

Rhamnus  
non esse.  
Spinus sui  
generis.

Bacca Dei.

Trago Grossularia verè Rhamnus est vete-  
rum, videlicet genus 3. Diosc. Et addit: aliis dici  
Burgam spinam, aliis Neprum, Persephonium, Leuca-  
cantham, Albam spinam, Cerualem spinam, Agnon, A-  
radim, Philorecim aut Socialem: Setapioni dici Hau-  
sig, aliis Aufici. Sed pleraque hæc nomina ad Rha-  
mnum Catharticum pertinent. Præterea, uva  
crispa non convenit cum Rhamno Diosc.

Rhamnus  
3. Diosc.

Tragus rot-  
preh.

Facetur Fuch. nescire se fueritne cognita uva  
crispa veteribus tam Græcis quàm Latinis, eamq;  
Latinus putat uvam intortam nuncupari posse.  
Non esse Rhamni speciem primam, ut nonnulli  
arbitrantur, posse tamen citra aliquod vitæ discrimen  
Rhamni generibus annumerari, quod scilicet  
viribus admodum similis sit. At Cornar. Rha-  
mnum 1. Diosc. facile se credere ait. Ut iam videas  
Cornarium duobus locis de uva crispa scribere,  
quasi diversas traderet plantas: nempe Embl. 98.  
ubi hæc ait: & Embl. 100. ubi Paliurum Theoph.  
putat, uti dictum.

Uva intor-  
ta.  
Rhamni 2i  
species.

Hermol. & Lacuta veteribus præteritam pu-  
tant. Lonic. & Apollo Rhamni Diosc. speciem fa-  
ciunt. Negat Curtius. Hist. Lugd. Ifos, vel ut  
alij legunt Oelos Theoph. putat: nulla alia conie-  
ctura, ut equidem censemus, quàm quod inter alios  
frutices spinosos numerat. At habet ibi & non  
spinosos. Certè difficile est iudicare in tanta bre-  
vitate & obscuritate.

Ifos Gel Oel  
fos Theoph.

Gesnerus Ceanothum vocat. Hæc autem eius  
sunt verba: Ceanothus spina Theoph. memorata,  
hoc est, uva crispa vulgò dicta, (ut mihi quidem  
videtur) passim apud nos obvia est, sepibus hor-

Ceanothus  
Theoph.

Sepibus  
vommola.

Rocella.  
Rocella.

Vitis Pre-  
tia Plin.

Reicitur  
ea opinio.

Synonyma  
linguar.

Locus.

Tempus.

Vires et  
usus tum  
culm. tum  
medic.

Febres.

Ventris  
proflus. a.

Saris.  
Sputum  
sang.

torum inprimis commoda. Facillimè enim nascitur, densè fruticat & propagat seipsam, & spinis suis transitum prohibet: & acinis iucundi saporis placet. Ceanothum asperum nostrum Cardanus de uarietate rerum l. 6. Rocellam (malim Roncellam, seu diminutivum à Ronce Gallico nomine Rubum significante) vocat. Rocella, inquit, humile arbustum est, folio angusto (angustum sanè non videtur) ac tenui, quasi vitis, spinosum, baccam ferens, quæ cum maturescit, viridis & subflava est, rotunda admodum, magnitudine Lupini: gustu ex dulci adstringente. Quidam volunt esse vitem pretiam Plinij, in qua sententia fuerunt Guilandinus, Pena & Lob. sed perperam nostro & Dalech iudicio! neque enim verisimile est Plinium sententiæ & fruticem spinosissimum inter mites & cultissimas vites retulisse.

Dicta uva crispa, Grossula, Grossularis, Grossularia: uva marina, uva spina, uva crespina, vel crispina, ab intortis ferè que in circulum versis foliis & acinis quos producit. Grossula verò à dura illa membrana seu cuticula, qua obducuntur acini isti: siquidem manducati crepant, instar membranæ quæ disrumpitur. Germ. Kreuzelbeer, Krausbeer, Groselbeer, Klosterbeer, Creutzbeer, VVegdorn, Stechdorn, Belg. Steckebeffen, Steckelbeer, Stekelbesyen, Krobefien, Kroesselen Brabantis: Truysbesyen, quibusdam Knorselen. Gal. Groselie, Groiseli, Groiselles, Groselles Grosselets. Angl. Goesberrye. Italicè uva spina à Crespina. Hispan. uva cresa sive espina. Boh. Chlupate yahodi.

In sylvestribus provenit & sepibus multis Germaniæ locis, nò tamen passim. Vix alibi copiosius luxuriantem videas, quam circa Basileam, ubi circa omnes ferè sepes sese diffundit. In toto Ducatu VVirtembergico ferè obvia, maximè circa Tubingam. In Gallia calidiori non adèd frequens, sed minus in Italia caterisque calidioribus locis. Amat enim frigidus tractus, nec ullum frigus reformidat. Venetiis tamen etiam observavimus in Muran, in Ca. Corneri, Patavij in hortis quibusdam. In vivarum septium structuram venit passim ubi abundat, etiam in Scotia. Illud autem genus quod baccas maiores profert in hortis nonnullis infirmo sarmento ridicis sustentato observavit D. Cargillus. Cuius nos pulchras arbutulas à pluribus annis in horto E. C. Montbelg. colimus.

Veris statim initio pubet, ac virescit Martio, sæpè etiam antè. Floret Aprili. Fructum fert Maio. Iunij fine ac Julio perficit, quo tempore dulcescit in cibum, qui tamen lautioribus mensis repudietur maturus: immaturus verò & acidus adhuc coquitur cum carnibus ac piscibus: nam succo suo subacido cibos commendat. Concinnatur & in placentas Cupediarum & scitamentorum vice. Vulgò Tartas vocant. Ipse verò maturus fructus pueris, pauperibus & gravidis mulieribus satis expetitus. Immaturæ haud quoque iusculis incoctæ febrientibus non sine utilitate exhibentur. Frigidæ namque sunt & astringentis qualitatis. Quapropter diversimodè administrari possunt cholericis, calidis, & bile refertis corporibus tam sanis quam agris: in fassamenta, vel embammata. Potest & exprimi Omphacium. Valent contra gravidarum picam: appetentiam cibi excitant. Omne ventris profusum, potissimam verò Diarrhoeam & Dyfenteriam, & Cæliacam passionem compefcunt immaturæ, ut tradit Matth. nam frigidæ sunt & sicca astringentes, sitim sedant, & cruenta exspuentibus profunt. Haud dubiè, inquit Fuchf. idem quod Rhamnus temperamentum obtinet. Ut enim hic adstringit & refrigerat,

fic etiam illa. Refrigerat autem in primo completo, aut secundo incipiente: desiccatur verò secundo. Ex Diosc. verbis de Rhamno [addit idem] satis liquet, Vvam intortam non hoc tantum nomine sepibus apponi, ut eisdem muniat, atque adèd alienorum ingressum prohibeat, verum etiam ut veneficia ab hortis propulset, ut hinc quoque colligere liceat eiusdem cum Rhamno esse facultatis. Quæ verba utinam non excidissent Fuchfio. Miseros verò nos Philosophos Christianos, si à paganis modum discere debeamus talem arceudi fascinationem. Doctis & potissimum Theologis iudicandum relinquimus de hac re, & an plantis possint impediri hac ratione veneficiorum maleficia. Omnium optimum modum veneficia, hoc est animalia noxam hortis inferentia, ab iis arceudi, censemus, si Tragi consilio, ordine multos Grossulariæ frutices ponas: ita enim sepem efficies perpetuam & præstantissimam, quam nulla poterunt animalia, ac ne niures quidem commodè, penetrare, & sic horti ab illis tuti reddentur. Melius Dod. de viribus eius, quando tradit. Fructus antequam maturescat, frigidus & siccus est, ad secundum gradum ac astringens: eiusdem ferè naturæ cuius uva immatura. Sistit fluxum ventris, & omnem fluxum sanguinis, & maximè succus expressus & exiccatus. Utile iter applicatur inflammationibus calidis, Erysipelatibus & igni sacro. Idem præstant folia, sed imbecillius. Eadem novella crudaque comesta, urinam ciant ac præfunt laborantibus arenulis & calculo. Fructus etiam saccharo condiuntur contra calores internos, potissimum febriles. Frequens eorum usus prodest Gonorrhæa & fluore albo laborantibus, teste Camer. Aviculæ quoque baccis gaudent. Idèd circa ramosas & frondosas arbutulas, Diepæ Galliæ civitate non ignobili, observavit Geln. circumductum rete, atque ita aviculas in iis pulchro spectaculo nutritas.

## GROSSULARIA SPINOSA, FRUCTU obscurè purpurascete.

### CAP. XXI.

CORALLARI loco huc etiam transferemus *Descripti* *Clus.* *Clus.* in pl. rar. histor. tradit. Certè, inquit ille, anno 1594. Leydæ conspiciebam Grossulariæ genus amplioribus nigrioribusque foliis, spinas ad singulos foliorum exortus binas vel unicas habens (interdum etiam nullas) breves & vulgari multò infirmiores, præter alias inertes & longè breviores, sparsim ramis cortice ex fusco purpurascete tectis innascentes: fructum, dum immaturus est, vulgaris instar virentem, qui maturus purpurascit, plenâ autem maturitate ex purpura atrum colorem contrahit, perinde ac nonnulla pruna.

## DE OXYACANTHA, PYXACANTHA & Pyracantha, tam veterum quam neotericorum placita in genere.

### CAP. XXII.

INTRICATA & perplexa harum historia suadet cuiusque auctori de iis placita seorsim relinquere, idque idèd, ne veterum placita, multorum intempestiva imitatione, aut dubio conatu, quadrata miscemus rotundis: subinde eas plantas proposituri

sturi, quæ his nominibus apud posteros Herbarios innotuere.

Theoph. non uno loco *ὀξύκανθα* ad perpetuò virentes, & sylvestres refert: quamvis rectius forte, inquit Dalech. quis legerit *πυράκανθα* vel *πυράκανθα*. *ὀξύκανθα*, inquit idem, vere germinat,

apost. vergiliarum occasum fructum reddit, quo ad coronas usi veteres: illius autem spinis Mali medici spinæ non absimiles. Ex quibus paucis, [vix enim plura reperias apud Theoph.] quid esse possit multis quidem suspicari licuit, uti dicitur in progressu, paucis verò forte, quid verè sit, asserere.

Nihilò plura, sed clariora tamen, habet Plin. lib. 24. cap. 13. & 14. Spina est, inquit Plin. appendix appellata, quoniam bacca puniceo colore in ea appendices vocantur. Hæ crudæ per se & aridæ in vino decoctæ, alvū citant [citant] ac tormina compescunt. Pyxacanthi bacca contra serpentum ictus bibuntur. Lycium præstantius è spina fieri tradunt, quam & Pyxacanthon Chironiam vocant, quales in Indicis arboribus diximus, quoniam longè præstantissimum existimatur Indicum. Hæc ille. Cuius sanè verba de spina appendice optime conveniunt cum Berberi vulgò dicta, de qua pòst. Per tormina autem apud Plinium non Colicos, sed Dyfentericos dolores intelligimus.

His paulò diligentior Diosc. sic habet. *ὀξύκανθα*, Acuta spina, quam Pyrinam aut Pythianthem aliqui vocant, arbor est pyrastri similis: spinosa valdè & minor: baccas profert myrti, plenas, rubras, fragiles, & intus nucleum: radicem multifidam, altè descendentem. Huius bacca potu aut cibo, alvi profluvium & abundantiam feminarum sistant. Radix illita aculeos & spicula extrahit: abortum fieri tradunt, si ter radice venter, aut sensim feriat, aut perungatur. Idem Diosc. alibi, Mespilum à quibusdam Atoniam dictam, foliis similem tradit *πυράκανθα*, ut habet Cod. Bas. Lacuna legit *ὀξύκανθα*. [Pyxacanthæ sive Oxycanthæ folio, legunt alij] unde Marantha. Pyxacanthæ usquam apud Dioscoridem sermo est, neque quid sit scimus, nisi idem sit quod Oxycantha, &c. Et alibi, Lycium aliis Pyxacantham vocari ait. Et Cynosbaton quoque que aliis *ὀξύκανθα* dici. Galeno quoque *ὀξύκανθα*, ut arbor est pyro sylvestri [*ἀχράδιν*] similis, ita & viribus non dissimilis. Quin & ipse fructus, pyri quidem sylvestris, prorsum & absolutè acerbus est [*ἀπὸ τῶν στυφνῶν*: alij amarum vertunt, non benè nostro iudicio.] Cæterum Oxycanthæ [*ὀξύκανθα*] & tenuium est partium, & paululum quiddam incisivum obtinet. Porro arboris huius fructus, pyri sylvestris fructui similis non est, verum Myrti, scilicet rubens & rarus. [*ἰσχυρῶς* videtur leg. *ἀπὸ τῶν* ex Diosc. Dalech.] Habet verò & nucleos.

Porro non esus tantum, sed & bibitus affectus omnes fluxionum, quos *ρῶδεις* Græci vocant, cohibet. Ita vides apud Gal. aliud esse Oxycanthum, aliud Oxycantham. Serapio, de verbo ad verbum, de Amirberi sive Berberi refert, quæ Diosc. & Gal. de Oxycantho & Oxycantha vel Oxycanthos in Plinio, sibi non compertum. Medicinas certè quas Diosc. ei tribuit, Paliuro Plin. dicavit. Maximam difficultatem iniecit, quoddam Theoph. perpetuò virentem dicit Oxycantham, qualis certè apud nos neutra est earum, quæ ab Herbariis pro ea proponuntur. Variæ autem plantæ proponuntur pro Oxycantha & Pyx.

cantha, de quibus ordine suis locis trademus, orientes à spino acuta, quæ ad Diosc. descriptionem Oxycanthæ quam proxiè accedere multis videtur.

OXYACANTHA VULGARIS, SEV SPINVS ALBVS.



FIRMA est, si quæ alia, materies Oxycanthæ vulgaris: caudex mediocriter crassus, & ramis lentis, firmisq; operi topiarum maxime idoneis brachiatas, spinis horret rigidis & acutis, multo etiam ligno durioribus: Cortex rubet. Folia Apij, seu Mespili Atoniz, gustu viscido. Flores odoratissimi confertim nascuntur ex sesquivalibus ferè pediculis, albi, quinque foliis constan-

Descriptio Materies.

Spina. Cortex. Folia.

Flores.

Bacca.

Officula.

Oxycantha Theop.

Etymon.

Paliurus.

Albus Spinus Senec. la.

Matth non est fructus.

tes, apicibus, ut in pyro rubentibus. Bacca per maturitatem rubræ, velut ex umbella pendent, Myrti baccis maiores, umbilico nigro, pulpa glutinosa, pauca, molli, ac subdulci, singulæ officulum continent unum vel duo. Vnum si fuerit, rotundum: at si duo, per medium divisa globulum efficiunt, & interna parte qua committuntur, caueolam ostendunt incurvam. Durissima sunt, & propemodum ossea. Rariùs tria in una bacca inveniuntur. Variant & figura, sed communissima orbicularis. Circa huius quoque stirpis vestigationem tam variè se torserunt auctores, totque opinionibus discrepant, ut mirum videatur. Colum. & Pallad. spinam albam vocant. Marcellus hanc Oxycantham Theoph. putat, cuius pluribus locis meminere, facilem cognitu & inventu esse ab agresti Pyro diminuta appellatione, atque aded à spinarum acuminatis cuspidibus Oxycantham Græcos dixisse: Plinrum verò sub hoc nomine eius non meminisse.

Simili veri coniectura, inquit Ruellius colligi posset, Paliurum Diosc. id esse, quod hortos viva sepe cingit Aubepinum, hoc est, Album spinum: quod vulgus Senellas vocat. At Matthioli. Sunt è recentioribus qui putent Paliurum Dioscoridis eam esse arborem, quam nos Oxycantham: Sed palam sit non esse Paliurum &c. Et Matthioli sanè assentimur, non benè Ruellium Theophrasti nomine dixisse de Rhamno nigro, quæ Theophrastus dixit de Paliuro: Existimantes etiam Dioscor. & Theophr. Paliurum diversam à nostra Spino alba.

Tragus Hagendorn, & fructu Hagöpfel vocat, rectè quidem: sed falsò putat hunc esse verum canis sentim seu Rubum, Germanis Hundesdorn, & Græcis *κύων* dictum, nempe eum quem Diosc. quosdam Oxycantham appellare scribit, hocque nomen pertinere putat idem Tragus ad aliam plantam. Cynosbaton, addens, Plinium Cynospaston & Neurospaston appellare. Estque qui eundem hunc fructum Arbutum esse con-

tendant. In margine notatum: Theodori Cani rubus. Falsò inquam, & alio errore eiusdem fructu nescio quam lanuginem asperam & candidam affingit, quæ in hac planta nullatenus reperitur: quare ne Cynosbittos quidem fuerit, si quidem hæc nota non adfit.

Novæ Cynosbittos.

**Pyria.** Cordus vocem *πύριον* perperam apud Dioscor. inter Oxyacanthæ Synonyma exeratam suspicatur, & Pyracantham, cuiusidem Diosc. meminit in Mespili capite, eam esse censet quam cap. de Oxyacantha corrupto nomine *πυριανθον* vocat. Idem ait à Dioscor. Oxyacanthæ nomine descriptam esse Pyracantham, hoc est. Spinam veteribus Latinis & Plinio simpliciter dictam, quæ Gallis *Aube-espine*. Germ. *Hagedorn* / *Weizdorn*. Eamque quosdam falsò putasse Cornum esse: & liberè pronunciat Oxyacantham Dioscor. esse Pyracantham: *Spinum album* Italis: & alibi Sorbum aculeatam & Pyracantham dicit: cuius bacca gustu aliquantum glutinoso statim satietatem vescentibus adferant, & omninò succo careant.

Cornus. Rubus caninus.

Cornar. rufus.

Spina acuta.

Bagia.

Anguillar. refutatus.

Rubus. Mosyr.

**Cornar.** Rubum caninum & *κυνόβατον* Diosc. putat ex eo, quòd apertè Diosc. ascripserit Oxyacantham quoque dici, sed fallitur: non enim folia habet Myrthi, & nihil lanuginosi in fructu quod succes ladere possit, quippe quem sæpè comederimus sine ullo nocumento: eiusmodi autem lanugo est in calycibus Rosæ sylvestris.

Quorundam opinio est, inquit Anguil: Spinam acutam esse illam Spinam, quæ vulgò vocatur *Spin bianco*, quæ opinio in totum mihi non displicet. Verùm duæ causæ efficiunt, ut id non liberè dicam. Primò enim Theoph. vult Spinam acutam semper habere frondes: Secundò, dicit Spinæ Mali medicæ similes esse Spinæ acutæ, at duæ illæ notæ in Spino alba non reperiuntur. Præterea Spina acuta *νήδυρον* & *πυριανθον* ἀχρόν (ut quidam volunt, at fructus Spini albae sunt dulces ventremque lubricant, non adstringunt: minùsque adhuc mulierum fluxus compescunt. Vnde quid sit Oxyacantha pro certo affirmare non possum. **Matthiolus** verò in Diosc. Si dicendum est, inquit, Oxyacantham nasci in Italia, eam equidem aculeatam arborem esse crediderim, stipite, cortice, ramis, floribus, proceritate, ac ligni materie planè pyraltrum referentem, quam in Hetruria rura nostra Senensia *Bagia* vulgò nominant: Ananienses & cæteri Tridentinarum vallium incolæ, quidam *Amperlo*, quidam verò *Pandorso* vernaculis nominibus vocant, & Gorienses *Barazzo bianco* vulgari sermone appellant. Quippe quæ omnibus notis ac lineis acutam Spinam referat. Et paulò pòst refutans Anguillaræ argumeta, ita fit, ut concludamus oportet. Si Mespilus Atonia folio Oxyacanthæ provenit, eoque scisso (ut Theoph. prodidit,) Apij instar: hanc spinosam arborem Bagia dictam, esse procul dubio acutam spinam, quandoquidem eius folia in modum Apij dissecta sunt, Mespili Atoniæ modo, &c. Quibus etiam accedit quòd secundum eundem Theophr. *αχρόν* & *πύριον* & *κυνόβατον*: Denique, datur utiliter Cæliacis: cibum reiciendis & dysentericis, prohibet mensesum profluvia, &c. Hanc contrariam quod attinet, uti nolimus cum Anguil. pronuciare fructus Spini albae provocare menses, ita quoque miramur Matthiolum scribere eos adstringere.

Loniceri verò ignorantia explodenda, qui duobus locis de hac planta tanquàm de diversis scribit.

De Oxyacanthis sic Amatus. Oxyacantha Dioscor. cuius fructus à pueris avidissimè comeditur, & in nonnullis regionibus perpetuus ar-

bori tenaciter hæret, ut in Lusitania plerumque observavi, & Hebræi huius rationem reddunt quia hæc ipsa arbor ab illis Rubus creditur ille, quem viderat Moyse in flammam conversum, & sine noxa obumbrantem, ex quo Deus ei locutus, & Calopodia ut exeret, iussit, quia in terra sancta erat. Dicunt igitur illi, ob illam dignitatem perpetuum ardori huic fructum esse. In universa Hispania sua voce *Pilriterium*, Hetrusci verò *Bagiam* vocant.

Pilriterium Bagia.

Si ex aliis scriptoribus colligere liceret, ait **Matthiolus**, Oxyacanthum fruticem potius quam arborem esse minùs propriè eam arborem, appellasse Dioscoridem existimandum esset, ac cum Matthiolo sentiendum, ut, qui fruticem pro Oxyacantha, non arborem ita sunt: licet & hic frutex loci ratione quandoque in arborem assurgat. Verùm si arboris significationem verè accepit, aliter sentiendum est.

Oxyacantha Matthioli reser.

**Gesnerus** Spinam albam, Spinam appendicem. Oxyacantham unum & idem putat: sed fallitur: nam Plinij spina appendix bacca acidam habet, quales in hac nostra non sunt: idem alibi Appendicis spinæ Græcam vocem se non invenire ait, nisi quis Diospyron coniciat, id est, Iovis flammam, Malbeer. At **Paliurum** Io. Frisius ait, censeri eum fruticem qui *Meelbeer* dicitur.

Gesneri reser.

Diospyron.

**Dod.** in histor. Gal. Oxyacantham Diosc. putat esse *κυνόβατον* Theoph. quam tamen opinionem rectè & prudenter postea omisit in sua Hist. Latina: ubi quibusdam *Spinam vallarem* & *Spinam sepicularem* dicit: *Amyrberin* Serap.

Spina de laris.

Non placet Pen. & Lob. subausteras dixere baccas: rectè nostro iudicio Cordus aliquantum glutinosas, & Dod. & Anguil. dulces dicere: nam uterque sapor non obscure in iis percipitur, modò sint matura.

Spina sili calaru Amyrberin Seraph. Pen syl. axat. Non est Berberin.

Firmiter **Matthiolus** probasse ait **Turnerus** hæc non esse Berberim ut multi opinati sūt, sed Oxyacantham Diosc. nec se dissetire, nisi quòd Theoph. inter eas recenset, quibus folia Hyeme non decidunt: ideo sibi videri Spinam albam Colum.

Prunum album.

Oxyacantham aliqui, teste **Cæsalp.** Prunum album vulgò vocant: *Azarolus* sylv. vocari possent. Plin. videretur Mespili 3. genus appellasse, cum inquit Tertium degenerat, tamen Anthedoni similis est, quod Gallicum vocant. Theoph. Græcè Anthedonidem vocare, ait idem, quasi specie Anthedonis. Hanc eandem & Oxyacantham Diosc. esse, sed aliam esse Oxyacantham apud Theoph.

Azarolus sylv. Mespili 3. genus Plin. Anthedonides Theoph. Prunum album.

**Camer.** quoque apud **Matth.** annotat vocari in Italia à quibusdā Prunum album & *Azarolū* sylv.

Azarolus sylv. Schuonckfeld. vepre.

**C. Bauhin.** non Spinum album censet Oxyacantham Diosc. sed aliam de qua sub Pyracantha.

Oxyacantha sylv. Oxyacanthæ.

**Schuonckfeldius**, non ex autopsia, ait fructum intus exiguis nucleis & ossibus aspera candidaque lanugine involutis refertum esse. Hoc in Rosæ sylv. fructu deprehenditur, sicut dictum, non in baccis Oxyacanthæ multis dictæ. **Clus.** Oxyacantham vulgarem dicit: neque enim legitimum censet. At **Pena** & **Lob.** receptam usu & nomine veram Oxyacantham dicunt. **Ruell.** ait *Spinum album* Italis, Gallis *album Spinum* dici. *Spinam acutam* **Lemnius** dicit & Oxyacanthem. **Brassavola** *Leucacantham fruticem* quam benè norunt qui *Leucacanthæ* historiam legerunt. Dicitur & Arab. *Amyrbaris*, Hisp. *Espino-maienas*: *Pyritero*, & *Pilriteros*. Belg. *Hagedoren*: It. *Pandorso*, *Amperlo*, *Bagazzo*, & *Bagia* Hetruscis, uti dictum. Angl. *May*: *Hondhorn tree*: Boh. *Illob*. Spontè nascitur passim Germaniæ & Galliæ sylvis, agrorum marginibus, hortorum sepibus, & locis tam

Spina acuta.

Leucacantha frutes. Deus.

montanis

montanis, quam campestribus, siccis pariter, atque udis. In Burgundia ad Dubium amnem magnas & altas arbores videas. Vidimus etiam Mospelij & in pluribus Italiae locis. In Rheni-Weiszenburg pulcherrimas patulas & expansas vidimus, & aliam perelegantem in Schombach Ducatus Vvirtembergici. Mense Maio florum amoenitate, odorisque fragrantia spectabilis. Fructus maturescunt Septembri, quo mense, eius semina reperi in ventriculis tam merulae nigrae, quam montanae & Octobri, & ad multam hyemem in sepibus ac hortis grato spectaculo videtur. Solet enim haec, ad tonsiles sepes, quae passim decussatim implexa extimas hortorum pomitorumque oras ambit, praeter alijs ferè omnibus expecti, etiam in hortis principum.

Tempus.

Vitis.

Vires & usus.

Fulmine non icti.

Piscibus minus nocet.

Calculus.

Pleuritis. Termina.

Aqua ex floribus.

Alvi fluxus.

Aculeos extrahere.

Experimentum. Flagella.

Calculus. Experimentum.

Aqua baccarum contra calculum.

Laxat. Tragus & Matt. opinantur.

Schuenckfeldius refutat.

Dos eius praecipua videtur in odoris suavitate florum, tamen non defuerint, uti testatur Ruell. qui tradiderint hanc stirpem instar Lauri fulmine non icti, nec unquam de caelo tangi. Aiunt quoque pisces marinos: floris odore percussos, confestim corruptionis sentire contagia, quod gravi fragrantiae acceptum quis referat. Huius rei piscatores gnari florem devitant. Mirum est, si fulminis ictum tuta respuat. Sed relatu se hoc habere Ruell. ait, non certè scriptore: Additque vulgus deturbandis calculis uti acino, singulari (ut se vidisse testatur) remedio ex vino, quod peculiari vocabulo Senellam nominat. Tragus falsè Cynosbaton existimans, tam fructui quam foliis & floribus astringentè & constipatoriã vim tribuit. Scribitque flores vino maceratos per triduum, deinde in vitro destillatos, remedio esse praestantissimo pleuriticis, & iis quos tormina exercent. Aquam etiam ex solis floribus extractam arte destillatoria alvi fluxus sistere, si aliquoties per diem bibatur. Eandem aquam non tantum refrigerandi vim habere, sed etiam aculeos carni inhaerentes refrigerare, si linteola in illa madefacta imponantur, adeo attractandi facultate pollere: Etsi què hoc singulare experimentum. Lignum Cynosbati flagellis idoneum est, quo remedio desidia & insolentia servulorum, & male morigeræ familiarum, quam efficacissimè emendari potest. Dod. ei attribuit vires à veteribus Oxyacanthæ tributas, ac praeterea dicit: fructum ex opinione quorundam Neoteritorum conferre adversus arenulas & calculum. Et Cornar. audivisse quendam ait, qui siccati pulverem calculosis commodum assereret cum vino potum, cum suo illustri experimento. Et Camer. Saxonibus notissimum & usitatissimum è baccis Oxyacanthæ destillatum liquorem esse tradit ad calculos renum. Anguillara scribit, fructum ventrem lubricare, non astringere, & mulierum fluxus potius provocare quam compescere. Nos verò non possumus nobis persuadere, fructus dulces Spini albè astringere & constipare ut Tragus & Matt. opinantur, nec etiam aquam ut vult Tragus, Anguillarae etiam non assentimur fluxus provocare. Si enim astringeret, nihil faceremus ad Nephritim & calculos. Qui autem credunt esse Oxyacantham genuinam veterum, legant eius vires antea traditas.

Ex posterioribus scriptoribus Schuenckfeldius est, qui alios secutus Oxyacantham veterum censet: nec parum miramur, illum, nullo citato auctore, nulloque experimento scripsisse fructum eius astringere, roborare, prohibere alvi, & seminarum profluvia: nucleos calculos comminuerè: radicem illitam aculeos & spinas extrahere, aquam ex floribus pleuriticis utilem esse. Imò rationem ipsam respiciat, contraria planè Tom. I.

in his viribus deprehendet: Astringere ac prohibere certè contrariantur extractioni spinarum, ubi praestaret dilatare quam astringere & repellere, quod fit astrictione & frigiditate. In pleuritide, ubi expectorandum, si ea aqua frigida sit, ut vult Tragus, & astrictoria, quomodo utilis esse queat periti norunt medici. Ita nobis ipsis interdum somnia fingimus, ut aliquid novi & inauditi dicentes, & nobis placeamus & aliis. Atque utinam materia medica, vel potius eius immensa facultatum varietas, non magnam incrementi sui partem, non in vanis eiusmodi opinionibus nulla interdum ratione, nullo sensu fundatis coepissent. Sed mundus vult decipi, decipiatur ergo. Hoc tamen de aqua florum & fructuum non ita dictum volumus, ut eam prorsus reiiciamus in pleuritide & calculo, quia nobis nondum constat nec existimamus astringentem & refrigerantem esse. Quare amplius indagandum.

Rustici ex hac arbuscula vivas sepes passim fabricant & extruunt, quod pecus hortis in visum minacibus aculeis valenter arceat. Materie eius nihil magis expetitur ad tornum, propter duram & firmam atque tenacem eius aquabilitatem, qua ad Buxum quodammodo accedit, ut in dies in torni exercitio experimur. Ad manubria & alia id genus praecipua post Buxum.

Sepes vivæ

PYRACANTHA QVIBVSDAM

CAP. XXII.



Pyracantha frutex est spinosus, cortice nigricante vestitus, cuius per ramos aculei, alij uncia longi, alij breviores, sursum ferè spectantes, rigidi: folia iuxta aculeos Arbuti foliis quodammodo similia, alia fescunciã longiora, alia unciam longa aut breviora, semunciam aut unciam lata, leviter acuminata, quædam rotunda, pulchrè per ambitum serrata, glabra, potissimum inferiora, siquidem superiora interdum nonnihil lanuginosa sunt, nitore illo, quem superna facie ostentant inferiora, destituta ferè. Eandem existimamus Dalech. Vuant ursi, cui flores attribuit acervatim congestos, ex luteo rubentes: fructum ex aureo colore ad coccineum vergentem, densè usque coadervatum, rotundum, acidi gustus. Addit C. Bauh. in iis grana aliquot contineri: & flosculos ex quatuor aut quinque foliolis compositos, ex luteo subrubentes, in quorum medio aliquot brevia stamina.

Descriptio

Aculei

Folia

Vca ursi. Flores. Fructus. Grana.

Pyracantha folio Pyrastris inquit Lobel. & Pena in Advers. aspectu squalida, eius baccæ rubrae esitantur à pueris: semina oblonga habent, quasi Pyri aut Berberidis, in umbella flores racematim candidi, & fructus Oxyacanthæ pares. Ramus valdè spinosus. Rhamnus 3. Diosc. Icon. Plant.

Pyracantha folio Pyrastris. Cibus.

Diosc. Rhamnus 3



*Paliurus* Adv. Teuton. Item Paliurus 2. peregrinus usdem. Sed in dictis Iconibus videtur duplex error Typographicus, quia locis quæ ibi ex Advers. citantur, non posita Icon sub iis nominibus, sed tantum p. 438. pro Pyracantha.

*Pyracantha.*  
*Lycium.*  
*Cortex.*  
Lycium [ inquit Cæsalp. ] in Italia arbuscula est, aculeis acutissimis armata, cortice lævi, subfulvo, sed interius pallido: foliis Buxo longioribus, in ambitu serratis, perpetuis: flores in cacuminibus racematim insunt candidantes, Baccas autem fert Myrto minores, in maturitate croceas, saturato colore, gustu insuaves, nucleis intus duobus aut tribus. Perdurant autem hæc in multam hyemem, ut Oxyacantha. Oritur locis humectis & incultis. Diosc. quoque Pyracantham appellari testatur, apud quem pro *πυρακάνθη* legendum *αχύνθη*. Plin. ferè ex Diosc. transcribit. Apud Theoph. Pyracanthæ seu Lycij nomen non reperitur: videtur autem hanc intellexisse sub nomine Oxyacanthi, id est, acutæ spinæ. Hæc Cæsalp. in qua Lycij descriptione multa nobis videntur cum Pyracantha, de qua hic agimus convenire, nisi sit eadem, ut consideranti & examinanti patebit. Hist. Lugd.

*Spina urfi.*  
*Spina acuta* 2.  
Dodo Oxyacanthæ sive acutæ spinæ alteram hanc annumerari Spinam acutam scribit, cuius flores sint candidi & odorati priori similes. Humiliorem hanc esse. Sibi Diosc. nomen Pyrenæ proprium videti.

*Pyrenæ.*  
*Spina urfi.*  
Non desunt, inquit Clusius qui vnam urfi faciant spinam illam perpetuè virentem, Oxyacanthæ vulgari floribus & fructu persimilem, quæ in Belgicis hortis Pyracantha nominari solebat. Eam Anguillara, & rectè quidem, meo iudicio, Oxyacantham legitimam esse censet.

*Pyracantha.*  
*Oxyacantha legitima* Theoph.  
Nam Theoph. perpetuam comam Oxyacanthæ tribuit. Diosc. Pyrastrii folio esse ait: cumque insuper baccas habeat Myrti, plenas, rubras, fragiles, &c. aptissimè Oxyacantham referre mihi videtur. Sic Clusius. At sit hæc eius opinio qualis qualis velit, illud certum Anguillaram non meminisse huius Oxyacanthæ: immò aperte eo loco, ubi conatus est ostendere, nostram Spinam albam non esse Oxyacantham, fatetur, asserere se non posse quid sit Oxyacantha.

*Rhamnus.*  
*Oxyacantha Diosc.*  
*Locus.*  
C. Bauh. apud Matth. Oxyacantham Diosc. ait esse qui pro Rhamno, alios qui pro Pyracantha ostendant. Acutæ spinæ nomine à Castore Durante exhiberi se Oxyacantham Diosc. censere, & ad differentiam vulgatæ, Oxyacantham Pyrastrii folio vocat. In Galloprovinciæ & Italiæ sepibus visitur, sed non ita frequens, teste Lob. Nascitur & inquit Dale. in Alpinarum gentium Bramovicum & Ebrodicensium saxosis convallibus, maxime quæ torrentes præcipiti cursu vicinas terras glareæ & arenis obruunt. Provenit & in agro Senensi Hetruriæ propè Alcenum montem. Spontè etiam in sepibus circa Bononiam provenire C. Bauh. notavit. Dod. raram ait, in paucorum tantummodo hortis apud Belgas reperiri. Florere Maio. Visus hic frutex nobis in instructissimis hortis D. Frid. Meyeri & D. Sprengeri, Argentiniæ & Heidelbergæ, in cistis cultus magna cura: ille Pyracantham vocabat: hic fruticem Hispanicum ex Italia missum. Ramus cum baccis missus. C. Bauhino nomine Oxyacanthæ. Nos Patavio ramum ex horto D. Cortusi attulimus, qui Lycium vocabat. Baccæ autumno maturescunt. Nostram iconem, quæ satis feliciter picta fuerat ignavus corrupti sculptor, nam nec flores expressit, nec fructuum umbilicos. Hist. Lugd. etiam baccas habet sine umbilicis, nihilò meliùs: nec foliorum

*Tempus.*  
*Pyracantha.*  
*Lycium.*  
ferraturas rectè exprimit, ut nec icon Lob. quæ tamen baccarum umbilicos ostendit.

BERBERIS VULGO, QUÆ ET OXYACANTHA PUTATA.

C A P. XXIV.



**I**NTER arbores & frutices ambigit Berberis vulgò dicta, modò humilior densè fruticans, modò procerior, caudice satis crasso donata: tota autem perquam minacibus spinis est armata; una, duabus, tribusve ut plurimum ex eodem puncto emicantibus: quò loci & folia prodeunt, ad Pruni sylv. quodammodo accedentia, sed ex angusto principio latefcentia, spinulis in toto ambitu mollioribus donata, sapore acido, sed quæ prima germinatione lanuosa videas, & pungentibus spinis horrida. Flores in ligula racemosi, senis foliolis luteis constant, quibus totidem concoloria stamina respondent, pistillo viridanti, odore gravi: quibus baccæ succedunt Cyliindrææ, tenues, per maturitatem pulchrè rubentes, sapore acido & astringente. Extimo cortici rimoso, & subcinereo aut albicanti, subest liber ex viridi flavescens, & huic materies alba. satis fragilis, cui medulla ampla. Radix multifida non crassa, nec altè descendens, in terrè summo se continet, egregiè flava sub primo cortice. Hæc sanè, si quæ alia, nobis Spinam appendicem Plinij egregiè referre videtur: ita quippe baccæ puniceæ in ea pendunt, ut meritò præcis Appendices, & ab iis ipse frutex Appendix sit nuncupatus. Sed & crudæ per se, & aridæ in vino decoctæ alvum citam ac tormina, hoc est, dysentericos cruciatus & fluxus indubiè compefcunt. Et Berberim Avic. esse volunt, quæ ei Amiberberis dicitur, & ut vult Luminare maius, etiam Oxyacanthæ Diosc. Ex fructu modernis Lycium fieri: & arborem eius vocari Darisahan, ab aliis Crispinum, Quosdam negare esse Darisahan, sed errare. Berberim vocat Petrus de Crescentiis quam rura modò Crispinum vocant, & ea dicitur Oxyacantha, inquit Hermol. sed Oxyacanthos quæ sit, in Plinio se non comperisse. Crispinum verò vocari, quasi Acrem Spinum, vt multis placet: atque ex acinis oblongis & racematim congestis vinum fieri, eodem ferè usu quo vinum ex Malo Punico.

Eiusdem cum Hermolao opinionis sunt etiam Ruell. Tragus, Monachi, Fuchsius, Cornar. Sylvius & Luminare maius. His verò contrarius est Cordus, inquit, Oxyacantha quæ Theoph. etiam *ὀξυάνθη* & *ὀξυάνθη* nominatur, ab omnibus esse creditur spina quam Arabes eorūque interpretes & recentiores cum Medici tum Pharmacopola omnes uno ore Amiberberim & Berberim appellant. Cui sententiæ nos minimè refraga-

Descriptus  
Folia  
Spina  
Flora  
Bacca  
Sapor  
Cortex  
Spina appendicem Pl.  
Amiberberis  
Lycium  
Darisahan  
Crispinum  
Berberim  
Acrespinus  
Oxyacantha  
Oxyacantha

fragamur, sed potius conquerimur, confundi apud autores hoc nomine duos frutices natura diversos.

Quæ enim apud Diosc. extat Oxyacantha descriptio, nihil minus designat quam Berberim.

Alia Oxyacantha in sc. alia Galeni.

Oxyacantha Diosc. non est Berberim.

Alia enim est Oxyacantha, cui Gal. adstringendi & pariter incidendi vires tribuit ab ea Spina, quæ à Dioscor. sub Oxyacantha nomine describitur, quod iam ostendimus, ab ipsa fruticis descriptione exoriri. Principio Oxyacantham suam Diosc. Achradi, hoc est Sylvestri Pyro, similem dicit, minorem tamen & spinosior. Similitudo autem semper ad formam & figuram rei refertur. At diversissima est Berberis à Pyraastro figura, ut iam declarabimus. Pyraaster enim plerumque singulari caudice assurgit, non ita recto, in divaricatos & intortos ramos diviso. Berberis pluribus virgibus fruticis modo se attollit, iisque minimè intortis, sed rectis. Pyraastro, antequam omnino senescat, cortex est lenis, glaber, in flavo spadiceus, in casto candicantibus maculis variegatus. Berberis verò longè diversus colore, & in ipsa adolescentia rimosis & rugis contractus. Quapropter, nemo facile, modò semel tantum utrumque viderit, Berberim Pyraastro similem dixerit. Iam in fructu tanta discrepantia, ut ne similitudini quidem ullæ ullus relictus videatur locus. Berberis quidem rubens est fructus, sed Myrtæ bacca dissimilis. Hæc enim rotunda & globosa existit, ille verò oblongus & utrinque acuminatus. Oxyacantha deinde fructus *δὲ πυραστῶ*, hoc est, friabilis describitur. Sed Berberis bacca quoniam lenta cute succulentam carnem continet, minimè friabilis esse potest. Friabile etiam non de re quapiam lenta, humida & succosa dicitur, sed de fragili, arida, quæ digitis facile veluti in pulverem atteri queat. Talis autem fructus Berberis non est. Quare nemo ipsum friabilem dixerit. Censemus itaque aliam esse spinam quæ à Diosc. describitur, ab ea quam Gal. & Arabes Oxyacanthæ & Berberis nomine describunt. Itaque pronunciamus Oxyacantham à Diosc. descriptam esse Pyracantham: Veram autem Oxyacantham de qua Gal. scribit, Berberim esse. Nihil enim obstat quòd quædam ex Dioscor. Galenus in sua Oxyacanthæ descriptionem transtulerit. Omnino eiusdem quoque sententiæ est Matth. aciusdem penè nixus rationibus: nempe Crispinum vulgò dictum, qui nihil aliud quam Berberis est, prorsus ab Oxyacantha seu Acuta spina Dioscor. differre. Immo Berberis virgæ pollicarem (addit) crassitudinem rarissimè excedunt, nisi ætate longa incrementum susceperint, quin & rara inveniuntur eius virgulta quæ hominis longitudinem æquent.

Cilicis fructus Berberis cum fructu Oxyacanthæ.

Oxyacantha Galeni.

Ad hæc Pyraaster cortice constat aspero, squamoso, inæquali, crasso, colore in nigro rufescente. Berberis verò cortice vestitur albo, levi & admodum tenui: quo fit ut non adèd leviter ferro vel lapide tangi possit, quin statim cortex frangat, & crocea ligni materies detegatur. Præterea Pyraaster Prunorum modo aculeata conspicitur, aculeis singulis ex eodem loco erumpentibus, licet rami frequentissimis horreant spinis, iisque nigris, validis, candidi Rhamni modo mucronatis. At Crispinus [Berberis] ternis per intervalla armatur aculeis, simul ex uno eodèd puncto prodeuntibus, adèd ut trifurcato ordine prodeant, duobus scilicet utrinque se pendentibus: tertio verò medium occupante, albis, planis, non quidem rotundis, fragilibus, & admodum pungentibus. Illud insuper discriminis addit: acu-

Tom. I.

tam Spinam fructum ferre Myrti magnitudine: Crispinum [Berberim] verò racematim in uvæ modum, cuius oblongi acini tritico paulò maiores, vividi ac rubentes elegantèrque racemis adnexi, puniceos acinos quadantenus representant: quanquam minores, oblongiores, acidiore, & colore etiam multò vivaciore habeantur.

Crespini [Berberis] deinde folia minimè Pyrastrum referunt, sed potius punicam malum, quamvis latiora, nec adèd in mucronem desinentia, per ambitum spinistenuissimis frequentissimisque horrida. Radices etiam quæ profectò æquè flavæ sunt, ac si croco essent infectæ, etsi plures sint, atque exiles, nihilominus altè non descendunt, veluti acuta spinæ, sed in latus summo cespite vagantur. Flos denique Pyraastro admodum refragatur: namque melinus ex racemo Uvæ simili erumpit, sui fruticis interno colore à quo dum explicatur atque dehiscit, perquam suavem spirat odorem. Quibus evidentissimè colligi potest, & Oxyacantham Græcis & Berberim Arabibus, non esse hanc nostram Berberim, seu Crispinum vulgò dictum, cuius communis usus est apud Medicos & Sepiasarios.

Sed præter hæc illud etiam certò credendum, quòd si Diosc. per acutam spinam hanc nostram intellexisset, nunquam silentio dissimulasset folia mirabili opere per ambitum aculeata: neque fructum, quem ramis pendulum gerit, acinis inter se racematim coherentibus, Myrti baccis assimilasset, nec scriptum reliquisset, radices in profundum agi: nec denique flavum earum colorem quo insigniter natura infectæ sunt, unquam reticisset. Non prætermisisset etiam spinarum historiam, utpote quæ ternæ suis virgibus in nascentur, à pede ad verticem: non corticis candorem, non tenuitatem: non item, quòd sæpius sine caudice variis veluti stolonibus fructet: non denique ipsam Pyraastro prorsus similem reddidisset, à qua profectò non minùs dissidet, quam Quercus ab Olea, ut pudeat huic rei vel refutandæ, vel confirmandæ veritati manifestæ diutiùs incumbere.

Alia est Oxyacantha Græcorum & Berberis Arabum ab hac.

Non dissimulandum tamen eiusdem huius sententiæ præter Cordum & Matth. esse etiam Amatam, Dod. Dalech. Tabern. Hist. Lugd. Camer. Bacchanel. Turner. & pleròsq; doctiores, qui ipsam rem non diligentius perpenderit. Quid? Quòd ipse Galenus quoque quamvis hanc spinam *δὲ πυραστῶ* vocet, ab *δὲ πυραστῶ* tamen distinxerit, in lib. de simp: sed & manifestius in lib. de fac. alim. ut probè annotat Dod. Etenim, inquit, Diosc. huius Spinæ [Berberis] non meminit: nam quam ipse Oxyacantham sœm. gen. vocat, Galeni est masculini generis Oxyacanthus. Avic. utrumque fruticem sub Amyrberis nomine complexus videtur. Quin & Serapio Berberim descripturus, Diosc. nomen verbæque producit, quam tamen nunquam ei innotuisse clarum est. Cùm vulgarem Italorum Crispinum, legitimam esse Mauritanorum Berberim totus Oriens clamat, teste P. Heslo, ubi in præsentem usq; diem Amyrbaris nomen conservat, ut in Arabia: quo nihil est Damasci & Tripoli notius.

Differunt Oxyacanthus & Oxyacantha.

Amyrberis.

Amyrbaris.

Est igitur Berberis Oxyacanthus Galeni. Sicque volunt & statuunt etiam Dod. Gesner. & Camer. ac ita statuent, quicumque rem diligentius examinabunt, quamvis Tabern. inter recentiores etiamnum Oxyacantham Galeni dicat.

Oxyacanthæ tamen vocem cum Oxyacantho plerique Herbarij confundere, inter quos & do-

etissimus Cordus, vulgi opinionem secutus, & diligentissimus Sylvius, & alij plerique, sed parvi momenti est nominum confusio, si de re ipsa constet.

*Vna urfi* Dalech. volebat aliquando Berberim esse Vvam urfi Galeni l. 7. comp. med. s. loc. de qua re suo loco. Frustra quoque Tragus huic nomina à Diosc. suæ Oxyacanthæ tributa ascribit. Apud Serap. legas Amyrberim etiam Arsam dici, & fructum Zairach. Hispanicum etiam & Italicum nomen quod Berberi tribuit Amarus, neutiquam ei convenit, sed Oxyacanthæ Matth. sive *Spina-alba*. Falluntur quicumque Oxyacanthæ Dioscor. loco Berberim sumunt. Sic Carolus Stephanus Styriæ parum peritus confundit in Horto *Spinum-album* & Berberim. Berberis, Berberus, *Cresspinus*, *Oxyacanthus*, *Spina-acida*, & *Spina-sancta*, quorundam, ex qua Bugia officinarum, Germa. *Erb-sal* / *Erb-salen* / *Versing*. *Sauwerach* / *Passel-beer* / *Saur-iorn*. Io. Bokelius in lib. suo de peste satis barbarè vocat *Barberis*. Belg. *Sauselboom* / *Suerboom* / Gal. *Espine-vinette*, atque inde Latino nomine, *Spina-vineta*, quod ex eius acinis vinum exprimitur: *ou de Berberis*. Ital. *Cresspinus*, Hisp. *Espino de Maiuelas*. Vngar. *Irom Borbala*, hoc est, Vinum-Barbarum, *Fay-siska*. Boh. *Drac*, sive *Dristal*. Angl. *Berberi tree*, aliàs, *Pirigde tree*, & *Berberis*. Burgundi vocant, *Bois de saint Martin*. Et Montbelgardenses *Baccas*, *Ioumarin*.

*Locus.* Sponte nascitur multis in locis incultis, sylvis, frutetis campestribus, montanis, siccis & aquosis: & rivulorum ripis ac collibus etiam potissimum gaudet. Amat loca frigida, paulò calidiora tamen non respuit. Nam & circa Bononiam observavimus, & in Italiae hortis plurimis, sed cultam. In Delphinatu iuxta Valentiam, spontaneam. In agro Basiliensi, Alsatice & Burgundico passim ferè occurrit, ut & Montbel. Stuckardie in horto illo Ducis regio totas sepes ea contextas vidimus. In Brabantia reperitur in marginibus agrorum & sepibus. In uniuersa Hispania fructum non emittere ait Fuchsius: fortè ob regionis eximium calorem: secus verò in Germania, Gallia & uniuersa Italia.

*Tempus.* Germinat ineunte Vere: Floret Aprili & Maio. Per Septembrem & Octobrem rutilo suo decore sepes exornant Baccæ, quibus mensibus maturæ carpuntur ad usus. Rubent verò etiam Augusto. Monspelij non vidimus.

*Vires & usus.* Folia & fructus temperamenti sunt frigidi & sicci in secundo gradu, partè que etiam quasdam nonnihil subtiles habent. Vires Spinae Appendicis ex Plin. ante dictæ. Quidam ex Baccis vinum exprimunt eodem ferè usu, quo vinum ex Malo Puniceo, quod per totum annum asservari potest. Estque hic liquor alvi quibusdam fluxionibus, que à calore originem trahunt, cuiusmodi ferè estivis & canicularibus diebus aut sub Autumnum quoque incidere solent, perutilis: non enim solùm sitim immodicam restringit, sed & continuos ac diuturnos alvi fluxus cohibet. Idem abundantiam mulierum sistit, stomachum & hepar roborat, & appetitum conciliat. Conduuntur Baccæ pro delicatioribus melle vel saccharo ad eisdem usus, & ad depellendam febricitantium malaciam, quorum morosum nimis palatum cibum ferè quemcunque respuit, atque ita elanguescens eorum appetentia grato harumacore recreatur. Scimus Baccarum succum quemad. & corticis decoctum, item & folior. contusorū succū cum aceto plurimū profuisse in calidis dolorib. dentiū à fluxione biliosa vel serosa obor-

*Vinum.* Alvi flux. xxi.

*Sitis.* Menses su. pers.

*Febres.* Dolor dentiū.

tis: arcent enim sua frigiditate & astrictione humorum subtiliū influxum, & gingivas confir. nat. In doloribus capitis à causa calida fronti applicita multum possunt. Possunt & maturi acini cū ratis decerpi, & vel per se in umbra siccare, vel in cella vinaria reponi, ut nostri solent, tūm quando opus, aquæ tepidæ vel gelidæ immergi, (nam quasi reviviscunt,) & ad præscriptos usus accommodari. In omnibus penè calidis morbis in vomitionibus continuis, præsertim biliosis, Berberis Baccæ salutaris sunt. Folia tenera Maio mense: acini Autumno intinctibus quàm-accomodatissimi sunt. Tradunt nonnulli, acinos maturos tusos, ac capta plasmatis instar illitos, non solùm abscessus calidos lenire, dolore mitigato: sed & illos rumpe-re, & ad sanationem promovere. Id annotat Tragus. Verum huic remedio non multum tribuimus, nec eo etiam uti vellemus. Ad maturandum enim astringentibus non opus. Obsunt repercutientia. Quid igitur prodesse queat Berberis?

Aqua ex foliis & floribus Maio mense destillari potest, & ad prædictos morbos pleròsque præscribi.

Sed vino quod ex Berberis acinis exprimitur, nostro & Matth. iudicio, longè maior inest austeritas, aciditasque, quàm mali Punici succo quamvis nonnulli aliter sentire videantur. Illud enim, ut egregiè monet Matth. si in acutis perniciosisque febribus, uti Causus, & quæ pestilens, Iulapio violaceo ac aqua commistum, ægrotantibus exhibeatur, non modò sitim restringit, sed biliosas pestilentisque exhalationes supprimit. Datur utiliter Celiacis, cibum reiicientibus & Dysentericis, & ubi bilis à Iecinore in Ventriculum regurgitans cholericos excitaverit affectus: Non tam sumptum quàm inditum mensium profluvia inhibet. Tineas ventris enecat, præsertim si bibatur ex aqua Graminis, vel Portulacæ, vel Abrotoni, addito sacchari tantillo. Prodest & cruentis excretionibus: firmat commotus dentes si eo sepiùs foveantur, quinetiam gingivas roborat, & gargarifatu faucium utæque inflammationes discutit, atque destillationes eò confluentes reprimit. Vulnera recentia in carnis superficie glutinat, & ulcera vetera desiccant. Nocet his, qui ex flatu, ac frigiditate laborant ventriculi doloribus, atque etiam ægrè spirantibus.

Huius verò succum mordacem nolimus oculis instillare, in Ophthalmia, etsi, ut suadet idem Matth. pompholyx addatur cum aqua rosarum. Acria enim non possunt non vellicando exquisitissimi sensus oculis dolorem causare, & ita fluxiones potius concitare quàm prohibere. Quare hoc remedio uti volentibus suademus, ut extrinsecus palpebris circumcirca applicent, adhibita cura, ne intra oculos pertingat. Ex foliis eius viridibus teste Dod. fiunt intinctus, haud secus atque ex oxalide, ad appetentiam excitandam ad refrigerandum, atque etiam utilissimi febricitantibus & temperamento calidis.

Flavus eius cortex, inquit, Camer. pulveratus, auxilio est apthiis, similibusque faucium ulceribus. In lixivio maceratus flavo colore tingit. Hunc corticem quadam Officinæ Bugiam nominant. Assamenta & supellectilem ligæam observavimus haeratione vernice incrustari, illustraque. Aquâ, quæ maceratâ collâ mucaginola sit reddita, illinuntur ligna explendis fibrarum & pectinum interstitiis: siccata insulo, corticum Berberis croceo colore tingunt, tandem nitorem inducta vernice liquida vulgata conciliant.

RHAM.



RHAMNVS CATHARTICVS.

C A P. X X V.

Descriptio

Cortex.

Spina.  
Folia.

Spina.

Bacca.

Grana.  
Sapor.  
Rhamnus.  
Spina cer-  
uina.  
Sapor.  
Color pro  
pullatione.

Non esse  
Rhamnum

Ruell. &  
Ryff. tran-  
scribunt, &  
sua nomine  
conducunt.



CELEBR  
VIT Rham-  
num catharticū  
usus in purgan-  
do multus & fe-  
lix, arbusculam  
sepibus alicubi  
familiarem, cor-  
tice externo ni-  
gro vestitam cui  
duo alij subsunt,  
alter viridis, al-  
ter luteus, mate-  
rie pallida dura,  
ramis satis cre-  
bris, iisque ferè  
ex aduerso sitis  
brachiatam, du-  
ris, rigidisque &  
longis spinis fo-  
liolis minacem,

aculeis præterea alijs minoribus horrentem. Fo-  
lia ad Pruni folia accedunt, acuminata, atrovi-  
rentia, crenata, nervosa, adstringenti sapore :  
flores herbacei coloris parvos profert, qua-  
tuor apicibus constantes, multos simul iunctos.  
Succedunt baccae frequentes ad radicem spi-  
narum ex longiusculis pediculis, frangulae pa-  
res, per maturitatem nigrae, succo virente ple-  
nae, in quibus grana terna, vel quaterna Py-  
rorum granis penè similia, figurâ ferè triangu-  
lari, cortice nigricante, medulla alba non  
ingrati saporis, quæ faciliè ungue premen-  
te franguntur, sapor baccarum amarus & sub-  
astringens, & qui faciliè gustanti nauseam  
moveat. Habet & succus earum nescio quem  
sibi peculiarem odorem.

Rhamnum [ inquit, Hermol. ] Diosco-  
rid. à nostris Spinam cervalem dicit appellari.  
Quo argumento videri potest haud dissimile  
huic genus esse quod & hodiè vulgò Spinum cer-  
vinum vocamus, fructu Myrti, foris nigro, intus  
viridi, ob id, vel ad colorem pingentibus idoneo.  
Cortex arbori subniger & nitidus, quasi Ceraso,  
interior virens, postea luteus, lignum extrâ can-  
didum, interior medulla rubet. Hermolai hanc  
opinionem sugillans Marcel. Fuerunt, inquit,  
qui Spinum Cervinum appellatum Rhamnum  
crediderint, non animadvertentes fruticem à  
Diosc. non arborem vocari, virgâque non ra-  
mos illi tribuere, & Rubis, Hederæ, Paliuròque,  
ac similibus plerisque alijs coniungere eam  
Theophrastum, quorum nullum arborefcit. Spi-  
num verò Cervinum arborefcere, & humani fe-  
moris crassitudine truncum aliquando habere, &  
omnem rubrum esse, quum Rhamnum nigram  
& candidam Theoph. tradiderit. Nec posse  
Rhamnum arborem intelligi Theocritus osten-  
dit, Nam si arbor fuisset, pedibus nocere non  
potuisset. Hermolai opinioni adstipulantur,  
Ruell. Gesnerus, & Fuchsius quondam etiam  
Spinam cervalem cervinamve vocavit. Ac  
Ruellius quidem & Ryff. ambo more suo Her-  
molai verba ipsa adducunt, eo tamen non citato.  
Quasi maluerint se falsa induere opinione, ut  
aliquid dixisse videantur, quàm auctori suo ci-  
tationis honorem referre. Quin & à Trago

hæc planta pingitur & describitur sub hoc nomi-  
ne: Rhamni 2. species: quo verò apud vete-  
res habitus fuerit, sibi non satis constare fatetur.  
Et nisi folia eius hyeme decuterentur, faciliè se  
dicturum esse speciem Rhamni alteram apud  
Theoph. Quanquam id obstare neutiquam posse  
censeat, quò minùs Rhamnis accenseatur. Si-  
quidem nec Diosc. nec Plin. perpetuè virentium  
Rhamni foliorum ullam fecerint mentionem. Qua-  
propter præsentem fruticem Rhamni speciem ef-  
se statuit, quoad alij certiore eius nomencla-  
turam docuerint. Et in Hist. German. idem  
tradit, & nec à Nicandro quidem scribi per-  
petuo esse folio. Ac parvi id momenti esse  
etsi hyeme excidant folia, quominùs Rhamnus  
2. Theoph. esse possit, se itaque in ea mansu-  
rum opinione, donec alijs meliora tradat. No-  
bis sanè verò maximi momenti esse videtur,  
plantam esse vel sempervirentem, vel folio de-  
ciduo, & hanc notam nusquam faciliè deleri con-  
temnive deberi aut posse statuimus. Præterea  
non videmus quid in hac stirpe appareat, cuius  
meritò Rhamnus candidus, qui alter est Theoph.  
dici possit. Mirum etiam, Tragum, alioqui sedu-  
lum herbarum vestigatorem, facultatis purgatri-  
cis huius fruticis non meminisse. Cordus quoque  
Cervi spinam vocat: Et Cæsalp. Spinam cerv-  
alem vulgi, quasi & ipse dubitaret esse veram &  
legitimam Diosc. Dubitasse videtur & Apollo,  
nequicquam statuens. Sed revera Rhamnus non  
est, ac tantò minùs Spina cervina Dioscor. ut re-  
ctè nostro iudicio statuit Marcellus contra Her-  
mol. cuius opinioni etiam refragatur Matthiol.  
quamvis non nisi ex Marcello id hausisse videat-  
ur.

Hallucinantur proculdubio, inquit Amatus,  
qui Spinam cervalem vulgò dictam, Gallis Bur-  
gam vel Neprum, Rhamnum esse putant, quum  
revera nulli Rhamni generi respondeat. Et Dod.  
Rhamnum solutivum vocans, negat tamen esse  
verum Rhamnum vel Theoph. vel Diosc. Nec  
placent qui Rhamnum simpliciter & absolutè di-  
cunt, ut fecerunt Theoph. Golius in Onom. Euc-  
char. Roslin, & Helsticus, qui & *Spina*, &  
Spinam albam vocat, nihilò rectius & alia qua-  
dam nomina tribuit, neutiquam huic arbori com-  
petentia. Nihil tamen impedit, quominùs cum  
adiectione Rhamnus Catharticus vel solutivus  
dici queat, quòd Rhamnis quodammodo, spinis,  
baccis, & alijs quibusdam accedat, ut à plerisque  
recentioribus herbariis fuit nuncupatus.

Spina insectoria Matth. Clus. Penæ, Lob. & alijs.  
Spina merula quorundam. Spinam cervalem, inquit  
Amatus, Hispani Alvarem: Itali verò Merlam vel  
Cervinam, Galli Burgam vel Neprum appellant.  
German. *Wegdorn, Wegdornbeer, Creutzbeer, Veer-  
senbeer, Vahenbaere, Ferbkorner, Ferbbeer, Darwon-  
man das Saffigrun macht.* Belg. *Rhijnbesten doren,  
Bestenboom,* Baccarum arbor: & fructus *Rhijnbesten,*  
id est, *Rhenana* bacca, quòd magnacopia iuxta  
Rhenum reperitur. Italis *Spina merlo,* Longobar-  
dis Venetisque *Spin Cervino:* Foroiuliensibus  
*Spin-guerzo,* cæteris *spino da tingere.* Bacchan. tra-  
dit Hetruscis *Marcho* dici: num rectè, ipse vide-  
rit. Gal. *Neprun, Bourgespine.* Gallobelgia *Nertpruy.*  
Hung. *Ehrovisk,* i.e. canina spina.

Pulchram iconem habet Matth. ut & Camer.  
quæ meliùs placent nostrâ. Euchar. duas figu-  
ras habet diversis locis, & diversis nominibus,  
quasi de distinctis plantis tradidisset, cum tamen  
utrobique posita illa nomina [ nempe primo lo-  
co *Breutzbeer, Ferbkorner:* alio *Wegdorn/*

Rhamni 2.]  
species.

Rhamnus 2.]  
Theoph.

Tragi opi-  
nio rejecta.

Rhamnus  
solutivus.

Spina insecto-  
ria.  
Spina, me-  
rula.  
Spina Al-  
varis.  
Merla.  
Burga Ne-  
prum.  
Baccarum  
arbor.  
Rhenana  
bacca.

Figura.  
Euchar.  
error.

**Weersfenbeer** J omnia uni huic frutici conveniant.

**Locus.** Nascitur multis Germaniæ locis fenticosis, & sepibus, agrorum limitibus, ac iuxta vias, in dumetis iuxta itinera & vias sitis, ut vix alibi copiosorem observes: unde & Germ. *Wegdorn*, quasi *Viarum bacca*, vel *baccifera* dicta. Amat inculta loca, & rivulos ac scrobes aquam habentes. Basilea, Tiguri, inter Montbelgardum & Bessordiam circa Barmont copiosè nascitur. In horto E. C. Montb. copiosè alitur inter sepes. Multis Pannoniæ locis vulgarissima est, ubi interdum arboream amplitudinem adipiscitur, teste Clus. quales & aliquot videas in horto prædicto. Floret Maio. Autumno bacca maturefcunt.

**Tempus.** Folia frigida & sicca sunt natura: ideò igni sacro & serpentibus ulceribus efficaciter illinuntur.

**Vires & usus.** Quædam muliercula vel folia vel interiorem corticem cum modico aluminis vino decoquunt, adversus oris ulcera & putredines, quibus hoc medicamento gargarilatu singulari experientia succurrunt. Bacca huius fruticis messis tempore lecta arefacta & tusa in aqua & alumine macerata, luteum seu croceum potius reddunt colorem, quo librarii olim libros pingere consueverunt. At hodie cum auripigmentum usu recipi cœpit, repudiati sunt acini isti, quanquam locum adhuc habeant apud eos qui chartas depictas & luforias, nec non coria colore flavo inficere solent. Autumno cum bacca ista maturitatem suam assecuta nigra evaserint, leguntur, & tusa in vase arceo asservantur, & pulchrè viridem exhibent colorem. Vnde nonnulli eum viridè colorem ex his parant, quem Ger. *Saffgrün* vocamus. Gal. verò, *verd de Vesce*. Belg. *Sapgruen*: qui pictoribus accommodatissimus est, & in magno usu. Hi acini cum circa festum D. Martini in arboribus adhuc hærent, legi solent, & ad Puniceum colorem conficiendum ab iis qui coria inficiunt, & depictas chartas coloribus illustrant. Ex his facilè liquet has baccas utilissimas esse, ut quæ tria colorum genera præbeant, croceum, viridem & puniceum, ut in scripta retulit Tragus. Bacca autem, ut gustu amaritudinem cum adstrictione quadam referunt, ita & calida siccaque existimantur ordine secundo. Purgatrices verò sunt, atque crassam pituitam & biliosos quoque humores per alvum educunt. Nos peculiarem earum vim in sero & aquosis humoribus efficaciter educendis experti sumus, quapropter non rarè earum syrupus ad uncias tres hydropicis præscriptus notabili cum successu datur: atque etiam exhibetur aridarum pulvis a ʒj: ad ʒiſs. autore Dodon. Nonnulli baccas numerant, qui à XV. ad XX. exhibent, vel etiam plures duris hominibus. Præstat autem ipsas contractas in iusculo pinguis carnis absque sale incoquere, atque iusculum ebibere: sic etenim minori cum molestia, ac paucioribus ventris doloribus ac torsionibus evacuant. Incoquantur autem bacca à XL. ad LX. pro robustissimis etiam plures. Idem Dod. tradit baccas potenter purgare per inferiora, evacuare pituitam viscidam ac humores biliosos magna vi & excessu, ita ut multum corpus perturbent eorum qui sumunt, ac sæpè vomitum movere. Itaque non convenire nisi iuvenibus robustis & rusticis, qui magis parcunt pecuniis, quam vitæ suæ, sed mollibus & debilibus has baccas valdè nocere, immensa sua viratque ed magis si non correctæ & castigatæ exhibeantur. Et sanè cum facilè parari possit ex iis syrupus, aut ipsa quoque prædicto modo administrari, ipsas baccas temerè, nisi robusto devorandas

date nolimus. In Syrupo verò quo quotidie & frequenter utimur, etiam in delicatissimis naturis, nullam molestiam essatu dignam, unquam deprehendimus: & solvendo corpori accommodatissimum à multis iam annis cognovimus, etiam in nobis ipsis. Paratur Matth. hoc modo. Bacca probè maturæ, ut Octobris principio, leguntur ad lib. ij. mundatæ, conquassantur parum, & in ollam vitreatam inditæ per tres quatuorve dies benè tectæ, stare sinuntur loco tepido. Postmodum exemptæ in sacculum coniciuntur & prælo subiectæ exprimuntur. Succus expressus cum lib. j. Sacchari lento igne coquitur ad Syrupi consistentiam. Postea colatur, addunturque Cinnamomi & Zinziberis benè pulverisati ana drach. 4. Garryophyll. drach. ij. & in usum reponitur. Huius uncia j. ad drach. x. placidè purgat pituitam omnèque crassos & viscosos humores. Quare podagricis optimum est medicamentum. Nos ita fieri iubemus. Succus baccarum maturarum extracti & ritè depurati lib. v. coquantur cum Mellis opt. & Sacch. ana lib. j. ad Syrupi consistentiam. Adde pro unâquaq; libra Syrupi, Cynam. & semin. Anisi conquassator. ana ʒ. ij. in petia ligata, immergatur. de hoc tutò dabis ab ʒj. ad ʒij: nec prædictas molestias metues, nisi fortè in exquisitissimè delicatis homuncionibus aut impuris planè corporibus in quibus omnes ferè purgationes molestiores fieri scimus, quòd plerique tales stomachici sint quorù Camerinam absq; singulari cautione mouere periculòsum, sit & ex bacca his Elethariarum, nonnullis in locis usitatum, ut & Syrupus: quæ ambo parum amica stomacho Camer. censet, ideòque ed diligentius corrigenda. Medici Lutetiani, inquirunt, Pen. & Lob. certiores virium, quam Matth. ut qui non ad pituitam crassam & viscidam, sed potius tenuem educendam, prudentius utuntur. Sanè & nos præcipuam earum vim in extrahendis aquis deprehendimus: ut dictum.

RHAMNVS SOLVTIVVS  
PVMILVS PANNON.  
I. Clus.

**EX** ea planta portione, quam penes nos in sicco nostro herbario habemus, apparet fruticem esse ad Rhamnum Catharticum vulgarem accedentem, cortice tectum nigricanti. Folia ex eodem tuberculo plura oriuntur, brevibus pediculis hærentia, acuminata, unciam plus minus longa, semunciam lata, circumcirca crenata, lævia. Bacca sicca Terebinthi fructum referunt, tum magnitudine, tum forma turbinata, in acumen desinente pediculis semuncialibus appensæ: nec demonstrant commissuras quales Clus. habet in Rhamni sive spinæ infectoriæ Pannon. 2. sua figura, cui tamen folia satis respondere videntur.

Considerandum an possit esse prima eiusdem, cuius nullam dat figuram, quamque sic describit: Spina infectoria prior bicubitalibus affurgit ramis, in multas alas divisis, cortice lævi, spinæque infectoriæ vulgari tum colore tum substantia simili, tectis, qui membrana superiori dempta: ex viridi pallescit, & sapore est amarifusculo: ramuli paucis spinis horrent, sed ipsi in spinas plerumque desinere solent. Folia vulgari ferè similia, sed minora & angustiora, ad Pruni sylv. folia plurimum accedentia, gustu linguam exiccante. Flos congestus, ut in vulgari,

Syrupus.

Aluminis.

Observat.

Elethariarum.

Martini.

Descriptio.

Folia.

Bacca.

Spina infectoria.

Flos.

gari, eiusdemque coloris & formæ, hoc est, ex pallido herbaceus, & quatuor foliis constans, minor tamen. Radix ut in aliis fruticibus lignosa. Hanc si quis Lycij generibus annumerandam censcat, non refragabor.

Frequens cum vulgari Rhamno exit in Leytenberg. Floret Maio.

RHAMNVS SOLVT. PANNON. II.

Descriptio



**S**pina infectoria Pannonica. 2. Clusio, cubitales habet ramos, minimi interdum digiti crassitudine plerumque minores, nigro rugosoque cortice obductos, superiore parte in ramulos divisos, qui tenuiore & leviori cortice recti plerumque in acutam spinam desinunt. Folia Myrti aut sylv. potius, breviora tamen & minora, viridia, per ambitum nonnihil serrata, gustu, primum adstringente, deinde nonnihil amaricante: Flores inter folia herbacei, quatuor foliis constantes, ut in priore: Fructus deinde spinæ infectoriae vulgari haud absimilis: binis, nonnunquam etiam ternis veluti commissuris distinctus, initio viridis deinde per maturitatem niger. Radix crassa, lignosa, dura, raras fibras in latera spargens. Et hanc quoque Lycij generibus accenseri æquo fert animo. Tabern. Germ. *Ungerisch Weegdornbeer* & *Creutzbeer* vocat. Botanici qui viderunt, considerent quantum differat hic Rhamnus à Lycio Gallico.

Cortex

Folia

Legu.

Vires

Rasa

Radix

Lycium

Locus

Nascitur copiosè in monte Bodensi thermis imminente & vicinis iugis, loco petroso & salebrolo.

RHAMNVS BAVARICVS DALEGH.

Descriptio



**P**ro Rhamni etiam genere spinosam plantam Germanus quidam rei herbariæ studiosus ex Ingolstadio Dalechampio attulit, quam Rhamnum Bavaricum vocabat, quoddaliud aptius nomen non inveniret. Hæc planta, ut ille narrabat, hominis altitudinem superat, cortice est purpurascete, spinoso, foliis densis, pallidis, omnibus serratis, sed

Cortex

Folia

aliis longioribus & angustioribus, prima scilicet ramorum parte, nec Ilici dissimilibus, aliis brevioribus & rotundioribus, circa ramorum extrema Rhois folia utcunque amulantibus, spinis multis, tenuibus, sed acutissimis, foliosis, ut in primo Rhamno Matthioli. Histor. Lugd.

Spina

LYCIUM VETERVM.

CAP. XXVI.

**L**ύκιον, quod aliqui πυλάγαν vocant, autore Diosc. arbor est spinosa, virgis trium cubitorum, aut etiam longioribus, circa quas folia sunt Buxo similia [Plin. Radix Buxei coloris] densa. [πυκνά: quidam frequentia vertunt] Fructum fert Piperis instar nigrum, [μέλανα: Cæsalp. non probat, sed melinum substituit, id est, luteum] amarum, densum, [πυκνόν, sive succi plenum, aliter quam Matth. & Corn.] lævem: corticem vero pallidum, Lycio diluto si nilem, & radices multas, obliquas, [pro πλατείαις ut Oribas. habet à Plin. legi potuit φλαγίας, Serap. quoque legit φλαγίας] lignosas. Nascitur plurimum in Cappadocia, Lycia, pluribusque aliis locis. Aspera loca amat.

Descriptio  
Diosc. Πυλάγανθη.  
Folia Βυκί.

Succus dicitur radicibus cum frutice ipso tuis [Ruell. hic more suo maluit Plinij sensum exprimere, quam auctori fidem præstare, cum ait: Rami cum radiculis tuis, &c.] & per dies multos maceratis, denique coctis: ac tùm ligna quidem abiiciuntur, liquor vero iterum coquitur, donec mellis crassitudo fiat. Adulteratur amurca inter coquendum admixta, aut Absynthij succo, aut felle bubulo. Quod vero spumofum innatat inter coquendum, eximito, & ad oculorum medicamenta reponitò: reliquo ad alia utitor. Simili modo & è fructu expresso & insolato succus elicitur. Optimum est Lycium, quod igni accenditur, quodque dum restinguitur, rubentem spumam [Oribas. χαπρόν, id est, fumum legit] edit, extrinsecus nigrum, intus vero cum dissecueris fulvum, minime virosum, cum amaritudine astringens, colore croceo: quale est Indicum, reliquo præstantius & efficacius. Vim habet astringentiam, & quæ pupillis caliginem offundunt exterit: palpebrarum scabiem, pruritus veteresque fluxiones sanat. Facit & illitum, ad aures purulentas, tonsillas, gingivas exulceratas, labiorum fissuras, sedis rimas & attritus. Cæliacis & Dysentericis, tum potum, tum etiam infusum convenit. Datur & sanguinem excreantibus atque tussientibus ex aqua: itemque à rabioso cane demorsis, catapotij instar devoratum, aut ex aqua bibitum: Flavos facit capillos: Reduviis, herpetibus, putrescentibusque ulceribus medetur: fluxum muliebrem appositum sistit, & à rabiosis animalibus demorsis, seu in lacte bibitum, seu catapotij vice assumptum, auxiliatur. Fertur & Lycium Indicum [hæc sequentia superflua apud Dioscor. putat Cornar.] fieri ex frutice Lonchitide vocato. Est is è spinarum genere, virgas habens rectas tricubitales aut etiamnum maiores à fundo numerosas & Rubo crassiores. Ruptus cortex rufescit: folia vero Oleæ similia visuntur. Cuius herba in aceto decocta propinataque proditur Lienis inflammationibus, Regioque morbo mederi, & scæminarum purgationes ciere. Cruda quoque trita in potu eadem præstare traditur. Seminis mystra

Locus:  
Lycij succi  
paradis. raris.

Adulterat.

Succus è fructu.  
Delectus.

Indicum.  
Vires.  
Caligo oculorum.

Scabiæ palpebrarum.  
Aurium ulcera.  
Gingivarum ulcera.

Rima labiorum.  
Erg. ani.  
Cæliaca Dysent.

Sanguis spumans.  
Gang. raris.  
Bidi maris.

Capillos tingit.  
Vlcera tridæ.

Menses superfl.

Lycium Indicum.  
Lonchitidis descriptio.

Vires.  
Lienis inflammationis.  
Icterus.  
Delectus.

*Purgant. Venena.* duo epota aquosa expurgant, suntque aduersus lethalia medicamenta remedio.

*Pyxacanthum Chironium Plin.* Plin. verò spinam eam ex qua Lycium fit in Græcia, Pyxacanthum Chironium vocari dicit, quam vocem superfluam putat Dalech. Sed Plin. verba, ut à Diosc. non nihil variantia lubet adscribere. Fert & Spina Piperis similitudinem, præcipua amaritudine, foliis parvis densisque, Cypri modo, ramis trium cubitorum, cortice pallido, radice lata lignosaque, buxei coloris. Hæc in aqua cum semine excepta in æreo vase medicamentum fit, quod vocatur Lycion. Ea spina & in Pelio monte nascitur adulteratque medicamentum. Item Asphodeli radix, aut fel bubulum, aut Absynthium, vel thus [Rhus. CH.] vel amurca. Lycion aptissimum medicinae, quod est spinosum. Indi in utribus Camelorum aut Rhinocerotum id mittunt. Ita vides Diosc. folia Buxo similia dixisse: Plinium verò radicem buxei coloris, eandemque latam, quum in Dioscor. legitur obliqua, ut non vana suspicio sit Cornar. Plinium *πλατύνη προ πλαγία* legisse. Sed fallitur Plinius & in eo, quod Indiam eam ferre dicit, ut annotat Dalech. Hæc enim Lycij descriptio in Cappadocia, Lycia, Et ut ait, in Pelio nascens. Indica spina Lycij, quam Lonchitid vocat Diosc. aliter ab eo describitur, ut paulò antè citatum. Idem Plinius & alibi tradit ex Rhamni sylvestris radice fieri medicamentum, quod vocetur Lycium. At hoc falsum esse & à nemine proditum, iam suo loco ostensum. Idem mox subdit: Lycium præstantius è spina fieri tradunt, quam & Pyxacanthon Chironiam vocant, quales in Indicis arboribus diximus, quoniam longè præstantissimum existimatur Indicum. Coquuntur in aqua tussis rami, radicisque summa amaritudinis, æreo vase ferè per triduum, iterumque exempto ligno, donec mellis crassitudo fiat. Adulteratur amaris succis, etiam amurca & felle bubulo.

*Lycion. Adulteriu.* Spuma eius ac flos quidam oculorum medicamentis additur. Reliquo succo faciem purgat, & pforas sanat, erosos angulos oculorum, veteresque fluxiones, aures purulentas, tonsillas, gingivas, tussim, sanguinis excreationes, fabæ magnitudine devoratum. Aut si ex ulceribus fluat, illitum, rhagadas, genitalium ulcera, attritus, ulcera recentia ac serpentina ac putrescentia [in naribus Dalecham.] vt & clavos, & suppurationes. Bibitur & à mulieribus in lacte contra profluvia. Indici optimi [Diosc. non Indici] differentia, globis extrinsecus nigris, intus rufis, cum freris, citò nigrescentibus. Astringit vehementer cum amaritudine. Ad eadem omnia utile est, sed præcipuè ad genitalia. Hæc Plin.

*Pyxacanthos Chironia.* Sed & Galenus audiendus: Lycion sive Pyxacanthon arbor spinosa, ex qua Lycium, quod vocant conficitur, id videlicet medicamentum liquidum, quo ad sugillata utuntur, & sedis oris que phlegmonas ulcerationesque tum herpetas, putredines, & ulcera contumacia, & aures putefluentes, & intertrigines ac paronychias. Est autem facultatis exicatoria, compositum ex diversigenis substantiis, quas *επερυνίας* Græci vocant: altera quidem tenuium partium digerente atque calida: altera terrestri & frigida, ex qua adstrictionem obtinet. Porrò hæc qualitas pusilla medicamento inest: digerit verò & desiccatur, non parum, nempe in secundo ordine: in calore autem mediis & symmetris proximum est. Proinde ad varia hoc utuntur medicamine: ut abstergen-

*Vires. Faciem purgat. Pfora. Tussis. Rhagades. Genitalia ulcera. Attritus. Clavi.*

*Delectus. Tempera.*

*Lycium Galeno.*

*Sugillata.*

*Herpetes. Ulcera contumacia. Intertrigo. Paronychia. Tempera.*

*Cacoethe.*

te quidem ad ea quæ pupillas obtenebrant, [ ad putredines & Cacoethe ulcera ] ut contrahente verò, Celiacis, Dysentericis ac muliebri profluvio adhibentes. Lycium hoc in Lycia & Cappadocia plurimum provenit: alterum verò Indicum, ad omnia valentius est. Hæc Gal. qui idem *Ι.Α.Α. οὗ κατὰ τόπος* de Lycio loquens: Non obscuro esse puto, inquit, Indicum Lycium à medici, non hoc quod apud nostros populos provenit.

Cornar. verò ut monebamus, quæ in Diosc. de Indico Lycio habentur, fieri ex frutice Lonchitide, penitus supposititium esse iudicat, & de Lonchitide herba illuc translata, de qua idem Diosc. l. 3. agit. Officina hodie nonnulla Lycium habent, sed unde collectum, aut allatum, ignotum est ferè, inquit Cornar. etiam his qui materias medicas important, ut qui vix appellationum aliquid cognitionem habeant. Nasci autem & in Italia in Ligurum montibus Pyxacantham, unde Lycium rectè fiat, quidam tradunt, de quo mox.

Quide aromatibus Indicis scripsit, narrat Lycium ab Indis vocari Cate: fieri è ramis arboris Hacchie, minutim concisis, elixis, contusis, cum farina Nachani succo mixto, & in pastillos tabellisque formato. Arborem verò Indici Lycij postea describemus ex Garcia. Lycium Indi vocant Græci quoniam Indicum nomen non satis noverrant, pro Cate principid quidem Acanthon nominarunt: Et quia in Lycia & Cappadocia ea arbuscula Buxi folio est, Pyxacanthum appellarunt, teste Dale. arboris Indicæ figuram ignorantes, quæ Tamarisci folia habet, alias spinosissima, ut postea specialius patebit. Nunc Lycij differentias, quæ eo nomine hoc seculo innotuere tradamus, incipientes à Gallico.

*Lycium Offic.*

*Cate.*

*Lycij paranda ratio apud Indos.*

*Pyxacanthi unde.*

LYCIUM GALLICUM.



**L**YCIUM Gallicum spinis rigidissimis horret Oxyacanthæ Matth. similibus, circa quas flores parvi, multi simul, ex brevibus pediculis, quibus succedunt bacca, quæ maturæ sub pellicula continent semina oblonga, polita, striata, exiccata bicocca & trilocca apparent: baccis Spinæ Burgundicæ sic satis similes, amarè valdè. Lugdunum adferuntur nomine *Grani timkovij*.

*Graine à teindre.* Folia ad Prunum sylv. non nihil accedentia, tenuia, minora, in ambitu aliquantulum ferrata, nervosa, decidua. In siccis nullum deprehendimus manifestum saporè. Nascitur in asperis & saxosis circa Avenionem, & Carpantoraeten. In Hist. Lugd. Lycium Dalecham. describitur Spina tres cubitos alta, cortice in cinereum pallecente, radicibus multis lignosis, aculeis foliosis, fructu Piperis magnitudine, nigro, adnexo brevi pediculo, nunc triangulo, nunc quadrangulo, nunc cordis

*Lycium Gallicum. Folia. Fructus. Cortex. Radix. Sapor.*

cordis figura; pro nucleorum numero : è cuius festigio pilus duplex subtilissimus eminet, gustu adstringente & valdè amaro. Baccis ad tingendum sericum aureo colore infectores utuntur, easque vocant Tinctorium granum, *Graine à teindre*, aut Flavum granum, *Graine jaune*, aut Avenionense granum, *Graine d'Avignon*. Ex eo quod de Lycio Diosc. prodidit nimirum *ἔσθ' ἰσχυρὸς τοῖς τοῖς*, flavos reddere pilos, movit Dalechampium ut crederet, quod & multi asserunt, verum Lycium, quamvis hæc planta non sit, cuius succo in Offic. utimur, eosdem effectus tamen præstaturam, quos veteres suo Lycio tribuerunt. Eiusdem Dalech. figura ad plantam siccam facta, in qua contrahuntur folia. Baccæ etiam proculdubio erant sicca, quæ ita angulosæ appiçtæ. Solitum fuerat advehi Lycium ex Lycia, verum quid sit hodiè norunt perpauci, inquit Adver. Est in Provinciæ Narbonæ plerisque locis arbuscula [Lycium siue *Pyracantham* Narbonensium vocant] Oleæ sylv. similis, Arbuti magnitudine, foliis Oleæ, sed brevioribus, rigidioribus, rotundioribus, minoribus, caudicis foliorumque viridi, obscuro, saturiore, colore subfulvo, spinis crassis atq; rigidis, præduris. Baccæ sunt ut Phylireæ maioris, sed rotundiores quàm Oleæ, succo subrubro, Oleaginoso, uti Phylireæ: qui amarus, ingrattissimus, accensus cum strepitu quodam flagrat, extinctus rubet. Hanc, tametsi præ se undique referat Lycium, tamen non auderemus asserere eandem esse. Id tamen audemus dicere, vix maiori posse vsurpari commodo Lycium, quàm istud nostrum: & posse longè propius, aptiusque subdi illi quàm Amurcam: habet namque vires digerendi qua lam cum astrictione. Quod si non sit Lycium, fuerit sanè species Oleæ sylvest. cuius Amurca omnium præstantissima vice Lycij est. Valdè putamus Matthiolum hic iconibus abuti, sed & Anguillæræ etiam & aliis doctioribus vera monentibus conviciari. Considerent itaque peritiam hæc conveniat cum Lycio à nobis descripto & depicto: an verò illa quam eadem Adverf. Paliuro alterius peregrinæ nomine describunt his verbis: Quædam spinis horrida, foliis Oleæ minoribus, baccis nigris, tricoccis, Smilacis, gravidis, succo fulvo, tincturæ apto, prægrandibus, Berberidis modo, granis ternis, sed minoribus, oblongis, gustu subacri, cuius hic picturam damus, non procul Monspelio, qua itur ad scaturiginem Lani amnis, secus ripam & propè viam multa. In qua sanè descriptione multa sunt, quæ cum nostra conveniunt, excepta comparatione illa foliorum cum Olea. Figura sanè quam ponunt Adv. pro Paliuro 2. peregrino satis quadrat cum nostro Lycio, quamvis foliorum ferratura non adsit, granaque angulosa non appareant. Vix enim putamus virentia ita angulosa esse, ut sicca, nisi fallat memoria. In icon. Lob. p. 279. errore ut existimamus Typographi præ icone prædicta alia posita, nempe *Pyracanthæ*, quæ etiam posita p. 182. sub titulo Rhamni 3. Dioscor. Nec scimus cur ibi etiam ita vocetur, quum in Adverf. *Pyracantha* dicatur, nisi & is sit error Typographicus.

## LYCIUM ITALICUM.

Descriptio  
Baccæ

ANTE plures annos accepimus à D. Cortuso baccas similes baccis Lycij Gallici, cum inscriptione Lycij ex monte Baldo: colore tamen



differunt, sunt enim purpurascetes & ferè nigra: semina in baccis ad Berberi m accedunt, breviora tamen lucida, polita, colore subfulco, aut ex spadiceo in nigrum vergente, penè triangula, inter ea quædam sulcata: saporem amarum nonprehendimus, sed aliàs ingratum: Quædam etiam baccæ apparent angulosæ: an verò virentes tales, sint nescimus: Postrema Matth. figura id non demonstrat. Fortè succo & carne humidior exsiccata, à granorum intus positorum situ & figura tales apparent, ut hinc dicat Anguil. ad Tithymali fructus accedere. Nihil tamen asserimus. Qui viderint plantam virentem, explicent. C. Bauh. apud Matth. putat esse Lycium 1. Cæsalp. & Brassavolæ, cuius icon ex Matthioli. proposita falsa est, nec meretur nomen Lycij primi, tantum abest ut Brassavolæ sit dicendum: ac multò etiam minùs Cæsalpini, cuius Lycium suspicamur esse *Pyracantham* Lob. de quodiximus a libi. Idem C. Bauh. & Lycium 2. apponit sub alia figura quod & Italicum vocat.

Semina.

Lycium si-  
ve Pyra-  
cantha  
Narbon.

Lycium  
Bauh.

Temper.  
Olea sylv.  
species.

Matth. re-  
f. p. 182.

Paliuro 2.  
peregr.

Locus.

Cæterum ut Galli suum, sic Itali suum quoque Lycium celebrant, atque aded melius censent. Sic enim tradit Matth. Lycium medicamentum Officinarum adulteris non vacat: hoc ævo ex Lycia ad nos non importatur: veruntamen & in Italia Lycij arbor nascitur: quandoquidem (ut Brassavolus testatur) in Liguria Alpibus frequens illa visitur. Eadem & in Dalmatia provenit, unde nuper eius ramuli baccis onusti mihi allati fuerunt: quippe (ut mihi retulerunt) via, qua ex Zara itur Nonam, ubique virefcit. In com. cum magnis fig. Lat. & Ital. ait Lycij plantam, cuius iconem dat, sibi missam à Baptista Balisto Dalmato Myropola: Sed revera plantam ipsam vivam à se nusquam visam. Cæterum quamvis censeat vitiligator quidam, eam fictitiam potius, quàm veram esse Lycij plantam, se tamen, cum Lycij historiam omnib. ferè notis illam representare videat, eam ex commet. suis eruendam consultum non duxisse, quousque alius compareat, qui ex Lycia, vel Cappadocia veriorè Lycij plantam ad nos afferat. Haberi quoque aliam quandam plantam, quæ non parum Lycium æmuletur. Hanc primum Verona ad se missam à Fran. Calzolari, cuius & imaginem exhibet, ut de ea quoque aliorum sit iudicium. Lycium Arab. *Hadbah, Hadad, Kilulem* sive *Felzakarag* vocari. At pace Matthioli dixerimus, icon, quam fictitiam apponit [ut is non negat, merebatur quæ ex commentariis suis erueretur cum aliis quamplurimis fictivis: res docendæ, & vivis imaginibus representandæ, quantum in nobis est, non figmenta, non excogitatæ larvæ, ut ipse non parum sæpè factitat. Lycium Italicum verum sit an non, nihil refert, modò talis exhibeatur, qualis est, & pro Italica. Qui Itali

C. Bauh.  
Lycium.

Lycium

Lycij arbor.  
Locus.

Alia Lycij  
similis.

Arab.  
Matth. fin-  
is multas  
scones.

cam & cit, non Lyciam vel Cappadocicam dicit. Cautius sanè Camer. immò & fidelius in sua epitome Matthioli illam omisit, Lyciique Italici titulo alteram genuinam apposuit cum hoc lem-mate: Planta est aculeata, Pruni sylv. faciem referens, minoribus tamen foliis: flores mittit candidos, è quibus bæca gignuntur, Ligulstri ferè similes, sapore acerbo atque astringenti, è quibus succus exprimitur.

Flaves.

Verum Ly-cium hodie ignotum.

Matth. ca. fig.

Sed Anguillaram Matthiolum castigantem audiamus. Verum, inquit, Lycium hodie non cognoscitur: planta quæ pro eo demonstratur non convenit. Effigies quæ mista Matthiolo Lycij provenientis in Nona non est vera: folia ei non sunt Buxi, quamvis parva, sunt enim tenuia, & potiùs similia Pruno sylv. Fructus non similes Piperi sed potiùs Tithymalo, non multi simul, sed rari, non amari: cortex non pallidus sed potiùs niger: spinosus quidem est. Eam plantam non convenire cum figura Matth. clarum erit iis qui iter suscipient versus Zaram & in Italiam per sylvam dictam Legnano propè Marano & Rivoli Veronensium & alia loca. Nullam etiam spinam invenio quæ conveniat cum Lycio secundo eiusdem. Hæc ille. Et sanè dubium non est, fictitiam esse, ut dicebamus. Miramur tamen Matthiolum fateri à se nusquam visam plantam, & missam imaginem à Baptista. Cur igitur ei cum honore denegavit reperta raræ plantæ? cur scripsit sibi alatos rannulos portet esse memorem. Aut cur illos non conferebat cù sua icone? Aut cur hinc saltem morem sibi consuetum neglexit, accommodandi iconem ad descriptionem Diosc. Denique cur loco citato ex sola icone visa invehitur in sui similes, dicens: maximam tum seplasiariorum tum etiam Medicorum incuriam ac negligentiam esse in iis exquirendis, quæ ad artem medicam spectant? Est sanè. Ast longè maior ac perniciosior est temeritas eorum, qui, quo dolo, quæve arte id possint, satagunt fingere nova, applicare veteribus, ut ista soli invenisse, hæc non nescisse videantur, qui mos Matthiolo propemodum solemnis fuit, quod equidem dolemus. Sed veritas non tacenda, ut tandem studiosi, quos stipites ille putavit, & fore fortè prævidit, falli desinant, habeantque eius imitatores quem spectent, ac in hoc etiam si velint, admirentur: maximè quando advertent, eundem suum magistrum, tam vafre scivisse lectoribus suis facum facere in post. Com. Lat. & Ital. cum magnis figur. mutata priore illa sua icone fictitia, cuius folia planè Buxea ad Diosc. verba effinxerat, ut Buxum potiùs, quam Lycium dixisset, si abscondita fuissent spinæ. Et quoniam in Diosc. etiam legitur fructus πυκνός, is ut egregius plantarum plastes, densè aggestas simul plurimas bæccas affinxerat & appinxerat. At nunc aliorum monitu vel proprio pudore cautior, si non melior, factus, aliam excogitandam figuram censuit, non ut antè, ex Diosc. sed ex sui castigatoris Anguillaræ verbis & monitu, folia pingi curavit minus πυκνά, rariora, tenuiora, atque uno verbo, minus Buxea: & fructus præterea triquetros: addens insuper ceu opus quoddam supererogationis, ac superpondij loco figuram secundam. Bellam sanè verò Palinodiam. Hic optafemus aliquis eius glossator aut patronus, si potuisset, defendisset, aut quod debuisset, hunc facum ei exprobrasset, ne studiosi rei herbariæ bis vel toties deciperentur. Nos ex eodem Matth. proponimus iconem secundam, ut satis congruam, & ramulum primæ falsissimæ. Itémque

Matth. mos & consuetudo graphicè designatur.

addi curavimus bæccam Lycij montis Baldi.

Sed nec Dod. absque virgula censoria abeat: Is quippe, ut olim, ita in postremis suis fictitiam Matth. iconem proponit, adiectis etiam trunco & radice sibi nunquam visis. Lycium vocat simpliciter & πυκνός, dicitque Ο'ρόπυζον Theoph. id est, Buxum Asininum. At quis Oedipus hoc ei arcanum detexerit, ut tam liberè pronuntiaret, equidem nescimus. Possit tamen fortè esse, sola coniectura est, ex nominis affinitate & spinis. Spinofam enim Ο'ρόπυζον facit Theoph. quamquam huius & alio loco meminimus. Idem Dod. in post. sua hist. Lat. ad Anguillaræ aliorumque sententiam accedit, qui volunt Pyxantham Matth. non esse legitimam.

Figura Dod. re. preh.

O'royuz Theoph.

Tab. modò Buchsdorn simpliciter, sicut & Lycium, ut in icon. dicit: modò Lycium Italicum, Welschen Buchsdorn. Is duas postremas figuras Matth. habet. Lycium Alpinum exprimit prior Matth. icon apud Hist. Lugd. & Lycium Italicum posterior eiusdem. Ita habes duas pro una.

Camer. Buchsdorn vocat: is unica figura contentus addit tamen quosdam velle esse Lycium 2.

Locus

Nascitur quoque eodem teste, copiosum in agro Tridentino, circa arcem de Gresta saxosis locis. Provenit & in aliis quibusdam Italia similibus locis. D. Cortusus nobis semina vel bæccas misit cum foliis quibusdam, nomine Lycij montis Baldi: quæ sate Montbelg. non proveniunt.

Vbi legitimum Lycium non sit ad manus, nihil prohibet, inquit Matth. quin hoc eius vice succedere valeat. Astringit, cohibet, roborat, siccatur, & reprimat. Et succus è bæccis à me extractus hæc omnia bellè præstat.

Vitæ sus.

#### LYCIUM CRETENSE, SIVE BERBERIS CRETICA.



Delcypis

LYCIUM Cretense bæccæ differunt à Lycij Gallici bæccis: non enim sicca monstrant angulos, nec etiam sunt amara. Differunt etiam à bæccis quas à Cortuso ex Italia accepimus: sunt enim tales, quæ passulas Corinthiacas dictas referant pellicula sua corrugata, argumento recentes succo referatasuisse. Madefacta chartam purpureo ac violaceo eleganti tingunt. In iis grana sunt minoræ, nec ita lucida, ut in Lycio Cortusiano. Folia quoque differunt à Lycio Gallico, sunt enim angustiora, oblonga, & circumscriptioe ovata, nec in longiusculum pediculum, ut illa, desinentia. De hoc ad nos scribit Cl. & peritiss. Cydoniæ Cretæ medicus, Honorius Bellus: Mitto semina Lycij λευζία vocati, cuius descriptionem aliàs Cl. Zuingero & Clus. dedi, sub his verbis: frutex est ad quatuor aut quinque cubitos assurgens, totus spinis horridus, spinasque tres simul (ut in Berberi vulgari cernuntur) referens: folia

Tinissia.

Luzia Creticam

Lycium Ramulsi Descript. Hon Baldi

Folia.

habet

**Parva.** habet parva, ad buxi foliorum formam accedentia, leniter serrata, flores copiosos, luteos, instar Paliuri, sed minores, quibus succedunt fructus aliquantulum longi, ut berberis fructus, coloris autem nigri, saporis inter acidum & dulcem medij, in quibus vel unum vel duo granula continentur. Cortex ligni non lævis ut Berberi, sed asper & pallidus est: materies ligni lutea, atq; radix ipsius elegantissimo luteo inficit: oritur in altissimorum montium convallibus: differt autem à Berberi, cuius folia maiora sunt, & fructus racematim nascuntur. Legitimum verò Lycium non est, quia fructus neque rotundus ut piper, neque amarus est. Propterea potius vocanda erit Berberis alpina aut montana, quam Lycium, quemadmodum Sylverius Todeschini censet, qui hunc fruticem frequentissimum in Libano monte etiam invenit.

**Materia.** Ceterum duo alia Lycij genera hic reperiuntur, quorum unum maximè historice convenit, id etiam in Libano monte oritur, cuius cum ad manus neque semina, neque rami sint: idè de ipso in præsentia verba non facio. Alterius verò ramosissimos simul cum eius fructu nondum maturo mitto: vocatur Petra Amygdala, licet cum amygdalis nihil commune habeat: frutex est ad duorum aut trium cubitorum altitudinem assurgens, densus, folia parva firmaque ferens, spinis totus plenus est, & fructum rotundum semè parvum ut piper habet, cum ad maturitatem pervenit, nigricantem: radix lignosa est maxima, eaque firmissima. Hebræi ex huius fructu elegantem luteum colorem parant.

**Locus.** An Rauvolff. lib. 2. c. 12. itin. de plantis Libani, Lycium incolis Zaroa. Item l. 3. 22. Lycium peregrinus frutex inter Ramam & Ioppe, cuius succus interdum reperitur in nostris Officinis: & cuius meminit Propheta David Psal. 58. sub nomine Hadhadh. Et sub finem lib. 4. figuram proponit sub titulo Lycij Dioscorid. & Hadhadh Arabum, quam figuram & nos proponimus, non auderemus tamen pro certo asserere Rauvolff. Lycium esse Creticum. Non enim describit suum Rauvolff. nec Cretici partes omnes vidimus: appropinquamus tantum Cretici folium & granum.

LYCIUM QVORVNDAM, FOLIO Myrti Tarentinae aut Buxi.

**Descriptio.** Frutex est spinosus, multas ab radice virgas proferens, cubitales, sæpenumero ampliores, rectas, pulchras, tenues, rubentes, multis ramulis præditas, qui in acutam spinatam plerumque desinunt, tamen alios hinc inde spatios aculeos habeant, breves interdum & infirmos: nonnunquam verò oblongos, firmos, & multis foliis obritos, ut in Rhamno primo. Folia nullo ordine digesta, Spini, sed multò breviora, Myrti Tarentinae aut Buxi quodammodo æmula, gustu lenta & cum aliqua aciditate mordicantia. Eius nec florem nec fructum videre cõtingit: nam Novemb. & primo dütaxat Vere, aliqua ex parte foliis viduatum hunc fruticem invenit: inquit Clus. qui dubitat quoniam hic frutex referendus sit, atq; tradit esse tamen nonnullòs qui ad Lyciũ referri debere putent, Castellanis *Tamios* sive *Tamuevos* vocari. Hist. Lugd. tradit pinxisse Lob. Lycium Hispanicum quod Clus. descripsit. At nos figuram Lycij Hisp. Lob. non referimus ad hanc plantam, sed ad Rhamnum; Clus.

**Locus.** Apud Complutum, aliisque Castellæ veteris locis, & Bætica parte, quam vulgò Extremado

rum vocant: circa fluentia & declivibus locis, que hyeme abundant nascentem observavit Clusius.

Idem ait Castellanis scoparium usum præbere: componi etiam in fasciculos pistorum fornacibus vsus: calcificandis idoneos.

LYCIUM GARCIE, SIVE CATE.

**Descriptio.** Arbor ex qua succus Cate extrahitur, autore Garcia, magnitudine est Fraxini, folio minuto Ericæ vel Tamatici simillimo, perpetuo virente: Florere aiunt, sed fructum ferre negant: multis spinis hortet: materies ligni robusta, dura, densa, ponderosa, nec ut aiunt putredini obnoxia, sive solibus exponatur, sive aquis immergatur. Porro succi extrahendi hæc est ratio. Ramos huius arboris minutim concisos elixant, deinde contundunt, postmodum cum farina Nachani (semētis est nigra & minuta sapore, secalibus conficiendis panib. apta,) & eiusdem nigri ligni, quod istic nascitur, scobe, interdum etiam sine eo) pastilli & tabellæ formantur, quas in umbra siccant, ne Solis ardore earum facultas evaporet.

Cate in omnibus ferè locis Indiæ, in Malacca Cato. Quod verò hoc nomen Cate aut paululum immutatum apud Arabes, Persas, & reliquasque Asiæ nationes obtinuerit: in causa esse puto, quod maxima pars illius in Malacæ regno absumitur, ubi idem nomen obtinet. Incolæ eius arborẽ *Hachis* & *Lignum Sempervivum* nuncupant. Existimat autè idem Garcias hoc Cate nihil aliud esse quàm Græcorum & Latinorũ Lycium. Propter vires. n. & extrahendi modum, indicum Lycium præfertur à Diosc. Plin. & Gal. quorum verba antea protulimus. Vocatũ a. est Lycium à Græcis, ut dicebamus, quoniam in Lycia primum inter Græcos eius usus repertus sit, optimũque istic nasci eo tempore censerent. Præfertur etiam Indicum ab Avic. & Serap. qui id *Hadhadh* appellant, ut dictum. Sed meritò Garcia opinioni se opponit Clus. quod Diosc. Lyciũ folia Buxi habeat, & pusilla sit arbor. Itaq; longè alia censenda est, quàm ea quæ à Garcia describitur. Tametsi non satis sibi constare videatur Diosc. in Lycij descriptione. si modò postrema capitis de Lycio pars, Dioscoridis sit.

Ceterum de quo his agitur Lycium plurimum nascitur in Cambaya, teste Garcia, præsertim Baçim Manora & Daman, urbibus Lusitania Regi parentibus. Provenit etiam in continenti Gõæ, aliisque plurimis locis, sed non tam abundanter ut supra enumeratis, e quibus mercimonij gratia exportatur magna quãtitate in Chinarum regionem. In Arabiam verò, Persiam, & Corasone, medicamenti causa, & pauca quantitate. Magna autè copia in Chinarum regionem & Malacam deportatur, quoniam in masticatoris plurimus eius cum Betre est usus. Indi quippè ad gingivarum mollicationem & relaxationem medicamento ex Betre, Areca & Cate composito plurimum utuntur. Neque tantum optimũ est medicamentum ad confirmandas gingivas & desiccandum & constringendum: verum etiam ad alvi profluvia curanda, oculorũque dolores tollendos, in quibus plerumque optimo cum succu illi usum se esse testatur idem. Ex ligno eius, propter duriãem & pondus, pistilla parantur degumanda Oriza idonea in mortariis ligneis, sex palmos in ambitu continentibus.

Recentiores quidam è Periclymeni succo succedaneum eius parant. Sed si Lusitani pharmacopola ac insitores in conquirendis legitimis medicamentis diligentiores essent & huius & alia-

rum desideratarum copia classe regia in Lusitania, & inde in alias nationes deferri posset.

LYCIUM INDICUM ALPINO  
PV TATVM.



*Lycium Indicum.*  
Locus.

*Vz.*  
Descriptio

*Spina.*

*Folia.*

*Flores.*

*Fructus.*  
*Sapor.*

*Lycium Aegypt. a dulcerimū quale.*

*Non esse Lycium Sorum.*

*Vires & v. sus.*

**H**ACTENVS post tot nationum, tot auro- rum, etiamque nostram fatigentiam, nondum constat, quodnam verum & legitimum veterum sit Lycium, singulis suum, quod ad illorum Lycij vires quodammodo accederet, pro eo obtrudentibus, tandem prodit Alpinus, qui, ut ille quondam Philosophus, cum suo *εβου, εβου, à* legitimum Lycium inventum ratus, in hac prorumpit verba: Verum Lycium Indum tibi prodam: quem fruticem longè ab Alexandria civitate supra ripas rami Nili Calig vocati, decem millia passuum inveni: quem incolæ *Vz g* appellant. Est is frutex multis ramis rectissimis, ab radicibus multis, duris, lignosis, obliquè descendentibus, longitudine trium cubitorum & plùs observatis, sursum affurgens ramis: spinæ acutissimæ & longæ multæque insunt, quarum quædam foliolis vestitæ spectantur. Folia verò huiusce fruticis sunt Olivæ similia, iis tamen candidiora & augustiora vel minus lata. Flores Agihalid planè similes habet, quippe parvos albos, Hyacinthi orientalis forma & magnitudine æmulus, à quibus fructus nigri parvi producuntur, Ebuli fructibus prorsus similes, læves, gustu amari & astringentes.

Quamquam verò in Ægypto multa Lycij copia circumferatur, tamen nescire se fatetur, an ex hoc illud frutice conficiant, quando neque hanc plantam copiosè ibi provenire noverit, neque sciat illam esse notam. Siquidem Lycium ab illis usitatum falsum ac adulteratum esse arbitratur. Huc autem succum, qui ex Arabia locis asportatur, durum esse, exterius nigrum, & Acaciæ succo valdè similem. Fractum intus colorem Aloës præ se ferre, odore obscuro, non ingrato, sapore subdulci, astringente, nullius amaritudinis particeps: viscosum esse, digitisque contrectatum adherere, unde colligit, haud esse verum Lycium, præsertim cum neque amaritudinem habeat, neque igne succentum rubescentem edat spumam, ut de vero Lycio traditur. Quapropter quod ante Categoriè affirmarat, nunc dubitat, an sit Lycium Indicum Dioscoridis, quod tamen & in titulo fecerat. Sed nec experiri se potuisse tradit succum, qui pro Lycio circumfertur. Ægyptios inter calidum & frigidum medium constituere, sed supra primum gradum sicum, stipticum: proinde, inquit, in omnibus ulceribus

loto utuntur, præsertimque ad oris, aurium, narium, ani, intestinorumque ulcera. Vfus maximus est in Collyriis ad Ophthalmias arceudas: mulieres enim paratum linimentum ex Lycio & antimonio habent, quo quotidie oculos liniunt, ut oculos defendant ab humorum fluxionibus. Eo etiam illi ad ventris fluxum utuntur, non minùsque ad Dysenteriam. Ad sputum sanguinis eo maxima spe utuntur, & ad uteri profluvium cohibendum, eo pessimo modo intromisso, ad ulcera pudendorum præsertim ad caries, ad gingivas corrosas & ulceratas, nec non ad dentium commotionem. In Lienteris, dysenteris atque fluxu hepatico & Clysteribus iniiciunt & in liquore aliquo convenienti solutum hauriunt. Nec dubium illius illiciti quamcumque partem ab influxu humorum efficaciter defendi, unde & podagricos dolores retardare comperitum est.

AGIAHALID ÆGYPTIVM FOLIO  
BVXI: AN LYCIUM?



**E**T huius historia Alpino accepta ferenda. Arbor est, que in medio cuiusdam Eunuchi Turæ viridario, quod parum ab æde Veneti Consulis distat ex Æthiopia asportata, magnitudine Pyri sylv. ramis raris non multis, in rectum æqualiter elatis, ordinatim acutissimis multis spinis obsita, folia ferens Buxi proxima, latiora tamen, pauca, ra-

ra, ungula, bina æqualibus intersitiis adnata. Flores habet paucos albos, Hyacinthi Orientalis floribus similes, sed minores, à quibus prodeunt fructus nigri Ebuli similes, gustu subamari & astringentes. Folia gustum acido sapore feriunt, cum aliqua astringente. Huius arboris foliorum usum ad pueros vermibus vexatos, in Æthiopia audit esse familiarissimum. Dubitat verò an hæc possit esse Lycium Diosc. Sed hæc ob stare videntur, quod Lycium Diosc. frutex potius sit quam arbor: præterea foliis densis describitur, non raris: nisi *το πρῶτον* ad unius folij densitatem referre voles, quod possis. Nihilominus tamen adhuc dubitabitur. Nec intelligat quis facile illa Alpini verba, quando folia dicit singula, bina æqualibus intersitiis adnata: nisi forte error sit typographi, & legendum: bina singulis æqualibus intersitiis adnata, ut figura ostendit. Ita dubius abit nobiscum lector, nesciens adhuc, quodnam sit verum & legitimum Lycium veterum. Nos viam patefacimus inquirendi, conferendi, decernendi.

Certiora aliquando docebit posteritas.

HISTOR.





# HISTORIAE UNIVERSALIS PLANTARVM. LIBER SEPTIMVS.



## DE GLANDIFERIS ET HIS QVODAMMODO ACCIDENTIBVS,

PROXIMUM à bacciferis locum dabimus glandiferis, quæ & ipsa quondam in honore suere, cum adhuc necessitati parere non voluptati docerent mortalium victum, nutrices inopis ac fera sortis. Nunc quando Cereris dona, largaque frugum messis omnem fere opplevit terram, & tam pomifera, quam baccifera arbores necessario alimento delicias immiscere docuerunt, aut mitioribus etiam succis per se voluptatem cibis afferre ceperunt, quosdam illorum homines esse desiere, ut in suum cederent saginam, quanquam & alios haud dissimiles ultrò & succedanea adoptione nulla necessitate asiverint, ne esset in ullo genere quidquam, cuius non aliquam partem & sibi manciparet venter. Glandes quoque inter poma numerari non possunt, teste Plin. Quare in sua natura dicantur.

## DE QVERCV ET ROBORE IN GENERE.

### CAPVT I.

**F**RVSTRA de aliqua re traditur cuius cuius nomini variantes autores ambiguitatis labem impresserunt. Δρυς in genere quidem Quercus putatur: at Prisci Graeci quodvis genus arboris Δρυός appellatione intellexerunt: ut & Latini Glandis nomine omnem fructum complexi sunt. Sed omissis cæteris significationibus, Δρυός acceptio in angustius, hodiè contracta, arborem omnem glandiferam tantum significat, & potissimum Quercum. Glandem quoque, inquit Plin. quæ propriè intelligitur, ferunt Robur, Quercus, Esculus, Cerrus, Ilex, Suber. Sed glandiferas arbores una voce comprehendi posse negat Latino sermone, quemadmodum Græco potest τῆς Δρυός, & antiqua voce Saronos, à quo Saronicus sinus, olim Querno robore redimitus, unde nomen, ita Græcia antiqua appellante Quercum. Σαρωνιδες quoque Callimachus in hymno ad Iovem Quercum vocat: ubi aperte ab interprete Δρυός exponitur, ὅσα τὸ σαρωνιδες καὶ σαρωνιδες τῶν φλοιῶν ἔχει. Σαρωνιδες enim teste Etymologico, arbores cavas aliàs significat. At Gaza apud Theoph. quo cum in huius historia non parum nobis erit negotij, novas nobis inicit turbas. Is passim in huius versione Δρυός sive τῆς Δρυός vocem Robur convertit, quâ utique appellatione omnia Quercum genera comprehendi posse putabat, non sine errore, ut putat Dalech. cui Robur una tantum species vi-

detur ex multis, quæ Δρυός generi subiecta sunt: Non itaque dubium esse videtur Δρυός nomine universè quidem omnes arbores propriè glandiferas, tam à Theoph. quàm à Diosc. comprehendi: Sed quæ vox Latina ei sit substituenda, ambigitur, Quercus ne an Robur? Esto Robur inter Δρυός differentias recenseri, ut ait Dalech. Id autem fit à Plinio. At idem & Quercum cum Robore inter eiusdem species numerat: ut utraque pariter & generis & speciei locum tenere videatur: Roburque loco generis usurpet. Quercum vulgus imitati plerique, sed quo autore? Nos itaque quia multa de Quercu dicturi sumus ex Theoph. ubique Δρυός vocem retinebimus, ne fortè fraudi simus auctori. In cæteris verò, modò Quercum, modò Robur, prout videbitur vel nobis, vel aliis, loco generis ponemus, sed vulgus & ipsi imitati, (ne quid novi sapere velle videamur) Quercum magna ex parte loco generis vocis usurpabimus. Ergo Δρυός genera summa, ex quorundam sententia duo facit Theoph. ἡλιανὸν & ἀγροῦν. Urbanum & agreste: non ex fructus quidem dulcedine ita distinguens (nam dulcissimus phagi quam agrestem faciunt) sed quoniam in cultus magis urbana proveniat, lignumque lavius habeat. Phagus autem scabris montanisque locis nascatur. Genera ergo alij quaterna, alij quina faciunt: nam discrepant quadam nominibus suis [δ. ε. α. λ. γ. ἀ. τ. ἡ. γ. α. τ. δ. ἔ. ν. τ. α. τ. ὅ. τ. ἰ. σ. α. τ. α. τ.]: ut illud genus quod glandes fert dulces alij ἡμεριδα Hemerida, alij τὸ μὲν ἰσ. [for-

Δρυός  
ambigua  
in Glia.  
  
Δρυός  
pro-  
pre Quercus  
ex  
Gland pro-  
prie.  
  
Saronos.  
Saronides.  
  
Urbanum  
Agreste.  
  
Differētia  
F 2

*Etymodry.* tē legendum ἐτυμώδῃ ut infra, Etymodryn.] vocant. Quod idem & in ceteris faciunt. At Idæi in has species dividunt: Hemerida, Aegilopa, Platyphyllon, Phagum, Haliphloeon, quam alij Euthyphloeon vocant. Græcè: ἡμερίς, ἀγίλωπα, πλατύφυλλον, φάγος, ἀλιφλόων, ἢ εὐθύφλοων. Omnia quidem fructifera sunt: sed dulcissima glans Phagi, uti dictam: proxima Hemeridis: deinde Platyphylli: quartò Haliphloei. Aegilopis glans omnium amarissima. Distant etiam magnitudine, figura & colore glandium. Quin & folio, caudice, materie, totaque aded specie. Hemeris namque non erecta est, nec lævis, nec excelsa, quippe que corpore in orbem comoso, contorto, ac nodoso, sinuolòque assurgat: cuius materies robusta quidem, sed infirmior quàm Phagi. Hæc enim robustissima, & minimè putredini obnoxia. Sed nec ipsa erecta quanquam minùs torta Hemeride [ἀλλ' ἡμῶν ἐστὶ τῆς ἡμερίδος ὅ: Aldin. & Bal. Cod. Gaza legisse videtur ἀλλ' ἡμῶν ἀπερομένη ἐστὶ τῆς ἡμερίδος ὅ, quem & nos secuti sumus.] Caudice verò crassissimo constat, ut tota quoque ipsa cūrta maneat. Nam eius etiam planta in orbem comosa minimèque erecta assurgit. At Aegilops rectissima, celsissima & lævisima, materie per longitudinem robustissima, nunquam in cultis, aut certè perrarò nascens. Ab hac proxima Platyphylo proceritas, sed materie ad ædificia, dempta Haliphloei. Ad cremandum etiam & carbonem faciendum inutili sicut & Haliphloei: ac post illam teredinibus carieque maximè obnoxia. Haliphloeus verò crassissimo est & cortice & caudice, sed fungoso & cauo magna ex parte, ubi magnus evasert. [Totus hic locus corruptus est in vulg. exemplarib. Sic legitur ex Plinio & re ipsa: ἡ γὰρ ἀλιφλόων παχὺ τῆσιν ἰδῶν ἔχει τὸν φλοιὸν ἔξω παχὺ τὸ σῆμα ὅ, &c.] Quapropter ædificiis hæc minùs apta habetur. Brevi quoque putrescit, quæ arboris eius natura est, vel à natura hoc ei accidit. [ἔξω γὰρ παχὺ ἐστὶ τὸ δένδρον. Quidam legunt, ἔξω πεφωκὸς ἐστὶ τὸ δένδρον: Etenim arrectis folijs arbor horrida est.] Idèò cava sit. Dicunt quidam hanc corde solam carere, & fulmine solam tangi, quamvis altitudine non excellat. Idèò Aeolum quidam, huius lignis minimè utuntur ad sacrificia. Ergo secundum ligna & totas formas hæc in eis differentie sunt. Gallis verò omnia genera ferunt. Sed folius Hemeridis [Quercus, Gaza.] utilis ad Coria. Aegilopis verò & Platyphylli aspectu quidem similes sunt Hemeridis Gallis, sed læviores, & inutiles. Fert verò & aliam nigram, qua lævè inficiuntur. Quod autem Sphagnon [σφάγνον legunt doctissimi, pro φάσνον: Gaza penem reddit. Plin. panos arentes, muscofo villo canos] quidam vocant, branchiis [βραγχίαις; βραγχίαις alij, βραχίαις alij ex Plin. id est, musco] simile: sola Aegilops profert, canum muscosumque cubitali longitudine pendens ceu longum aliquod linteum. Nascitur id è cortice, non ex furculi capite, unde glans, nec è gemma, sed è lateribus supernorum nodorum. At Haliphloeus id nigricans & brevis gignit. Sic itaque Idæi ὄντος genera distinxere.

*Macedonū* At Macedones has differentias faciunt: Etymodryn [Veriquercum Gaza, nimis licentiosè] quæ dulces fert glandes: Platyphyllon, quæ amaras: Phagum quæ rotundas [ἐξ ὄσπιδος]. Asprin [Gaza Cerrum interpretatur: At Plin. hoc de Haliphloeo] quam alij sterilem dicunt, alij verò fructum ferre aded inuavem, ut eo nullum animal vescatur, exceptis subus; ac ne has quidem, nisi alterius pabuli inopia, ac harum elu plerasque capitis dolore vexari. Materia quoque Platyphyl-

li [hæc enim vox subaudienda videtur ex præcedentibus: nec repugnant Scal. Const. & Dalech.] improba, & dolabrata quidem prorsus inutilis; rumpitur enim & labat. Non dolata verò melior, ob id rudi tantum utuntur. Improba etiam ad cremandum & ad carbonem faciendum: quippe cuius carbo omnino inutilis, exilit enim & scintillat: aratorum tantum officinis compendio. Nam cum cessante flatu protinus extinguatur, parum absimitur. Has igitur ὄντος differentias constituunt tum Idæi, tum Macedones apud Theoph.

Plinius etiam specialius differentias ex hoc loco declarat, & explicatis etiam rem absolvit. Genera inquit, Glandium multa. Distant fructu, situ, sexu, sapore. Namque alia Fageæ glandi figura, alia Quernæ, & alia Ilgna: atque inter se quoque generum singulorum differentia. Præterea sunt aliquæ sylvestres, alia placidiores, quæ culta obtinent. Iam etiam in montosis planisque distant: sicut & sexu mares & femina; Item sapore. Dulcissima omnium Fagi. Genera distinguere non datur nominibus, quæ sunt alia alibi. Quippe cum Robur Quercumque vulgò nasci videamus, Esculum non ubique. Quartam verò generis eiusdem, quæ Cerrus vocatur, ne Italia quidem maiore ex parte notam esse. Distinguemus ergo proprietate naturæque, & ubi res coget, etiam Græcis nominibus.

Glandem quæ propriè intelligitur, ferunt Robur, Quercus, Esculus, Cerrus, Ilex, Suber. [omittit hic Haliphloeon, quam postea memorat.] Continentur hispido Calyce, per genera plus minùs cutem complectente. Folia præter Illicem grævia, carnosa, procerà, sinuosa lateribus, nec dum cadunt flavescunt, ut Fagi, pro differentia generum breviora vel longiora. Glans optima in Quercu atque grandissima, mox Esculo: nam Roboris parva: Cero tristis, horrida, echinato calice, ceu castanæ. [Theoph. dulcissimam in Phago atque grandissimam, mox Hemeridi: Platyphylo parvam, Cero amarissimam dixerat.] Sed in Querna alia dulcior molliorque femina: maris spissior. Maximè autem probantur Latifolia [Phagi Theoph.] ex argumento dictæ. Distant autem inter se magnitudine, & cutis tenuitate. Item quoddam aliis subest tunica rubigine scabra, aliis protinus candidum corpus. Probatur & ea, cuius in balano utrinque ex longitudine extrema [longitudinis extremo. Th.] lapidescit duritia. [Id accedere glandi maris Phagi & Haliphloei, tradit Theoph. nunc in cute, nunc in carne: sed glandem non commendare.] Melior, cui in cortice, quàm cui in corpore, utrumque non nisi mari. Præterea aliis ovata, aliis rotunda, aliis acutior figura. Sicut & color nigrior, candidiorve, qui præfertur. Amantudo in extremitatibus, media dulces. Quin & pediculi brevitatis proceritasque differentiam habet. In ipsis verò arboribus, quæ maximam fert, Hemeris vocatur, brevior, & in orbem comosa, alisque ramorum crebris cavata. Fortius lignum Quercus habet & incorruptius: ramosa & ipsa, procerior tamen & crassior caudice. Excelissima autem Aegilops, incultis amica. Ab hac proxima Latifolia proceritas, sed minùs utilis ædificiis: atque carbone dotata [ædificiis atque carboni: dolata &c. ex Theoph. quamvis hic de Cero & Aspri Macedonum id tradat.] vitis obnoxia est. Quamobrem solida utuntur carboni, aratorum tantum officinis compendio: quoniam desinente flatu, protinus ethoriens. sapius recoquitur: ceterò plurimis scintillis. Idem è novellis

*Hemeris.*  
*Phagum.*  
*Theoph. emend.*  
*Aegilops.*  
*Platyphyllon.*  
*Haliphloeus.*  
*Theoph. correct.*  
*A Gallis differentia.*  
*Galla nigra.*  
*Theoph. emend.*  
*Macedonū divisio.*  
*Etymodry.*  
*Platyphyllon.*  
*Phagum.*  
*Aspris.*  
*Platyphyllon.*

*Differentia glandium. Plin.*  
*Fagus.*  
*Robur. Quercus. Esculus. Cerrus. Quæ præter Illicem grævia. Folia in genere qualia. Glandium differentia.*  
*Figura & Versa. Colore & Viriditate. Differentia a pediculis. Hemeris. Differentia ligni.*  
*Carbo.*

novellis melior. Acervi confertis taleis recentibus luto caminantur, accensaque strue contis pungitur durefcens Calyx, [Corium seu tegumentum lutosa crusta, Dalec. Hoc fieri Theoph. vult, ut excitata flamma omnia corripiat.] atque ita sudorem emittit. Pessima & Carboni & materia Haliphleos dicta, cui crassissimus cortex atque caudex, & plerumque cavus fungosusque. Nec alia putrescit ex hoc genere, etiam cum vivit. Quin &, quamvis altitudine non excellat: fulmine sapissimè icitur, hinc Virgil. Eclog. i. cecinit:

De caelo tactas memini predicere Quercus.

Ideòq; ligno eius nec ad sacrificia uti fas Eidè raro glans, & cum tulit, amara, quam præter sues [de Cerri glande hoc Theoph.] nullum attingat animal, ac ne ea quidem, si aliud pabulum habeant. Hoc quoque inter reliqua neglectæ religionis est, quoddam emortuo carbone sacrificatur. Glans Fagea suam hilarem facit, carnem coctibilem ac levem & utilem stomacho. Ligna suam angustam, [compacta & minimè laxa carne] nitidam, strigosam, ponderosam: Querna diffusam & gravissimam, & ipsa glandium aequè dulcissima [ & ipsarum glandium quæ est dulcissima Dale. nempe Fagi Græcorum. ] Proximam huic Ceream tradit Nigidius, [contra iudicium hoc Theophrasti.] nec ex alia sordidior carnem, sed duram. Ligna tentari sues, nisi paulatim detur. Hanc novissimam cadere. Fungosam carnem fieri Esculo. Robore, Subere. Quæ glandem ferunt, omnes & Gallam, alternisque annis glandem. Hæc Plinius ferè de Quercuum vel potius Glandiferarum arborum differentiis, qui ἀλλήλοισιν Suber dixisse videtur, ubi Suber glandem ferre dixit.

Idem quoque & ante eum M. Varro, in Thurino agro, ubi Sybaris fuit, Quercum memorat, quæ ex ipsa urbe perspiciebatur, nunquam folia dimittens, nec ante mediam ætatem germinans.

Idque mirum esse, addit Plin. Græcis autoribus proditum, apud nos postea sileri. Nos id apud nullum Græcum autorem præterquam apud Theoph. hæcenus legimus. Sed & hodie observata sunt quas postea dicemus. Meretur & illud relationem, quod de Quercubus miræ magnitudinis idem refert Plin. his verbis. Aliud è sylvis miraculum: totam reliquam [ præter eam quæ proximè Oceano adiacet, Germaniam replent, adduntq; frigori umbras altissimæ tamen haud procul Cauchis, circa duos præcipuè lacus. Littora ipsa obtinent Quercus, maxima aviditate nascendi: suffloaque fluctibus, aut pro pulsa flantibus, vastas complexu radicum insulas secum auferunt: atque ita librata stantes navigant ingentium ramorum armamentis, sapè territis classibus nostris, cum velut industria fluctibus agentur in proras stantium noctu, inopesque remedia illæ, prælium navale adversus arbores iniret.

Quædam etiam Quercuum genera negavit Theophr. fructum ferre: nos sanè, addit Scal. aliquot pumila Roborilla sterilia novimus, si glans exigatur. At Gallam ex iis legimus grandem oppido.

Sed iam reliqua quæ naturam *δρυός* in genere declarant ex citatis autoribus colligamus. Theophrast. ergo, quæ folio constant deciduo, communi nomine *δρύν* [quod sive Quercum sive Robur vertas, per nos licet] vocat, cuius modò genera diximus. Reliquarum autem glandiferarum, quæ perpetuò vivunt, numerantur ab eodem Theoph. species quinque: scilicet Ilex, Smilax, Phellodrys apud Arcades vocata: Suber,

Tom. I.

Aquifolia, de quibus infra, suis locis tradetur.

Porro *δρὺς* robustissima est, ac difficulter moritur: materies quoque eius spissa, dura, ideòque flexum nullum recipit, tam navibus quam domibus commoda, nec non & in terra obruta durat, Cortex *δρυός* Crassus, Scaber & rimosus, ex humore carne & nervis constans in senectæ quoque rugosior: Medulla quoque eius [ *μήτρα* ] spissa, quam Melandriion vocant [ atrum reddit Gaza ] Quidam *δρύν* florere existimant: alij minime, sed *βρύον δρύνιον*, Iulum Quercinum. [ muscum Roboris. Gaza. Melius fortè dixeris Bryon Quercinum reservato nomine Græco, cum id genus floris proprium sit *τῆς δρυός* autore ipso Theophrast. l. i. histor. cap. 3. ] Proprium *δρυός* Gallæ: ac omnium copiosissimè præter fructum, & alia gignit: ut gallam parvulam, & aliam resinofam, & nigram: ferunt & quid Moris specie simile [ *συγκαινώδης* ], sed durum & fractu contumax. Hoc verò rarum est. Quiddam etiam initio colis aut pudendi virilis effigie, cum perficitur durum parte protuberante & perforatum. Fert & aliquid Tauri caput imitans, quod effractum, nucleum intus ostendit Olivari similem. Nascitur in iis & quod *πίλον*, vocant, hoc est, pillulas lanatas, vel coactos lana flocculos, molles, sed nucleo duriore, quibus in lucernarum luminibus utuntur. Etenim probè flagrant, sicut galla nigra. Item & alia quedam pilulæ cum capillo, sed inutiles, verno tamen tempore melleo succo inficientes tam tactum quam gustum. Alia præterea interius ad alarum pronos recessus enascuntur Pilulæ sine pediculo, intus cava, versicolores, eminentibus umbilicis candicantibus, aliquando maculosis, interdum nigris, quibus media cocci colore splendent: quibusque apertis nigra & putris inanitas conspicitur. Gignunt & Quercus, quanquam raro, lapidosum quid, sed magna ex parte pumicem referens. Et his adhuc rariùs è foliis convolutas compactasq; Pilulas oblongas. Præterea in foliorum tergo Pilulas albicantes, pellucidas, aquosas dum molles sunt, in quibus & muscæ [ *μύσκα* ] nascuntur: quæ adultiores factæ in parvam ac levem veluti gallam indurescunt. Sed & fungi è radicibus & iuxta radices erumpunt, quos tamen communes habent cum cæteris arboribus quemadmodum & Viscum, quod in aliis quoque provenit. Ita vides multiferam esse hanc arborem. Quod si etiam, ut prodidit Hesiodus, mella apesque ferat, etiam magis illud confirmabitur. Nascitur verò hic melleus liquor ex aère descendens, [ *ἐκ τοῦ ἀέρος* : possis & dicere de cælo cum Plinio & Gaza. ] & huic maximè incumbit. Quin & ex cremata Quercu nitrum fieri aiunt: Hæc igitur *τῆς δρυός* propria sunt: Dixerat autem iam paulò ante *καχρύς* quoque in Quercu nasci, sicut & in aliis arboribus.

Cæterum eadem ferè & Plin. sed paulò aliter addens quoque alia: Robur præter fructum, plurima & alia gignit. Namque fert & gallæ utrumque genus [ album & nigrum Theophr. ] & quedam veluti Mora, ni distarent arida duritie, plerumque tauri caput imitantia, quibus fructus inest nucleis Olivæ similis. Nascuntur in eo & Pilulæ, Nucibus non absimiles, intus habentes floccos molles, lucernarum luminibus aptos. Nam & sine Oleo flagrant, [ Nam sanè in Oleo, *ὄλ.* ] sicut galla nigra. Fert & aliam inutilem pilulam cum capillo, verno tamen tempore melligeni succi. Gignunt & alæ ramorum &

Materies

Cortex

Melandriion

Fies.

Quanam

ferat.

δρὺς, seu

Quercus

in genere.

Moris si-

mile quid.

Colu-

Nucleus

Tauri ca-

put imitans.

Pilula la-

nata.

Pilula pi-

losa.

Pilula ca-

va.

Pumicosum

quid.

Pilula fo-

lida.

Pilula ca-

rida.

Cubices.

Fungi.

Viscum.

Mel & a-

pes.

Nitrum.

Cachrys

Plinio Ro-

bur.

Mora.

Pilula flo-

ccos habent-

es.

ius pilulas, corpore, non pediculo adherentes, candicantes umbilicis. Cætera nigra varietate dispersa. Media cocci colorem habent. Apertis amara inanitas est. Aliquando & pumices gignit: nec non è foliis convolutas pilulas: & in folio rubente aquosos nucleos candicantes & translucidos, quandiu molles sint in quibus & culices nascuntur: maturefcunt in modum gallæ. Ferunt Robora & Cachryn: ita vocatur pilula in medicina urendi vim habens. Gignitur & in Abiete, Larice, Picea, Tilia, Nuce, Platano, postquam folia cecidere, hyeme durans [Cachrys foliorum conceptu, è medio germinis globo prominens, tanquam parturiente folium natura, qui in folia post explicatur: Convoluta è foliis pilula Iulus, in Iuglande & in Avellana racematim compactus callus, floris vicarius: Cytarus in Coniferis gradatum, squamosumq; nucamentum, rudimentum fructus, Bryo in Quercu, racemosi villi qui loco floris sunt. Hæc diligenter distinguenda. *Κάχρυς* pro Libanotidis femine quidam scribunt. Roboris verò & arborum citatarum Cachryn ineptè cõfundit Plin. cum Rosmarini pilula acri & urente, quæ etiam Cachrys dicitur, ut & medulla seminis Crethmi. Hæc Dalech.] Continet nucleum Pineis similem. Is crescit hyeme, aperitur vere pilula tota. Cadit, cum folia cõperint crescere. [Hic rursus dormitasse videtur Plin. Nam de Iulis Avellanarum hoc Theoph. esse nuci Pineæ similes, crescere hyeme, aperiri verè totos, &c.] Tam multifera sunt, & tot res præter glandem pariunt Robora. Sed & Boletos Suilolque, gula novissima irritamenta, quæ circa radices gignantur: Quercus probatissimos: Robur autem & Cupressus & Pinus noxios. Robora ferunt & Viscum, & mella, ut autor est Hesiodus. Constatque rores melleos è cælo cadentes, non aliis magis insidere frondibus. Cremati quoque Roboris cinerem nitrosum esse certum est. Omnes tamen has eius dotes, Ilex, solo provocat Cocco. Galliarum glandiferæ maximè arbores Agaricum feruat. [Immodè potius in Laricibus nascitur, sub quibus de eo trademus in libro Resiniferarum & Coniferarum.] E glandiferis sola quæ vocatur Aegylops, fert Panos arentes, muscoso villo canos, non in cortice modò, verum & è ramis dependentes, [è cortice nascentes, non è surculorum cacumine, unde glans: nec è gemma, sed è latere superiorum nodorum. Theoph.] cubitali magnitudine, odoratos, ut diximus inter unguenta. Suberi minima arbor [non minima. Dal.] glans pessima, rara, cortex tantum in fructu præcrassus ac renascens, atque etiam in denos pedes undique explanatus est.

Hæcenus Plin. de iis quæ Quercui seu Robori innascuntur. Addamus & reliqua quæ ad eorum doctrinam generalem pertinere videbuntur. Omnes arbores, ut creditur, inquit Theoph. cortice detractò intereunt, sed aliqua plus temporis perdurant, ut *δρυς*. Idæi *δρυς* radices non tam profundè descendere volunt, ac Abietis, sed multò plures habere, & latius diffundi. Quercus, autore Plin. & Olea tam pertinaci odio disident, ut altera in alterius scrobe depactæ moriantur. Quercus verò & iuxta nucem Iuglandem. Robori radices copiosæ, carnosæ, quas in profundum agit. Si Virgilio credimus, Esculus, quantum corpore eminet, tantum radice descendit. Maxima spatio atque plenitudine & Citri [Cedri vet.] est. Ab ea Platani, Roboris & Glandiferarum. Falsum arbitror quod aliqui prodidèrè, radices arborum vetustate minui, vix etenim est annosa

Quercus everfa vi tempestatis, & iugerum solè amplexa. Robori materies ossæ, cariem vetustatè & tardissimè sentit. Diuturnior materies Roboris defossi, & in aquis Quercus obruta. Eadem supra terram rimosa facit opera, torquendo sese. Robur marina aqua corrumpitur. Fagus & Cerrus defossæ celeriter marcescunt. Esculus quoque humoris impatiens. Incurvatur & Robur, ceditque ponderi. Idem insociabile glutino & secum & cum aliis. Securibus pertinaciùs resistit tam aridum quàm viride, ferrarumque dentes replet, sicut & Buxus, æqualitate inertis: qua de causa alterna inclinatione egerunt scobem. Ex reliquis siccissima Lotos, quæ Romæ ita appellatur, deinde Robur exalburnatū & huic nigricans color, [Roboris exalburnati nigram medullam antea diximus ex Theoph. *μυελὸν δρυος* vocat.] magisque etiam Cytiso. De cætero plerisque eorum, sed utique Robori tanta duritia est, ut terebrari nisi madefactum non queat, & ne sic quidem ad tactus avelli clavus. Suberis materies mollis, in aqua non fluitat si dematur cortex.

Sed, quod maximè honorificum sit Quercui, Plinius ipsam etiam Italiam, Provinciarum totius Mundi sine æmula nobilissimam & pulcherrimam, & ut ille ait, omnium terrarum alumnam, eandem & parentem, numine Deum electam, quæ cælum ipsum clarius faceret, sparsa congregaret imperia, ritusque molliret, & tot populorum discordes feræque linguas, sermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret; breviterque una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret &c. hanc inquam folio maximè Querno assimilare voluit, multò proceritate ampliorè, quàm latitudine. Sed idè & stillicidia Quercus ponderosissima dicit. An quia pondus ab ipsa Quercu acquirunt? & an à foliis, vel à ligno? Ab hoc possint aliquid: ab istis, vix putamus. Sed ita putamus: cum Quercus folia sint sinuosa, & interdum veluti carinata, idè plus aquæ sustinere: inde guttas, maiores, idèoque graviore. Quod si cui lubeat aliam excogitare rationem, possit.

Sed nunc paucis quid & Diosc. de Quercu, *μελίσση* in genere habeat, videamus. Is unica *δρυς* voce Diosc. (ne quis fortè eum existimet prædictas species non novisse, ad vires potius quàm historias respiciens.) & nostro & aliorum doctissimorum iudicio, comprehendisse in universam omnes glandiferas arbores, non solum quòd sciret, una voce omnia illa genera contineri posse, sed etiam, ut brevitati consuleret. Idè dixit: *δρυς* *πάσι* *στύπτι* *πύλω* *ἔχει* *δύαμι*, &c. Similitèrque tunica quæ circum glandem est calyci subiecta. Sed illic glandes, Quernis. [*δρυὸν* dicit, non *δρυς*: diversarum specierum intelligens.] At tamen gallam idem non *δρυὸν*, sed *δρυὸς* fructum dicit, nihilominus sub hac voce diversas species comprehendens, Mirum verò ab eo potius fructum dici Quercus, quod tamen de glandibus adèdè expressè non dixerat. Nempe si non verè fructus est Galla, habet tamen fructus speciem, quamvis revera excrementum sit, ut & reliqua superscripta, quæ nullus flos præcedit, sicut fructum præcedere solet, in iis quæ florent. Sed notandum quòd idem Dioscorides ait Chamædryn folia habere parva forma & divisura similia Dryi: quòd & Plin. dixit: Item Betoniam inquit Diosc. folia ferre longa, similia Dryi, in circuitu dissecta: denique Syderitidis primæ folia esse longiuscula ad formam *δρυὸς*. Sed longè diligentiori observatione dignum, quando idem cap. de Cocco ait,

Pumices.

Pilulis & foliis. Nuclei aquosi.

Cachrys roboris quid. Iulus. Cytarus. Bryon. Plin. error.

Cachrys. Sæc ambigua sua significat.

Alter Plin. error.

Valeri Suidæ.

Noxii Boetii. Viscum. Ros melleus. Roborum cinis nitrosus. Agaricus.

Pani. Aegylops.

Suber.

Radix.

Quercus cum Olea & Iuglande autem dicitur Plinio.

Materies

Melan-dryum.

Robur quomodo terbrandum. Suber.

Italiae.

Assimilatur sibi Quercus. Cur stillicidia Quercus pondus respiciat.

Diosc. ad Giresi quælibet plantarum respectu.

ait,

*Dei. lucas* ait, *ἐν τοῖς δρυσίν*, in Quercibus provenire Coccum, quamvis ibi Anguil. *ἐν τοῖς πεύκων* legi velit ex Theoph. hoc est, in Ilice. De qua re plura in Ilice, ubi de Cocco tradetur. Illud obiter notabis, & veluti superpondij loco: etiam veterem Dioscor. lectionem ferri posse, sed ea lege ac omine, ut, sicut dicebamus, *δρυός* nomine glandifera arbores omnes comprehendantur, inter quas & Ilicem referri nemo negaverit. Interpretes tamen Quercus nomen retinuerunt.

*Galana Hippoc.* Hip. in lib. de affe. *βαλαύου* voce, *ἀντι δρυός* usus est, ubi ad inflammata *βαλαύου φύλλα*, id est, Quercus folia imponere iubet. Quercum Plutarchus inter arbores sylvestres fructu bellissimam & fertilissimam ait. Eo enim & fera & alites pascuntur. Nempe etiam M. Cato inter ea, quæ ad bonum optimūque agrum spectant, sylvam glandariam annumeravit. Inter mitigatas validissima. Omnium verò prima nata dicitur. Vnde Arcadum cum hac, cognatio quædam, quod omnium primi ex terra homines fuisse perhibeantur. Socrates autem in Deorum contumeliam, qui sua tempestate colerentur, per Quercum, ut ait Tertullianus, deierabat, hac ratione, ut ipse arbitratur, quod Deum unum, qui Mundum cælumque regeret, esse existimaret, qui antè foret, quàm Quercus crearetur & nasceretur. At qui Athenis & in Græcia colerentur, longè post Quercum, & ferè à sua memoria natos, nec dignos ut pro Deo colerentur, quare ob violatas illorum ceremonias ultimo supplicio à suis condemnatus.

*Socratis supplicium.* Hesiodus autem Deos dicebat, iustis hoc concedere, ut in illorum Quercuum ramis altioribus glandes nascerentur, in medio verò apes habitarent. Idem Plutarchus in vita Martij Coriolani ait coronam Quernam servati civis esse præmium, quod Iovi, in cuius tutela sunt civitates, sacra sit Quercus. Quamvis alij, ut Plin. Esculum Iovi sacram dixerint. Iovis autem signum altissima Quercus erat. Hinc Quercum sacram ferunt, quod vita causa, in hac primùm arbore, mortalibus fuerit, qui primùm glandibus vescerentur. Ovidius.

*Corona Querna. Quercum Iovi sacra. Iovi signum Quercum.* Et quæ deciderant patula Iovis arbore glandes. Huius enim fructu suos populos primùm aluisse dicitur. Quare Iovis arbor dicta. Vnde adagium: *πολλῶν πανηγυρέων Διὸς βάλαυον ἔφαγεν.* Id est, multorum festorum Iovis glandes comedit. Quamvis per *Διὸς Βάλαυον* & Castaneam intelligant. Dicitur autem de sene multarum rerum usu docto & experto.

*Civica Quercus.* Civica autem dicitur Quercus, quoniam antiquitus Querna corona donabatur ei, qui civem servasset, de qua neminem meliùs differentem audias quàm ipsum Plinium: Glandiferi maximè generis honos apud Romanos perpetuus. Hinc civica coronæ, militum virtutis insigne clarissimum iam pridem verò & clementiæ Imperatorum, postquàm civilium bellorum profano [profanatio M. profanatione. Vet.] meritum cœpit videri civem non occidere. Cedunt his Murales Vallarèsque aureæ, [ita enim legimus ex Gellio.] quanquam pretio antecedentes. Cedunt & Rostratæ, quamvis in duobus maximè ad hoc avi celebres: M. Varrone è piraticis bellis, dante Magno Pompeio: itémque M. Agrippa, tribuente Cæsare è Siculis, quæ & ipsa piratica fuere. Civica ligna primò fuit, postea magis placuit ex Esculo, Iovi sacra. Variatūque & cum Quercu est, ac data ubique, quæ fuerat, custodito tantum honore glandis: Additæ leges arctæ, & idèd [coronæ] superba, quasque conferre libeat cum illa Græco-

rum summa [ex Oleastro in Olympicis, ut suo dictum loco.] quæ sub ipso Iove datur, cuique muros patria gaudens rumpit: Civem servare, hostem occidere: Utque eum locum, in quo sit actum, hostis Ætineat eo die: utque servatus fateatur: aliàs testès nil profunt: ut civis fuerit. Auxilia, quamvis rege servato, decus id non dant: Nec crescit honos idem Imperatore conservato, quoniam conditores in quocunque cive [civem M. & GH] summum esse voluere. Accepta licet uti perpetud. Ludos ineunti semper assurgi etiam ab Senatu, in more est. Sedendi ius in proximo Senatui. Vacatio munerum omnium ipsi patrique & avo paterno. Quatuordecim eas accepit Sicinius Dentatus: [qui propter fortitudinem Achilles Romanus dictus.] sex Capitolinus. Is quidem & de duce Servilio Africanus de patre accipere voluit apud Trebiam. O mores æternos qui tanta opera honore solo donaverint, & cum reliquas coronas commendarent, salutem civis in pretio esse noluerint: [clare professi, ne servari quidem hominem fas esse lucris causa] servari quidem hominem, nefas esse lucris causa. Hæc. Plin.

At Plutarchus ex Quercu dari solitam Civicam narrat, quod in expeditionibus glandiferi generis hanc adinvenire facilè sit, vel, quod Iovi & Iunoni sacra, qui urbibus præsidere dicuntur. Corona Querna, & draconum voluminibus olim Trivia Dianæ *τῆς εἰσοδίας*, sive *τευδότης*, quam eandem esse cum Hecate putabant imaginem, coronare mos fuit. Sophocles in Rhizotomis apud interpretem Apollonij.

*ἤλπε δὲ σποτὰ, καὶ πύρ ἰερόν  
τῆς εἰσοδίας ἐκείτης φέρει,  
τὸ δὲ ὄλυπα πολλὸν ἀεζέφρει  
καὶ γῆς ναύς ἰεὴς τεύδους  
σεφανώσα μὲν δρυσὶ, καὶ πλείσταις  
ἄλων σπείρασι δρακόντων.*

Hanc Coronam ut inferis diis, sic etiam Parcisi imponebant. Catullus,

*His corpus tremulum complectens undique Quercus  
Candida purpureis ramis induxerat ora.*

*Purpureis, τοῖς ἀγλαῖς.* Scalig. P. Decius Mus, tribunus militum in bello Samnitico ea donatus, testibus Corn. Nepote ac Plin. secundo de viris illustrib. M. Antonino Philosopho, & L. Aurelio Vero quoque fratribus oblata. Aurelianus Princeps bis ea donatus. Probus in bello Sarmatico semel, & Valerianus. Cæsar autore Suetonio, à T. Thermo, in expugnatione Mitylenarum illa donatus. Coriolanus, ut narrat Plutarch. à Dictatore Civica donatus, propter civem in prælio, quod Latini post exactum Tarquinium cum Romanis fecere, servatum. Scipio Africanus, consulem patrem apud Ticinum amnem, adversis auspiciis cum Hannibale præliantem faucium, intercessu suo, servavit. Quamobrem duabus coronis donatus, scilicet ut duplici corona conspicuus foret, quod & patrem & consulem servasset. Lege Val. Max. Rufus Helvius, miles gregarius, ob servatum civem in bello, quod Tacfarina in Africa, contra Romanos gessit, à Cæsare Civica donatus. Ciceroni, propter servatam contra L. Catilinæ, & cæterorum coniurationem urbem, L. Gellius, vir præclarissimus à Repub. dandam Civicam coronam arbitratus, ut ille de seipso testatur. Habes exempla eorum: qui Querna, hoc est Civica corona redimiti fuere, ob servatum civem. Sed quid vetustis exemplis inhæremus? Hoc nostro seculo cum dirus ille Mars, & fatalis Orci filia feritas, in totam Galliam ac civem Genevensem grassata, Ios-

*Summa maximaque privilegia Querna corona redimitorum. Qui eam acceperint.*

Ios. Quercet. Medici summus Ciceron coronam donatus.

Quercetani Medici excellētis & Regij, ac optimē de patria & concivibus suis meriti, ob editum à se Sclopetarium, hoc est, librum de curandis vulneribus, quæ Sclopetorum & similibus tormentorum ictibus acciderunt: FR. HOTOMANUS, æternæ famæ Iurisc. Gallicus ille Cato, & Acad. Basil. lumen præclarum, eidem Quercetano nomine, felici omine, Coronam Quernam, OB CIVEIS SERVATOS, publico illo opere extare dicarē que voluit, hoc adiuncto argumento:

Ob servatos insigni hoc munere civeis Quercetane tibi Querna corona datur.

Consuetudo vetus Atheniensium.

Fuit & consuetudo vetus scitu dignissima. Mos erat Atheniensibus, ut puer quispiam in nuptiis indueretur undique spincis frondibus, & Quercus glandibus opertus coronatusque Cunas panibus impletas gestaret.

Quercus civilis.

Virg. quoque Quercum civilem dixit: Aeneid. 7. At qui umbrata gerunt civili tempora Quercu. Lælius Querna corona redimitum celebrat Lucanus.

Lælius emeriti gerens insignia doni, Servati civis referentem præmia Quercum.

Obsidionalis differt à civica.

Audi Valerium Max. Cæterum ad Quercum pronæ manus porrigantur, ubi ob cives servatos corona danda est. Argumenti sanè proportio hanc eximio Medico indies suos cives arte sua servanti, & ab orco revocanti competere, atque adeo verè tali conferri debere, iubet. Nec absolum fuerit dixisse, inter civicam & obsidionalē coronas hoc interesse, quod hæc singularis salutis sit, illa diversorum civium servatorum publicam quoddam præmium. Sed de hac re satis.

Prienensis Quercus.

Iuxta Prienam Ioniæ urbem Quercus fuit, apud quam Samij & Prienenses bellum gerentes, mutuis se damnis afflixere, magnòque prælio inter eos commisso, Samios mille Prienenses occiderunt. At septimo post anno ibi cum Milesiis congressi, optimos quosque urbis cives ac primores uno prælio amiserunt, ut post eam calamitatem mos Priensibus mulieribus fuerit, ut cum de maximis rebus ageretur, cum miserabili prece iurando testarentur: Apud Quercum funebrem: quod eo in loco & patres & viros ac filios, amisissent. Hæc Plutarch. in Probl. Absalon Davidi patri rebellis & insidians (ut sacra nos docent pagina, cum mulo insidens aufugeret, & sub Quercu densa pertransiret, obvolutis ramis illius crinibus, pependit, & à Ioabo tribus lanceis transfixus. Extat & Adagium, πῶς ἐπὶ δένδρῳ σκότης, id est, per tenebras quæ apud Quercum: De ingenti & fatali calamitate dicitur. Sed satis digressum.

Quercus funebris.

Absalon in Quercu pendens transfixus. Adag.

Recentiorum sententia de Quercus differentiis. Roboris genera Hermod.

Restaret ut ipsas Quereuum differentias proponeremus, ni diversorum auctorum recentiorum diversæ sententiæ nos remorarentur, in assignandis suis, & reducendis explicandisque priscorum τῆς δένδρῳ differentis, quos consuluisse & audivisse interest rei herbariæ studiosis antequam singulas nobis observatas promamus. In ea verò re multum se torserunt.

Hermol. Roboris genera quaterna tantum fecit, Quercum, Robur, Esculum, Cerrum, quæ eiusdem iudicio Græcis illis respondent, Hemeridi, Aegilopi, Haliphloe, Platyphyllo. Ut sit Quercus, Hemeris: Platyphyllos, Esculus: Aegilops, Cerrus. Sed nunquid Haliphloeos Robur significet, sibi incompertum ait Theophrast. certè [addit idem] Agriam δένδρῳ appellat, quam nostri Robur interpretantur. quidam ut Diosc. quatuor supradictis duas addidit spe-

cies, Fagum & Illicem. Sed toto genere distant, ut cognatæ potius quàm congeneres habendæ sint, Verùm non idèd malè locutus Diosc. ad vires, potius respiciens, quas easdem cum cæteris habent. Hemeris sanè Homero non Quercum sed vitem significat, ut Photion testatum esse voluit.

Fagus & Ilex non sunt de genere Quercum. Hemeris.

Quercus Mylion.

Sunt, inquit Ruell. qui Hemerin esse Quercum existimant, quam Mylion interpretantur: quibus facilè accedo fretus Theoph. testimonio, qui scriptum reliquit, eam quæ glandem ferat dulcissimam, quibusdam Quercum, aliis Hemerida, id est, placidam vocari. Cæterum utriusque eadem ascribitur natura, præterquam à Plinio, qui parum diligenter glandiferarum arborum discrimina observasse à nonnullis accusatur. Hanc inter Quercum & Hemerida invenit differentiam, ut in his arboribus, quæ maximam ferat glandem Hemeris vocetur brevior & in orbem comosa, alisque ramorum crebrè cavata: fortius lignum Quercus habeat & incorruptius, ramosa & ipsa procerior tamen & crassior caudice. Theoph. certè ἀγεια δένδρῳ appellat, quam nostri Robur interpretantur. Robur tamen, quæ Theophr. ἀγεια δένδρῳ dicitur, licet pro communi glandiferarum genera usurpent, ea tamen Plin. esse videtur Quercus, quæ Gallicum nunc vulgus Chesnam vocat, eapassim in sylvis spectatur, folio latebrarum anfractibus sinuosissimo, glande exigua, materie durissima. Nam & hæc sola præter fructum Gallam utriusque generis & fungos, & plurima alia gignit. [Gallas singula ferre genera dixit Theoph.] Cæterum sunt qui Haliphloeae nomiae Robur putent comprehendi, quod compertum non habeo, nec parva fuit difficultas prodere, quibus Græcis latina congruerent. Hæc Ruell.

Plin. vii.

Hemeris.

Robur. Agria dryi.

Chesne.

Haliphloeae.

Drys, iudicio Amati, Quercus est, suaves & dulces glandes ferens, quam nonnulli Etymodrym appellant. Nam communis Quercus insulas & subibus gratas glandes producit, cuius Diosc. tanquam species, Fagum & Illicem numerat, quod intelligendum de viribus: secus autem figura, quum multum inter se differant. Nam Fagus arbor est, quæ licet fructum glandi figura & forma similem non habeat, glandiferis tamen arboribus annumeratur.

Drys, Amati. Etymodrym. Quercus communis.

Fagus glandifer.

In Italia, si Anguil. credimus, omnes species arborum glandiferarum, quæ recenset Theoph. sunt benè notæ. Nam, ut ille tradit, Prima species, quæ montanis dicitur Hemeris, Macedonibus Etymodrys, quam Gaza nunc Placidam nunc Veriquercum vocat: Itali vocant Querciam: In Abruzzo Ghianda Castagnola. Profert hæc glandem magnam, crassam & longam, achæ glandes in quibusdam locis Hispaniæ comeduntur coctæ in igne instar castanearum. Secunda à Montanis dicitur Aegilops: Macedones vocant Aspin, Gaza vertit Cerrum, Itali adhuc vocant Cero, cupula autem in qua continetur glans vocatur Vallania. Tertia species quæ vocatur à Montanis πλατύφυλλος, eodem nomine à Macedonibus vocatur. Gaza vertit, nunc Esculum, nunc Latifoliam. Itali vocant Fargno, Fargui & Ischio. Quarta eodem nomine à Montanis & Macedonibus dicitur φηγός. Gaza vocat Fagum. Itali, Faggi. Quinta species incognita erat Macedonibus: non autem Montanis, qui Haliphloeon vocarunt: Gaza vertit Salficorticem nec non Recticorticem. Itali Rovere. Aliæ sunt quoque species figura inter se similes, sola magnitudine differentes. Prima Græcis dicitur πένδρῳ. Gaza Ilex: Italis Locini & Elici. Secunda φένδρῳ, Gaza Suber. Tertia ἀγεια, Gaza.

Anguil. glandifer.

In Italia omnes species Theoph. notæ esse.

Quercia. Eius glandes eduntur.

Aegilops. Aspin.

Cerrus. Vallania.

Platyphyllos.

Esculus. Latifolia.

Fagus.

Haliphloeos. Salficortex. Recticortex.

Genera cætera. Prima Ilex. Secunda Suber. Tertia Agria. Gaza.

*Pallas, Surber, Agria, aquifolium.*  
*Autrum*  
*inditū de Fago: an tū Theoph.*  
*Diosc. Gal. & Plinij.*  
*Oxya*  
*Theoph. Fa. gal. Plin.*  
*Quercus folio sinuato in speciei*  
*uu.*  
 GAZA Aquifolium. Hæ sunt species arborum glandes ferentes, in Italia cognita: Hæc Anguil. Qui cum Matth. & Amato existimat *φινζογ* Theoph. & Diosc. eandem esse cum Fago Plin. quod sanè consideratione dignum. Fagus enim Theoph. Diosc. & Gal. eadem videtur, & diversa à Plinij Fago, quæ Oxya Theoph. Quæ verò Diosc. tradidit *αει φινζογ*, infra referemus, cap. de llice, inter vires, sicut & quædam Plinij, de Fago habes cap. de Oxya sive Fago vulgari & Latinorum.

*Cerrus.*  
*Farnia.*  
*Folio non sinuato.*  
 Cæsalp. aliter tradit Glandiferarum differentias, quam Anguillara, dum scribit: Species quas novimus, folio sinuato, & deciduo tres notæ sunt, quarum una Quercus vocatur, frequens in collibus, caudis intorto, ramis in multam latitudinem sparsis, folio non valdè sinuato, glande mediocri, licèt quædam maiorem, quædam minorem ferat glandem, optimam ad saginandos sues, folium similiter hæc latum: illa angustum fert. Altera erecta caudice in ingetem altitudinem folio maximè sinuato, glande in Echynato calyce insuavi, quæ Cerrus appellatur. Tertia erecto similiter caudice non aded excelsa: folio latiore, modicè sinuato, glande maximà rotundiori: appellant in Etruria Farniam, trinemibus fabricandis expetitam, materia enim flexilis & enodis eadem in maritimis reperitur, sed operibus inutilis. Quæ autem folio constant non sinuato, dissimilia secundum ætatem folia ferunt, nam initio obrotunda sunt, modicè sinuata in angulos acutos, adultà autem arbore, oblonga redduntur & angustiora, quasi Olea similitudine, sed ampliora infernè candicantia, glandem ferunt tenuè, in acutum desinentem, inutilem, perpetuòq; virent: Huius generis quinque novimus species, scilicet Suberem, Suberellam, Ilicem duplicem & Granum tinctorum.

*Macedonij quatuor genera Robur, quælibet, secundum Cæsalp.*  
 At Theophrastus, quæ folio constat deciduo, communi nomine *Δρυς*: id est, Robur, sive Quercum vocat, cuius modò quatuor, modò quinque facit species, quarum prima Hemeris, sive Placida vocatur, quæ nostra Quercus, tenuiori glande & folio. Secunda Cerrus. Tertia Latifolia, cuius notæ in nostra Quercu latifolia reperiuntur. Quarto loco Fagum ponit, non quam nos ex Plinio Fagum vocamus: cuius verba conveniunt Farniæ in montibus altissimis ad naves quæsitæ. Quinto loco Haliphlios, seu Saleicortex additur, quæ etiam Recticortex cognominata est: hæc putaverim apud nos illud genus Farniæ esse, quod in maritimis provenit. Theophrasto teste, Macedones Roboris quaterna genera faciunt, aliis nominibus, scilicet Etymodrym, seu Veriquercum, quæ glandem dulcem producit, hæc cum Placida eadem videtur esse. Secundo loco Esculum quæ glandem amaram fert, Latifoliam videntur intelligere. Tertio Fagum, quæ rotundam fert glandem, quæ Farnia est. Quarto Cerrum.

Apud Plinium Robur, Quercus, Hemeris, aut eandem arborem significant, aut parum differentes: Egilops & Cerrus similiter conveniunt, sic Latifolia, & Esculus, Haliphleos autem apud eundem cum Cerro Arcadum eadem putatur.

*Lugdun.*  
 Lugdunenses Coloni, hoc pacto inter se contendunt, ut du Choul narrat. Quæ plano in loco aut convallibus Quercus cteverit, illis rusticis Chesna vocatur. Si verò in altis montibus radices egit, qui iuga habitant agricolæ, Roule aut Rouvre, quasi Robur nominant. Roule folio Quercus est minore, & durior materia. In Gallia Quercus, quam plebs *Charme* vocitat, sine glande arbor vivit, lignumq; maximè expetit, propterea quòd

cæteris præferatur.

Fallitur nostro iudicio du Choul reponens arborem, *Charme* Gallis dictam, in numero quercus, omninò enim ab ea differt: de ea autem trademus sub Fago sèpium dicta. Ait præterea, Ornum & Roboris speciem, quæ sterilis sit, aliqui crediderunt: Et postea: Glandiferarum arborum penè incertus numerus, efficit ut omnes enumerari non possint. Hullos arbor est glandifera. Babalaustum Quercum, Babalaustum Querceam glandem Avicenna dixit.

Pausanias in Arcadum sylvis diversas esse Quercus tradidit, quarum alias *μαυροβύλιος* vel Latifolias: alias *φινζογ*, Fagos appellat. Tertium autem genus rarum esse, & usq; aded levem corticem præbete ait, ut in mari anchoris signa ex eo faciant. Huius Quercus corticem Hermesianax Poëta, *φελλον* nominavit, & Suberem.

Vitruvius l. 7. de Fano meminit, quod inter Quercus genera ponitur, & nunc quoque Itali Fernum Quercus genus vocant, teste Curtio. Est præterea Enzina Quercus in Hispania, genus minus, & non aded rectum, curus glandes ob suavitatem eduntur. Hodie vulgus *Velloras* appellat. Repertæ in Olympo hæc nostra ætate, admodum humiles Quercus, folio tenui, glande exigua: quæ veteribus fuisse incognitas ferunt.

Nos ad Rhodani ripas [inquit du Choul] saxis hærentes Quercus offendimus, contorto caudice, fruticis magnitudine, & natura steriles. Non desunt qui penitus contendunt in Quercubus marem & feminam esse: discrimen sic faciunt, ut mas ad ultimam usque senectutem opacis locis folio non spoliatur, femina hyemis initio decidat. Galli Andegavenses Quercus inferunt perpetua coma virentes, quod equidem sibi persuadere priusquam vidisset potuisse negat idem.

In Apennino & Andium agro [vulgò *Angiers*] Quercus perpetuò virens ex genere Latifolia notante Rob. Constantino. Antea diximus ex Theoph. Varrone & Plinio Sybariticam agri Thurini itidem semper virentem,

In Græcia hodiè hæc Quercuum genera faciunt, autore du Choul Melanos Ymeri, Thessalia Drys Lesquymeri. Reperta hæc ætate, inquit idè, in nemore Trôfac propè Bituriges tanta proceritate atq; crassitudine Quercus, ut referre quæta sit nemo in animum inducat. Iussu enim mandatove Francisci Regis invictissimi ac doctissimi, aggere veluti factò, pedamentis quibusdam circummunita est, ut cum venaretur tantus Gallorum princeps propter admirationem & inauditam pulchritudinem sæpè sub hac posset oblectari.

Hæc fortè non minor, sed ob naturam in ea obsequentem arti mirabilior, quæ etiamnum hodiè, in spectatissimo illo Basiliensium viridario ac sylva à D. Petro cognominata visitur, à Cardano & aliis celebrata. Vulgatæ Quercus, quam paulò post describemus species est, crassitudine, quantum vix tres homines comprehendant, trunco homine brevior, sed vastissimis ramis, senis aut septenis, quorum quilibet Quercus quales vulgò videntur facilè crassitudine æquet, ita in orbem repandis brachiata, & triplici pedamentorum ordine in immensum propemodum ambitum suffulta, ut iam ante multos annos centum passus circumcuncti non sufficerent. Sed crebrioribus ramis divaricata prædicta brachia, & sensim elata patula opacitate sua, & conniventibus circa media brachii pateram pereleganter referat, qua de causa ob raram & insolentem huius pulchritudinem, & quòd præterea fons perennis

*Ornum*

*Hullos. Babalaustum*

*Pausania differentia*

*1*

*2*

*3*

*Latifolia*

*Fagi.*

*Corticæ lei.*

*φελλον*

*Suber.*

*Fernum.*

*Enzina*

*Velloras*

*Quercus humiles*

*Olympi.*

*Quercus steriles*

*fruticosa.*

*Mas.*

*Femina.*

*Quercus perpetua*

*folia.*

*Græcia hodiè Quercuum genera.*

*1*

*2*

*Melanos Ymeri.*

*Drys Lesquymeri.*

*Quercus vastissima*

*Gallia.*

*Quercus Basiliensis*

*amplissima*

ad ipsum ferè truncum perennes per tubos ex-  
cutiens Lymphas, D. Maximil. Cafari sub ea cum  
Caesarea sua aula discumbere ac cœnare libuerit.  
Floret eadem & fructus fert, cœterarum more,  
quotannis ferè. Diceret in unica illa Quercu, om-  
nes propemodum pulcherrimæ arboris dotes  
Faunos atque Sylvanos certatim contulisse. Ut  
iam nihil sit quod de Lycio Platano gloriatur Li-  
cinius Mutianus, eius provincia Legatus, cœnasse  
sæpius sub ea cum octodecim sociis, cum hæc  
Quercus Basil. multò plures supra trunci ambi-  
tum brachiorumque, divisuram capiat, quàm Pla-  
tani ista adumbravit. Sed, ut hæc altitudine præ-  
cellebat, erat enim 77. pedes alta, ita illa nostra  
amplitudine expansa.

Plin. nos. a-  
tur.

Plin. sanè multa Robori tribuit, quæ Quercui  
adscribenda videntur, etiam iudicio du Choul.  
Calyci Cerri tribuit idem, quæ calyci Haliphloei  
competunt, ut vult Const.

Hæc in genere de differentiis Quercuum nunc  
enim reliqua generalia de Tempore, Loco, Satu  
& cultu dicenda, pleraque ex Theoph. Plin. Var-  
rone, & Trago.

Nomina  
Roboris in  
genere.

In genere verò & omnibus Roboris speciebus  
competunt hæc nomina *Sageich* vel *Steineich*/  
vel *Eyßeich* & *Eyßholz*: Belg: *Sageeche*: Gall.  
*Robre* ou *Roure*: Ital. *R. vere*, Durissima Quercus  
genus, *Agriadrys* Theoph. putata: *δρὺς ἀγρία*: ἀγ-  
ρίαι & eiusdem, ut Had. Iun. & alij quidam pu-  
tant, *Robur* dicitur & *Robor*. Maturè & verè cœptu-  
ro germinat *δρὺς* & glandes, fructu ferius reddunt,

Agriadrys.

Hali-  
phloeus.  
Robor.  
Tempus in  
genere.

ut circa Vergiliarum occasum. Et reliquæ quidem  
arbores, ut primùm cœpere, continuant germi-  
nationem. Robur & Abies & Larix intermittunt  
tripartito, ac terna germina edunt: idè & inter  
cortices squamas spargunt. Folia Quercus cuius-  
cunque in principio tenerrima sunt, idè facilli-  
mè superveniente pruina marcescunt, & ipsam  
fructuum spem amittunt, quod aliquando in istis  
regionibus evenire solet: Eadem folia mox comi-  
tantur oblongæ & luteæ *Cachryes*. Hæc verò  
circa diem D. Georgio sacrum, Quercus ostendit,  
Porro folia Quercina quæ primùm lutei sunt co-  
loris [licet nonnulla etiam rubicunda appareant,  
maximè ea quæ è novellis Quercubus erumpunt]  
subinde viridiora ac solidiora evadunt. Post *Ca-  
chryas*, quas diximus, perexigui prorumpunt &  
ruberi flosculi, qui in glandes tandem abeunt,  
quarum non rarè tres aut quatuor unico eoque  
tenuissimo insident pediculo. An verò glandes

Cachryes.

Glandes.  
Flosculi.



Glandium  
seu flos.



QUERCUS VULGARIS  
BREVIUS AC LONGIS  
pediculis.

Vix ulli genti Europeæ inco-  
gnitam putamus Quercum  
vulgarem recto, crassissimo, va-  
sto & valido caudice, nec minùs  
firma materie, crasso, rufo, timo-  
so, scabròq; cortice: brachiis lon-  
gè latèq; luxuriantibus foliis lon-  
gis sinuosis. In hac nucamenta  
aut luli observantur, in quadra-  
talibus tenuibus pediculis ex cer-  
tis intervallis, muscoli, ex apiculis  
sessilibus herbibus eodem puncto  
pluribus exortis, compositi, sic,  
ut interdum verticillatum ligulam  
cui adherent coronent, quos in-  
fra pictos damus cum pilulis Quercus

Descriptio  
Cortex.  
Folia.

ex ad frugem sint perventuræ, circa diem D. Iacob  
bo sacrum, observari solet, tum enim è calycibus  
prorèpere consueverunt.

Montes & valles diligit Robur: Quercus &  
in plana descendunt. Omnibus suprascriptis  
differentiis veterum, si Matth. credimus, u-  
niversa abundat Hetruria: quippè in mariti-  
mis Senensibus & Faliscorum agro, ac etiam  
Romano tractu, omnia illa glandiferarum  
genera adeo numerosa in vastissimis sylvis pro-  
venire tradit, ut glandibus innumerabiles por-  
corum greges incolæ ibi quotannis saginent.  
Frigorum & calorùm iniuriam passæ Quercus  
veluti Robora, tardiùs moriuntur. Quercus  
cæsa anno tertio resurgit: & in aquis obruta  
durat, fitque Ebena similis & decorticatio-  
nem facillè tolerat.

Locus in  
genere.

Ebena si-  
milis.

Satio.  
Antipathia  
Olea Ingli-  
dis &  
Quercus.

Circa Oleum & Juglandem feri vetant Geo-  
ponici quòd naturali quadam *ἀντιπάθεια* ab  
eis dissideat, & fundi oram sterilem faciat. De  
*δρὺς* satu controvertitur. Quidam enim ex  
semine ac glande tantùm eam progigni statuunt:  
alij ex radice quoque sed lentè. Nonnulli et-  
iam ipso caudice detruncato: avulsione aut  
radice, nullam earum quæ ab imis sobolem  
non mittat [*τὸν μὴ ἀναβρασσύντων.*] exoriri pos-  
se arbitrantur. Iuxta urbem Ilienlium Quercus  
in Ili tumulo tunc satæ dicuntur, cum cœpit  
Ilium vocari. In Ponto circa Heracleam ara  
sunt Iovis Stratij cognomine, ibique Quercus  
duæ ab Hercule satæ. De insitione nihil effa-  
tu dignum traditum: hosce tamen etiam fru-  
ctus Quercus protulerunt, si verum dicant  
Poëta: Virgil. Eclog. 8.

Aurea dura

Mala ferant Quercus: Narcissi floreant Alnus: Aurea mæ  
Pinguia corticibus sudent Electra myrica: la.

Certent & cygnis ulula:

Horat. Epist. 1.

Quid si rubicunda benignè

Corna vepres & Pruna ferant? & Quercus & Corna.  
Ilex Pruna.

Multa fruge pecus, multa Dominum iuvenet um-  
bra:

Sed hæc vota pœtica nobis potius esse videntur,  
quàm veræ narrationes. Ruellius tamen  
memorat, per insitionem Quercum bona Py-  
ra ferre visam esse: Fides sit penès autorem.  
Nunc specialiore historiam aggrediamur, in-  
cipientes à vulgatissima Quercu nostrate.

Insitio

Pyra.



cus: observantur quoque & glandium rudimenta, tanquam globuli minimi purpurantes & hirsuti (qui mihi flosculus) privatis pediculis infidentia. Glandes in Calycibus suis seu cupulis sessiles, vel furculo proximè adhaerent: & longis tenuibusque pediculis appenduntur. Atque etsi magnitudine variant, unciam tamen communiter longæ sunt, corticosa membrana tectæ punicea, nucleo calloso, acerbo & austero, quemadmodum & cupula exterius asperiuscula, interius lævis prædicto cortice multo densior, vix tertiam glandis partem capiens.

Drys unde dicitur. Quercus descripta Lob.

Quercus vulgaris tres varietates à fructu potissimum postea trademus: hæc id notandum nobis videtur, sæpius vilas Quercus maximas totas cavas corrupto ligno ac etiam interdum adusto penè toto ab opilionibus, ut homines in eis occultari potuerint, & nihilominus pluribus annis virentes & fructiferas durare. Vox Drys inquit Lob. & Pena, à Dryo, erumpo, pullulo, qua designarunt potiss. glandiferum genus & præsertim Quercum, cuius frequentiss. occurfus, ipsaque celsior & ramosior arboris species frondis grandioribus anfractibus sinuata quavis notatione notiozem faciunt, tum frigidis, tum calidis plagis. Eam meritò quis putet apud Theophrast. dictam Salsicorticem αλσικωριον quam hodie Robur vel Roure vulgus nostras vocitat, ut quæ sit perquam solido trunco, multum cineris urendo relinquente. Qualem etiam è vulgari trunco nos parandum curavimus, aiunt Lob. & Pena, qui addunt: Quæ gallas dat Quercus, duplex videtur. Earum vulgatissima nemorum & saltuum Pedemontium, Delphicatus, aliarumque regionum temperatiorum est alumna, minore stipite, brachiis & fronde. Huius quædam varietas aut differentia videtur Fagus, Theophrasto dicta, vocis argumento Latinis Esculus, cuius esculenta glans, & post quernam dulcissima celebrabatur, famemque explebat primis mortalibus: hodie Fargni & Fargno Italicè. Hargni Gallicè: Lignum istius firmiter proditur, quam urbanæ Quercus. Item in obs. Quercus perpetua fronde virens, Gallis Chesnes verds. Huius Quercetas in Gallofrancia ortiri audio. Glandes nostratibus similes sunt, quales serendas misit eruditiss. D. N. Rache apud Lutetianos Medicus. Nos verò quiddam concernit, cur totam Quercus Lob. historiam hæc proponamus, factum id à nobis, quod non in omnibus æquè perspecta sit. Quercus etiam à nobis descripta, Quercus Virgilij est, Et fortè reliquorum quoque Poëtarum, Iovi sacra, Chaonia, Fatidica; Dmonia, Dodonæa, Civiæa, Mathonia, Alricoma, Parula, Rigida, Dura, Grandifera, Grava subibus, &c.

Haliphloei Lob. Robur.

Quercus vulgaris duplex Lob.

Esculus Lob.

Quercus perpetua fronde virens.

Quercus Virgilij.

Manre Lob.

Cullus Sec. Lob.

Zig.

Quercus Manre est apud Hebræos: nos in vulgata interpretatione Vallem Manre habemus: & Genes. c. 12. ubi Græca vulgata editio δρυὸν habet, Latinus interpret Vallem vertit. D. Hieronymus inter Quercum & Terebinthum nullum discrimen agnovisse videtur, lib. Gen. 1. cap. 17. Latinus habet Terebinthum Græcus δρυὸς. Item l. 3. & Gen. 35. Est Serap. Codex emendandus ubi Cullus Latinis litteris scribitur: eum errorem in sua commentaria transulit. Elon citra controversiam Quercus fuerit, Et Quercus Osee cap. 4. Quercus etiam à Iosue filio Nun, Ela dicta. Sunt tamen qui hæc vocabula generales arborum omnium apud Hebræos appellationes esse contendant, quæ sanè rerum magna esset confusio in unica vo-

ce. Extat & Ciceronis pœma de Arpinatum quercu. quercus de qua Pompeius.

Hæc eadem à nobis descripta putatur, esse Platiphyllos Idæorum & Macedonum, & Latifolia Plin. Periti quidam Herbarij hanc marem esse aiunt, foeminam verò genus alterum in saxosis, glande pusilla. Robur quoque quæ Theophrast. Agria Drys dicitur, ea Plinio esse videtur quam Gallicum vulgus, Chesnes, vocat, inquit Ruell. non sine errore, si hæc Chesne Quercus sit.

Dalechampo, Quercus genus 2. est Hemeris Idæorum, Macedonum Erymodyrs, Latinarum Robur: Italarum Rovere. Placidam interpretatur Gaza, audacius more suo. Plin. Græco nomine utitur. Idem Dalech. multa habet curiosius observata in sua Quercus historia, quam Hist. Lugd. retulit his verbis: Quercus in specie arbor est omnium maximè proceræ, si Aegilopem excipias, recto caudice, cortice inferna parte rimoso scabròque, superiore lævi, cui subest Alburnum, quod cum animalis pingui comparari potest, plurimis in orbem brachiata ramis, magnam innoxiamque umbram loco inducentibus: folio grandi, Cerri & Haliphloei folio latiore, carnoso, laterum anfractibus sinuosissimo in arbore vetusta, minus in ea que cæsa novam frondem mittit, sed tum maximè lato & spisso, summa parte obtuso, cum cadit nigrescente potius quam flavescente: glande mediocri, subibus grata, od eamque causam iis saginandis apta, cum à Phagi & Hemeridis glande discesseris, dulci, non omnino quidem, sed si cum Haliphloei & Aegilopis glande conferas. Minus enim acerba & amara gustui est, Calyce nullis aculeis horrido, sed pustulata tantum scabritia asperato. In summo ramorum cacumine ferè Glans nascitur, brevior, extrema parte veluti depressa ac retusa, aculeo, qui in summo fastigio glandis eminet, brevior & minus pungente: sæpè ternæ glandes simul coherent, aut binæ, rarò unica prodit: pediculus eas sustinens crassus & brevis, inde nascitur ubi ramo folium adhæret. In unius furculi capite plerumque videas hinc tres coniunctas glandes, illinc duas, ac in proximo unam solum, prout succus, earum alimentum, huc illuc sese magis spargit: radice longè latèque evagante. Hanc uti dictum, Platiphylon quidam marem esse aiunt: foeminam verò genus alterum, in saxosis & asperis locis ferè nascens: mare humiliore, cortice in tenellis furculis rubescente, non ut in illo albescente: folio minore: breviorè, angustiorè, antrorsum magis acuminato, tam densis laciniis sinuoso lateribus, ut minus crispum videatur, lætius & nitidius virente, glande pusilla & strigosa. Talem profectò gignunt aprici lapidosique colles Allobrogum, aspectu nonnihil variam, ob loci qualidam ariditatem.

Ceterum & in aliis Quercetis foemina quoque provenit, folio quàm maris breviorè, antrorsum latiore, & magis obtulo, infernè pallido, cortice ramorum nigriorè: glandibus minimis, in ramorum & furculorum vertice prodeuntibus, interdum senis aut quinis, sæpè ternis aut quaternis, rarò binis, rarissimè singularibus, quasi digito retusis, aculeo minimo, parum è calyce prodeuntibus, sed ei firmiter adnexis. Platiphylorum quoque generi adscribenda, quam supra memoravimus in Thurino agro, in Apennino &

Platiphyllos. Latifolia. Mas foemina. Agria Drys.

Ruell. nos.

Hemeris. Erymodyrs. Robur.

Gaza nos. Quercus specialior descripta. Cortex.

Alburnum. Quercus umbra. Foliorum varietas.

Glandis collato cæceteris. Calyx.

Glandis Saviarara. Aculeus.

Pediculus.

Radix.

Descriptio foemina. Folia.

Glandis. Locus.

Foemina. Varietas. Folia.

Glandis.

Perpetua. Folia Platiphyllos.

Andium Galliae gentis agro nascentes, ut, quod Plinio mirum fuit, iam nos mirari desinamus.

Id verò admiratione longè dignius, quod scribit Plin. lib. xvi. cap. vi. probari Latifolia glandem, cuius in balano utrinque ex longitudine extrema lapidescit duritia: meliorem cui in cortice quam cui in corpore, utrumque non nisi mari. Nam cum locum Theophrasti exprimere voluisse videatur, ab eius sensu alienissimus est. Neque enim id melioris glandis signum esse vult Theoph. neque id de Platyphyllo scribit, sed de Phago & Haliphleo. Hemeris arbor est non lævis, sed aspero rimosoque cortice: humilis, non excelsa: non recta, sed contorta: alisque ramorum crebris cavata: materia firma duraque, sed minus quam Phagi, glande post Phagum dulcissima, sed longiore maioreque, imò omnium maxima, è suo calyce brevior ac depressiore facile decidua, tenui longoque pediculo affixa, modò unica, modò gemina dependente, quod illi ex omnibus Quercus generibus peculiare est.

Hæ sunt igitur huius Quercus, quam hic proponimus differentie vel varietates, quas cateri Herbarij præter Dalech. non distinxere.

Cæsalpinus quoque, qui tamen multum circa Quercum sudasse videtur, non manifestum discrimen posuit harum Quercuum. Periti viderint an Theoph. Hemeris sive Placida, (ut ille cum Gaza vertit) & Macedonum Etymodrys seu Veriquercus, ipsi cum Gaza dicta, Plinij item Robur, Quercus, Hemeris eidem dicta, sit nostra Quercus pediculo brevi. Iidem viderint an eadem Cæsalp. Drys, Robur vel Quercus, Theoph. Latifolia Plinij & Italica, Macedonum Esculus, possit esse nostra Quercus cum longis pediculis.

Alias & Cordus Quercus facit differentias: est enim hæc illi vulgaris illa ramosa in latitudinem diffusa glandifera arbor, caudice neque adeò procerò, neque recto, crasso tamen, quam Latini propriè Quercum vocant, Germani Eche, Theodorus nunc Placidam nunc Quercum vertit.  $\Delta\epsilon\upsilon\varsigma$  specialiter vocata Robur est (siquidem Theodoro credendum) nisi enim ita Robur Græci appellerent, non temerè aliud nomen esset reperire, quo eagens eam arborem indicaret. Caudice asurgit Robur recto, procerò, paucisque ramis brachiato. Italis adhuc *Rouer* vocatur, Germanis *Steineiche*, à soliditate quasi lapideam Quercum dicas. Frequentissima est hæc in Hesia arbor.

*Aegilops* Cerrus est, Roboris figuram referens, sed hæc etiam eò tum rectior, tum procerior existit, ramisque non nisi in summitate habens, Germanis *Taneiche* vocatur, quoniam Abietis modo recto proceròque constat caudice. Platyphyllos, est quam Esculum Latini, & *Baseliche* German. appellant, Saxonie sylvis in plano familiaris, hinc latissima folia, unde & apud Græcos nomen. Hæ sunt Glandiferae arbores quæ hoc capite  $\Delta\epsilon\upsilon\varsigma$  *maior* à Diof. nominantur, & propriè vocatas glandes ferunt. A Fago Latinorum dissimillima  $\phi\eta\gamma\upsilon\varsigma$  [Phegus Græcorum] qui ei tribuunt glandem non aliarum modo oblongam, sed rotundam. Fagus verò Latinis dicta, glandem propriè non fert, sed in echinatis pericarpis castanearum more pingues & oleosas nuces, easque triquetras & acuminatas: quæ figura è diametro cum rotunda pugnat. Qui verò Phegum novisse voluerit, montanas lustret sylvas, in quibus provenit hæc arbor. Figura illi non dissimilis Quercui, sed itrigosior & tristior. Glandes fert omnibus agrestibus notas, figurâ rotun-

das: qua nota tanquam præcipua ab aliis glandiferis distinguitur. Porro non licuit hæcenus rescire quo nomine nostri agrestes hanc Phegum appellent. Glandes verò, adiecto rotundarum cognomento, à reliquis distinguunt. Hæc Cordus. Miramur diligentis. Botanicum non observasse differentias, quæ à pediculis sunt, & fructibus, licet abundant in Germania: atq; ut verè fateamur, eius differentie nobis minus perspectæ sunt: Hemeridem Cordi existimamus nostram Quercum cum longis pediculis. Robur etiam eius fortè est Quercus, cui glandes parvæ cum breviss. pediculis. *Aegilops* eius, quæ sit hæremus, quid si ea, quam altissimam observavimus, de qua paulò post, quam non separamus, ab ea, quæ pediculis longis caret? nolumus tamen veram & genuinam antiquorum *Aegilopem* dicere: nec scimus an vera *Aegilops* in Germania proveniat. Platyphyllos Cordi, quæ sit, ignoramus, vellemus eius glandes describas. Quercus sanè vulgaris mirè ludit foliis. Phegon, Cordus cur dicat, figurâ rotundâ, notâ tanquam præcipuâ, ab aliis distinguens, nos latet: quandoquidem Theoph. Phego tribuit fructum dulcissimum, inter alias, glandem, qualem vix puto reperiri in Germania. Considerandum igitur an intelligat Cordus, nostram Quercum longos non habentem pediculos, glande maiori.

Anguil. Hemerida Theoph. & Etymodryn Macedonum apud eundem veram Quercum dicit, quam *Querciam* in Abruzzo vocant: *Chianda Cagnola* in quibusdam Hisp. locis, ubi eius glandes coctas comedunt castanearum instar. Videat lector an eam intelligat quæ est cum longis pediculis: Item an *Fargno* & *Fargni* & *Ischio* eiusdem, quam Platyphylon Theoph. dicit, & à Gaza nunc Esculum, nunc Latifoliam verti, sit nostra cum brevibus pediculis: an verò hæc intelligat Lob. cum scribit uti dictum: Quercus quæ Gallas dat, differentia quædam videtur, Fagus Theoph. Latine *Esculus*, *Fargni* & *Fargno* Italice. *Hargni* Gallicè.

Tragus genus durum Quercus Latine Robur, germ. *Sageichen* & *Eyßholtz* dicitur, ubi Quercum cum longo pediculo pingit; etsi nihil distinguat.

Ad eundem modum Lonicerus distinguere conatur Quercum *Eichbaum* ab eius specie *Sagegen-Eichen* / Robore, haliphleos Græcis dicta. Qui tamen, quamvis ponat duas icones, non demonstrat differentiam inter Quercum & Robur: utraque enim icones representant Quercum, cui glandes cum longis pediculis.

Ryffio quoque in Diof. Quercus,  $\Delta\epsilon\upsilon\varsigma$  appellatur & Hemeris, id est, Placida nostra vulgaris Quercus cum longis pediculis, quantum demonstrat eius icon.

Dodon. in hist. gall. propriam habet iconem quæ eandem videtur demonstrare, quam simpliciter  $\Delta\epsilon\upsilon\varsigma$  & Quercum vocat: in hist. autem Latina fortè vocat Quercum sylvest. *dryeum* & Robur. Non observavit discrimen in nostratibus Quercibus à glandibus & pediculis petito, pro eo exhibet iconem sine glandibus à Lob. & nobis positam, pro Quercus excremento fungoso: tradit hemerim, Quercum, Robore, sive Agresti Quercu sæpè humiliorem, glande maxima & dulci: Quercum passim per Europæ provinciam obviam esse, præsertim Robur: hemerim non ita vulgarem. An verò ipse noverit discrimen, dubitamus.

At Clus. in hisp. quoddam peculiari nomine Robur appellat.

Lapidesces  
Arboris.

Plin. redar  
guntur.  
Theoph.  
explicat.  
Hemeridis  
descriptio.

Materies.  
Glans.

Cæsalp. ta.  
nat.

Quercus  
brevis pedi-  
culo.  
Quercus  
longo pedi-  
culo.

Hemeris  
Quercus  
vulgaris  
est.

Drys.

Robur.

Cerrus  
Aegilops.

Esculus  
Platyphyl-  
los.

Phegus.

Fagus Lat.

Cordus  
notat.

Hemeris  
Cordi.

Robur.

Aegilops  
Platyphyl-  
los.

Hemeris  
& Drys  
dryeum.

Fagus  
Theoph.  
Esculus.

Lonicer.

Dodon.

appellari debeat, difficile [inquit] est iudicare, cum non nulla nota Robori, nonnulla *quercus* attributa, Quercui, per vniuersam Europam notissima, conueniant. Roble in Aquitania dicunt etiam de nostrate Quercu, in cuius foliis Pilula nascuntur. Idem præterea dicit in postrema histor. Hispanos nomen Roble vulgari Quercui etiam tribuere, quæ in Hispaniis frequens est, & montibus Calpi, fretoque Herculeo vicinis semper viret. Quercum etiam propriè Quexigo Hispanis dici & Enzina de Bellotas gruessas à quibusdam vocari, sibi relatum esse. Clusium diligentissimum Botanicum non tradere in vulgari Quercu differentiam à pediculis miramur, ita vt nesciamus, quam intelligat vulgarem: meminit tantum latifolia exotica, de qua paulò post.

Du Choul Quercum in montibus agricolis *Roule* & *Rouure* dici ait, quasi Robur: alibi simpliciter Quercum dixit, & à rusticis Lugdun. *Chefna* dicit. Et rursus *Hemerida* & *Placidam* dicit Quercum putari, quam *Mydion* interpretantur. Videtur autem Quercum cum longis pediculis intelligere, cuius glandis iconem simpliciter glandis Quercus & alia *Hemeridis* glandis nomine expressit.

Sunt, inquit Turn. qui duas Quercus statuunt species, vnam quæ glandes vt Poma Querna ferat; alteram longè minorem vulgari, quæ ad ædificia vulgò vtimur. Nullas sibi in foliis Quercus obseruatas in Anglia Gallas, quas tamen in Italia non tantum, sed & in Prussia Orientali in syluula non procul Auriaco vident. De qua verò Quercu intelligat, non addit. Pingit eam quæ breui pediculo:

In Silesia, inquit Schvv. Quercus vulgaris, sativa, urbana, Δρύς Dioscor. in syluis, collibus, & montibus gignitur. Est etiam Quercus petrea, Δρύς ἄγρια, Quercus sylu. Robur. Lat. *Steineyhe* in collibus & petris frequens, fortius lignum habet & incorruptius cæteris: folia quamuis areseant, per hyemem non cadunt. Et has differentias assignat Schvv. An verò in Silesia nulla alia Quercum differentia offeratur, considerent istius loci Botanici. Casp. Bauhinus apud Matthiol. ponit iconem nostræ Quercus, cum breuibus, aut nullis pediculis pro Theophrasti Quercu latifolia, seu *Platyphyllo*, quam ait distingui in marem & fœminâ. Quercus autem longissimo pediculo ei est *Hemeris Idæorum*, Etymodrys *Macedonum*, *Placida Gazæ*. Huius florem ait in suo Phytopinace à nemine propositum: Camerarius tamen eleganter pinxerat in Hist. Matthiol. Germ. atque Epitome. Vel certè iconem habuerat à Gesnero: iam flores an sint, vel potius Bryon representans iulos, qui in Corylo & Nuce iuglandæ proueniant, considerent alii. Nos eius iconem ponemus paulò inferiùs, titulo *Pilula foliorum Quercus*.

Ex suprâ dictis igitur patet paucos distinxisse Quercum cum longis pediculis, ab ea, quæ glandem cum breuibus fert pediculis, atque aded nullis, ipsis calycibus earum ramis immediatè adherentibus, quæ in quibusdam syluis Comitatus Montbelg. prouenit, vt non longè à pago Charmont, & in monte iuxta Blamontium & S. Hippolitum, & inter Blaumontium & Montbelgardum, vbi & alia cum longis pediculis, quæ ab incolis vocantur *Glans filanis*, quæ passim ferè obuiæ sunt, atque aded vulgarissimæ, videntur, longiores, singulares, binæ, ternæ, ac etiam quinquæ. Earum verò, quarum glandes proximè adherent ramis, gemina conspicitur varietas: vna cum ma-

iorib. glandibus binis aut ternis: altera maioribus ternis vel quaternis, quæ & pluribus, fortè *formina*, & minores glandes fert: Incolæ vocant *Gros Gringeot*, & *Petit Gringeot*. Istarum Quercuum differentiam vix ponere possumus, nisi quis earum quæ breui aut nullo pediculo sunt folia inspicere velit splendidiora, & paulò firmiora.

Cæterum passim in syluis aliisque locis, prædicta nascuntur Quercus, locis præsertim & provinciis Septentrionalibus, sed in Germania & Burgundia, quæ longo est pediculo, reliquis multò frequentior, & fortè etiam melior ac vtilior, ob glandis magnitudinem, quæ cæteris præstat. Nullibi locorum Quercus pulchriores, altiores, rectiores ac sine ramis vidimus, quàm in monte Cherimont ditionis Montbelg. altitudine æquant *Abietes*: dixerit quis ramos industriâ ablatos vt que ad cacumina.

In syluis Germ. teste Gesn. duo tantum genera crescunt: *Eich*, Quercus: & *Bageich* vel *Steineich* Robur. Basiliensem patulam, antiquitate & amplitudine celebrem, antea descripsimus, Est ex eo genere, quæ longos fert pediculos. Vtraque alioqui Quercus ibi vulgaris in syluis, sed eam quæ longis pediculis quidam *Verziden* vocant, fortè quòd subius sit aptior & gratior. Verlin enim iis sues minores dicantur. Quercus quoque obseruauimus Lugduni, Monspelii, & multis Italiae & Gallia locis.

Quercus locis arenosis, macilentis ac siccis confita dilatur.

Pelagos olim locus fuit Quercub' confitus post Neptuni templum quod ad Alaxum est montem.

Mirum, si not. est fabula, quod proditum inuenimus Nuce in iuglandem senio in Quercum mutari.

Circa Thebas quoque est Quercus, teste Plinio. Diutissimè viuit, vt mirum sit ab Aristotele (aut quisquis eius libri sit autor) de plantis dictum esse proceras rectasque arbores minùs diu viuere. Quercus rectissimas, grandissimas, vetustissimas, quarum rationem ne adu'totum quidem aui ac proau'i norint.

Quercus vere quidem germinat, sed tardiùs multis aliis arboribus. Noua folia producit Maio: Glandes maturæ sunt Augusto. Iulos cum flosculis ac glandium rudimentis aliàs Aprilis fine, aliàs Maio obseruauimus. Gallæ proueniunt ætate: mente Septeb. decidere incipiunt, sicut & glandes.

Robur verno tempore casum teredinem sentit, brumâ autem non pandatur, aliàs obnoxium fit vt torqueat se findatque: infinitum refert & Lunarem rationem obseruari. Videtur autem de Quercu vulgata id intelligendū, quæ ad ædificia potissimum ac præ aliis omnibus cedi solet. Luna deficiente tenuissimum Quercum cadere omnes existimant. Quercus quæ Solis beneficio in vniuersum priuata fuerit, quod ad lignum ipsum & fructum attinet, durior est, deterior, & minùs tractabilis: ita quidem vt lignum Quercus à Sole auersæ difficile sit findere, quod Germ. rustici *Winterschleg holtz*, quasi dicas lignum rigidum, hiemisque vicio induratum ac intractabile, instrumentisque renitens, interpretantur. Reliqua habes in superioribus. Δρύς nomine tradunt multi Græcos omne arboris & ligni genus complexos esse, vnde & Vitem *δρυταίον* quidam poëta appellauit. Δρύς autem in specie *Σαρων* Hippocrati, *quercus* verò Theophrasto, vt præterque volunt, Latinis Quercus, Iouis

Differentia in foliis.

Cherimontana speciosa, & altissima.

Quercus Basil. patula.

Pelagos.

Nux iuglandis in Quercum mutata.

Aristot. notatur Act. no.

Tempus.

Cadentis tempus.

Synonyma Linguar.

Roble. Rhysla.

Quercus semper virens.

Clus. not.

Quercus. Chefna.

Mydion.

Dux specier.

Galla.

Quercus vulgar. & sativa. Schvv. Quercus petrea. Δρύς ἄγρια.

Schvv. not. Quercus latifolia.

Etymodrys. Macedonum.

C. Bauhin.

Locus.

Quæ breui pediculo. daum generum.

arbor quibusdam Robur. Quercus, inquit Gop. Latinorum nomen est, sed non minus quam Robur à Cimmeriis siue Ianigeris Romanorum antiquissimis maioribus relictum: à Weer/ id est, defendo: Wercou, id est defendo à frigore. Dicta itaque Quercus à Wercout/vel Wer-hout Germ. Eichenbaum: Gall. Chesne: Ital. Quercia: Hisp. Robre. Bohem. Sub. Belg. Eifenboom/ Eeche. Angl. Ofetree/ vel vt Boreales Eiftree / Allobroges Rhodano vicini Chermillor appellant: Sabaudi, Drylie.

Quercus unde?

Glandis nomina Dryobalanos. Acylos Arist. Fruges Roburnea.

Pilula asinina Quercus Gnac.

Quercera febris.

Vires.

Glans, *καλαν* & *δρυοκαλαν* Straboni, *δρυλ* Arist. [tametsi lignam proprie glandem notare velint] unde manasse videtur origo Germ. vocis Eichel: fruges Roburnea Colum. Hebraeis vt Elias Leuita in nomenclatura sua testatur, *Allonim*: Cullor Serap. vt in vulgatis legitur. Belg. Eechel: Holl. Aefre/ Gal. Gland, Agland. Ital. Chiande. Hisp. Balla. Hung. Mas. Thebaidis fructus, inquit Plin. populari etiam nomine à nobis appellantur *Balanii*. Pilulas illas inutiles, quas foliis & ramis Quercus adnasci diximus. Germ. Eichöpfel vocant. Græc. *δρυοκιδας*, id est, pilulas asininas. German. Efelöpfel. Quercus quoque *δρυς* dicitur Festo, tum quod genus arboris graue ac durum sit, tum etiam quod in ingentem euadat altitudinem. Et Querceram febrem quidam grauem & magnam putant dici, ac cum tremore frigidam. Lucilius:

*Lactame vt febris Quercera,*  
Et alibi:  
*Quercera consequitur febris, capitisque dolores.*  
Et Plautus:  
*Is mihi erat bilis Querceratus.*  
A. Gellius: An tu fortè morbum appellari hinc putas, ægrotationem grauem, cum febris rapida & quercera.

Quercum Poëta duram decantant, rigidam, vmbrosam, aëriam, sublimem, glandiferam, frugiferam, patulam, sacram Ioui, annosam, cauam, Dodonida, amicam Ioui, fatidicam, frondosam, arduam, alticomam, validam, altam, Dodonæam, ramosam, nodosam, frondentem, cariosam, gratam suis. Vires autem & vsus Quercus vulgaris postea tradentur.

QUERCUS LATIFOLIA EXOTICA CLVS. VEL RARA.

Descriptio & locus.

IN Viennensi saltu, inquit Clus. Latifolia amplissimas arbores inueni anno 1578. cuius omnes glandes è longis pediculis dependentes maxima ex parte non modò obsita, sed quasi inclusa erant viridi quadam exerescentia, multis inæqualibus angulis prædita & scabra, quæ resicata, gallarum modo dura & firma erat, quarum etiam vicem explere potuisset. An id vitium illi peculiare sit, & singulis annis recurrat, melater, vt qui semel dantaxat per eam saltus partem iter fecerim. Qui illas partes inhabitant de hac re erudire possunt.

PHEGVS VEL ESCVLVS.

Descriptio

DE Phego & Esculo in superioribus multa diximus ex Veterum placitis. Nunc eam prout hodie obseruatur Dalechamp. descripsit. Phagus siue Esculus brevis est arbor, in orbem comosa, Hemeridis modo, non erecta, minus tamen quam Hemeris contorta, caudice crassissimo: folio quam Hemeris angustiore & breuiore,

obscurius virente, infernè candicante, glande dulcissimâ, terete, longâ, quam Etymodryos breuiore, è breui crassoque pediculo subrectâ, calyci multum eius complectenti tenaciùs harente, in ramorum furculis, ad exortum singulorum



propemodum foliorum vnica, rarè gemina, graciliorequam in latifolia & magis acuminata, aculeo suo magis pungente. Reperitur & in hoc genere arbor, quæ glandem fert superiori omninò figurâ similem, sed crassiozem, altiozem, pleniozem, ob molis suæ pondus, è calyce facilè deciduam. Lignatores huus speciei marem esse volunt, alterum sceminam. Esculus si Virgilio credimus, quantum corpore eminet, tantum radice descendit. Georg. 2.

*Pars autem posito surgunt de semine, vt alta Castanea, nemorūque Ioui qua maxima frondet Aesculus [Esculus] atque habita Græcis oracula Quercus*  
*Altiùs ac penitus terra desigitur arbor:*  
*Aesculus [Esculus] in primis: qua quantum vertice ad auras*  
*Aethereas, tantum radice ad tartara tendit:*  
*erga non hyemes illam, non flabra, neque imbres conuellunt, immota manet, multosque per annos*  
*Multa virum voluens durando secula vincit.*  
*Tum fortè late ramos, & brachia tendens*  
*Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet umbram.*

Cæterum, *ενηδος* Dalech. interpretatur Quercus, quarum glans vesca est.

Multi verò Esculum, Græcorum esse Platyphylion existimant, cuius opinionis sunt Bellon. Curtius & alii. In Traconitide, inquit Bellon. prouenit Esculus, qui à Græcis antiquis vocabatur Platyphyllos, nunc *Velaguida*. Fert glandem magnitudine oui Columbini, quâ possent vitare homines tempore famis: ad gustum enim Castaneæ accedit. Tertium Quercus genus *φινδος* Theoph. vt docti sentiunt. Longè alia à nostrate Fago & Plinii quoque quanquam plerique cum ipso Plinio, nominum affinitate decepti Phagum cum Fago confuderint. Plinius quoque Esculi & Platyphylli tanquam diuersarum arborum eodem loco meminit. Præterea Esculus, vt inquit ipse quoque Plin. rigida nec excelsa est arbor. Platyphyllos, dempta *Ægilope*, rectissima est, & excelsissima, atque ædificiis minus vilis. His accedit glandis discrimen, quam in Esculo dulcissimam esse etymologia indicat, cum ab escu nominetur: Platyphylli glandem non nisi tertium bonitatis gradum obtinere liquet ex Theoph. Non estigitur Esculus Platyphyllos, vt putarunt Bellon. & Curtius. Arrisit Plinio *ενηδος* Fagus, *ἀπὸ τοῦ φανείν*: Cur non & Esculus ab *esca* dicatur, & ab *esu*, vt voluit Seruius?

Ad hanc ipsam Dalech. iudicio posset referri *Quercus peregrina* seu *Mauritanica* Scalig. grandem ferens

Glans.

Varieta.

Mas Esculina.

Platyphyllos.

Sapor.

Plin. aliorumque error.

Aliud Fagus nomen est Plini.

Non est Platyphyllos vt putant Bellon. & Curtius.

Esculus Gnac?

Quercus Mauritanica.

ferens glandem, oblongam, sapore longè dulciorè atque delicatiorè, quàm Castanea: Nam & Hispani, qui arborem *Enzinam* vocant, glandes verò *Velloras*, has ob suavitatem sub cineribus tostas secundis mensis apponunt. Curtius putat à Plinio Latifoliam dictam. Horatius *rigidam Esculum* dixit. Gallis *Escul*: It. *Ischio*: Romanis rusticis *Esculo*. Germanis & Septentrionalibus, vt putamus, incognita. Scribitur à nonnullis *Aesculus*. An de hac *Cardan*. Brasili arbor non magna *Enzina* similis, folium *Quercinum*: est autem *Enzina*, *Quercus* in Hispania genus minus, & non adeò relictum, cuius glandes ob suavitatem eduntur.

Hist. Lugd. duas figuras habet, nos marem tantum assumpsimus: feminam omisimus, quia nulla notabilis differentia quæ figura exprimi possit. Dalechampius sanè suam Phagum siue Esculum, vt ex iam dictis ex Hist. Lugd. apparet, eandem existimat, cum Esculo Bellonii: verum nondum id asserere possumus, cum nobis non constet, quæ sit Phagus Dalechampio, & Esculus Bellonio, qui præter iam citata, scribit Esculum & Cereum dictam Volagnidam, semper vivere. Alibi autem in Insula Lemno circa pagum Rapanidi est sylva Esculi, quæ non excinditur ad ignem, quia in ea colligitur *Velonia* Græcis & Italis dicta: Calycibus & Glande Esculi vtuntur pro adornandis coriis: *Veloniam* non transportant ex insula, reseruant pro suo usu. Item in Græcia & Anatolia præparant coria cum glandibus Esculi, in Gallia autem cum corticibus *Quercus*: inter Hierosolimam & Damascum abundant montes virentibus Esculis. Et, in regione Trachontide provenit arbor *Cocci* & Esculus, à quibus dicta *Platyphyllos*, nunc *Velagnida*, ibi perit ea glans, quia non alunt suos. Tandem, in monte inter Antiochiam, & Amanum montem provenit Esculus & Ilex.

Botanicis diligentibus committimus indagacionem *Volagnida*, Esculi Bellonii, Phagi Dalechampii: nec non opinionis *Casp. Bauh.* apud *Matthiolum* scribentis, Phagum seu Esculum esse Roboris primum genus *Clasii*, de quo mox Hist. Lugd. annotat præterea, Phagum Dalechampii non ubique in Italia provenire, sic nec in Gallia. Frequentem tamen in Apulia esse declarare Horatium. In eo *Allobrogum* tractu quem *Rhodanus* alluit, ad pagum *Ambleneu* nominatum, & lapidinarum antra, gignitur, parua ab incolis appellata.

Observatione quoque digna sunt, quæ *Goropius de Phego* scripsit: *Mirot*, inquit, in Galeno quoddam Phagi glandem acerbam etiam facit: cum & ea olim homines vixisse narretur, & hac etiam nunc tempestate à plurimis comedatur. Mirabilis etiam est tum *Gaza*, tum aliorum in hac arbore error, qui credunt Fagum Latinorum, eandem esse cum Phago Græcorum. Verum *Plinius* eos monere debebat, qui demonstravit, quàm distet Latinorum Fagus à Græcorum Phago. Deinde mirum *Gazam* non animadvertisse, *Plinium* in Roborum generibus enumerandis Fagi nomen nusquam posuisse, cum tamen in iis Phagus Græcorum esset. Quoddam pro phago Græcorum nomen Latinorum posuerit, hoc vno solum indicio constare potest, quoddam Fagi glandem omnium dulcissimam fecerit, quam laudem Phago *Theophrast.* ascripserat.

Fabule, inquit *Theophrast.* celebrant *onyxos* in Ilio, supra tumulum Ilii. *onyxos* in aqua permanere potest incorrupta, madefactaque melior reddi videtur. Fructum reddit Autumno. Esculus similiter provenit, (inquit *Plin.* quod de Tom. I.

*Quercu Colum.*) sicuti *Nux*, casura triennio senior (Ceditur autem *nux* eodem autore, intra septimum annum) nimis (minus *M.*) morosa nascitur In quacunque terra feritur, nascitur è balano, sed non nisi Esculi, scrobe dodrantali, interuallis duorum pedum, sarritur leuiter, quater anno. Hoc pedamentum minime putrescit, casumque maxime fructicat, vel vt *m.l.* habet, fructificat: hoc est, vt *Dal.* explicat, quanto sepius ceditur, tanto fruticosior planta in Querceto resurgit. De hac sanè potissimum intelligendus *Plinius* videtur, cum ait: Glandes opes esse nunc quoque multarum gentium, etiam pace gaudentium, constat: nec modò inopiã frugum arefactis molitur farina, spissaturque in panis usum. Quin & hodie per Hispanias secundis mensis glans inferitur: Dulcior eadem in cinere tosta. Esculi tamen glande, vel sub prunis cocta, vel in aqua elixa, cum vescuntur rustici, grauitate capitis tentantur, & veluti inebriantur, non aliter quàm qui *Lolium* panis commixtum ederint, teste *Dalech.* Præterea Phagus materia est robustissima, & putredini minime obnoxia, id quod de *Quercu* dixit *Plin.* Fortius lignum *Quercus* habet, & incorruptius, cum id *theophr.* peculiariter scripserit *Theophrastus*.

## ROBUR. I. CLVS.

Nunc Roboris differentias, vt à *Clus.* obseruata & in historias relata, dicemus. Roborum prius *Quercu* nostrati admodum simile est, & robusta materie, sed humilior, & caudice magis contorto, frequentibusque ramorum alis cauo: folia eiusdem iudicio, magis sinuosa & incisa, quæ non ita virent, vt in nostra *Quercu*, sed (auerfa præterum parte) molli tanquæ lanugine pubescunt. Hoc Robur *Clusij* cenlet *Casp. Bauh.* vt dictum est, esse Phagum siue Esculum. Antiqui scriptores, vt prodidit *Fest.* *Pompeius Roborenium* pro Robore dicebant. Dicitur ita eodem autore, quod plures rufi coloris venas habeat, nam ruber color quasi rufus est, cuius coloris est bos. Totam ossiam Roboris materiem dicit *Plin.* & Robur quoque à duritie vocatam hanc *Quercus* speciem volunt. *Melandryon* medullam Roboris esse volunt. Ea vox apud *Plin.* herbam denotat in segete ac pratis nascentem: aliqui sequentes *tyro.* eius, pro quodam Roboris vel *Quercus* genere sumunt. Idem est, ac si *nigram Quercum* dicas. Frequens est primum hoc genus in celsis *Castellæ* veteris montibus atque etiam in *Aquitania* supra *Burdegalam*, vbi etiam *Roble* dicitur: tamen si idem etiam nomen nostrati *Quercu* (quæ in Hispaniis frequens est, & montibus *Calpi* *herculeo* vicinis semper viret,) Hispani tribuant.

## ROBUR II.

*Clus.* in Pannon. Robur primum siue latifolium, & in hist. post. secundum, *Quercus* ferè magnitudine in Austria, Styria & Pannonia crescens, strigosus est *Quercu* ligno duriore, folio minus amplo, altera parte nonnihil incano, exigua glandem fert: incolæ à duritie *Steineichel* appellant, hung. *Bemenischer fa*, nonnulli *Musfal*. Considerandum verò relinquimus, quantum hoc robur differat à nostra *Quercu* vulgari cum glandibus sine longis pediculis minoribus.

## ROBVR III. CLVS.

Descript.



Galla eiu.

**R**obur tertium Clusio siue Quercus tertia in Hispan. humilior est, & interdum humanam altitudinem non excedens, alioqui priori omnino similis, tum facie tum foliorum forma canitieque, vt videatur illius pumum genus esse. Fert hæc prægradem Gallam, exigui Mali magnitudine, adeo copiosam, vt aliquando ramulum vix palmum

superantem nouem aut pluribus Gallis onustum collegerit Clus. inhærebant ea gallæ ipsi ramo contigua ferè, sed sine vilo ordine, rotunda quidem & veluti Sphærica figura conspicua, sed aliquot tuberculis resperæ rubent ea cum sunt recentes, præsertim ea parte quæ Solem spectant. Inueniuntur & in huius folijs interdum pillulariis similes, quæ in nostratum Quercuum folijs nascuntur. Eius Gallam, maiorem vocant Lob. & Dodon.

Pillula.

De præcedentis Roboris fortè Galla annotat Clus. apud Garciam sequentia. Garcias scribit. Iambos fructum Indicum similem esse magno gallis recentibus, quæ Lusitanis *Poma de Cuquo* nunc cupantur, cum in odore, tum in colore: Nisi noster Garcias gallas illas maiores, quæ in Robore passim per Hispaniam & Lusitaniam nascuntur, intelligat per *Bugalhas grandes*, quid sibi velit, ignorare me fateor. Cæterum eas exigua pila palmaria maiores nunquam vidi, colore pulcherrimo rubicantis dum recentes sunt, & odoratas. Vel fortè prægrandes illas iuglandes vult, quæ vulgaribus duplo maiores sunt: quandoquidem vulgares suo operimento nudatas, *Bugallio* appellare videatur, cap. 20. de Maci lib. 1.

Locus.

Multis Castellæ veteris montibus frequens est, & plerumque numerosis ab eadem radice stolonibus fruticat. Harum ramis contortis, deinde fissis & exsiccatis tadarum loco rustici vtuntur nonnullis veteris Castellæ locis, præsertim circa S. Martinum del Castanal.

Vsu ad tadas.

## ROBVR IIII. CLVS.

Descriptio

Folia. Galla.

**I**n arborem excrescit pusillam Robur quartum Clusii, eius item folia minora sunt, duriora, angustioraque, nec adeo profundè incisa & sinuata, sed veluti aculeatis denticulis tantum serrata, infernè quidem candicantia, sed nulla molli lanugine resperfa. Frequentem etiam ista alit Gallam superiori similem, & tuberculis acutis



ornatam, pallidiorè tamen colore. Galla maior altera Lob. Tabern. *Sagcichen* tertiam vocat.

## ROBVR V. CLVS.

Descriptio



**P**riori ferè simile est, sed stolonibus breuioribus, & magis contortis, rugosiorèque cortice: galla item extremis ramulis nascuntur, alijs minoribus, laues & sine tuberculis, colore ex rufo nigricante, iis quæ in Offic. venales reperuntur perquam similes.

Galla eiu.

Nascitur vtrumque hoc genus in Lusitanæ solitudinibus itinere Vlyssiponensi, non procul Eboræ, & ab incolis *Carualla* nuncupatur.

Locus.

Nascitur in Austria & Pannonia: nullum tamen eius nomen vulgare intellexi: sed rustici cum secundo confundunt.

## ROBVR VI. CLVS.

Descriptio

**S**extum humile genus est, nec humanam altitudinem excedit, fruticis potius, quam arboris nomine donandum: tenuibus & lentis ramis, folijs secundo ferè similibus, sed minoribus, nec adeo sinuosis, minorum gallarum quæ plerumque binæ, ternæ, aut plures simul nascuntur, admodum ferax.

Nascitur in Austria & Pannonia: nullum tamen eius nomen vulgare intellexi: sed rustici cum secundo confundunt.

Locus.

## ROBVR VII. CLVS.

Descriptio

**I**nuenitur & septimum quoddam Roboris genus (nisi quis ad Quercum referre malit) inter Rio frio & Aldea Galega solo arenoso non procul Vlyssipone frequentissimum, adeo humile vt raro pedem magnitudinis superet: ramuli tenues &

Locus.

Hoxi

Folia

Gland.

Sapor.



flexibiles vulgaris quercus virgulis simillimi: folia ad proximè descriptas accedunt, sed aliquantum maiora & molliora. Hoc fert glandem quernæ vulgari haud minorem, interdum etiam crassior, Calyce planiore, admodum amaram. In reliquis generibus nullas glandes observavit Clusius, præterquam in secundo. Dodon. in hist. Lat. quercus humilis nomine ponit iconem Clusii, quercus humilis fructus specie, fronde Ilicis molliore Lob. Dalech. in 5. Tabern. His omnibus Roboris differentiis Clus. vires eas quas Dioscor. ad *Spy* in genere, refert, quas postea dicemus.

CERRI GLANS, AEGILOPS ASPRIS  
THEOPHR. PVTATA.

Descriptio



Folia.

AD manum nobis cum sint illi ipsi Cerrici rami ex quibus Dalech. iconem suam [quam minus artificiosè pictor expressit] curavit delineandam, novam damus figuram & descriptionem, quam possumus ex ipsis ramis maxime fidelem. Folia habet vulgaris quercus, sed ut longiora, ita in tenuiores alioresque lacinias diuisa, licet sit, vbi & foliis

ludat, si rectè iudicamus ex ramis, quos munere Dalech. habemus, quibus subinde folia proprius ad quernæ vulgaria accedunt, superius lucida, subtus autem cineracea. Cæterum proximè ligno adhærent, calycibus hispidis & senticosis insidentes, vnciam latis, glande tamen nondum matura, similibus planè calycibus quercus Burgundicæ echynato Calyce. An verò sit eadem cum Cerro magno Calyce à Lobelio picta, ambigimus.

Equidem à Valerando Dourez Calycem glandis maximæ habemus, cuius magnitudinem non capiebat tabella nostra, quem maximam glandem è sinu suo protulisse ipsa cauitas indicat, ut quæ sciscunciam in diametro habeat, paulò minus altum, quem vndique crassa, rigidaque creberrima

Tom. I.

spicula obuallat, præruptæ rupis fragmenti æmulum, non minùs ternis vnciis in diametro habentem, internè hirsutum: habemus & minorem occlusam eò modo quo pingitur à du Choul & Lob. eiusdem magnitudinis quæ eorum figura. Sunt nobis etiam glandes nostris vulgaribus duplo aut triplo maiores. Cerrus, Gallisignota arbor, cui eam ob causam nullum ab eis nomen positum est ac ne Italiæ quidem magna ex parte nota, ut ait Plin. In summam altitudinem crescit in Græciæ & Hetruriæ syluis, incultis amica, rectissima, leuissima, & materiâ per longitudinem robustissima, ad sustinenda suspèdendaque ædificia firmissima. folio est crasso, amplis incisuris laciniato. Sterilis non est, ut quidam putauerunt, sed est glande tristi, horrida, rotunda, ac velut obtusa, amarissima adeoque insuauis, ut eam præter sues, nullum animal attingat, ac ne ea quidem, si aliud pabulum habeant, ut & Theophrast. prodidit, qui addit caput mandentium dolore afficere, quod tamen de Haliphlœi glande perperam scripsit Plin. Calyx glandis eam ferè totam complexus, rigidis, latis, in cinereo candicantibus aculeis echinatus vallatusque est, non, ut Plin. ait, ceu Castanæ, (unt enim hi crassiores & rigidiores multò. Glandes cerreas Calycibus suis contactas ex Cipro, Chio, aliisque Cerrorum ferilibus locis negociatores interdum conuehunt, Gallones alii vocant, alii Valonia. rotas sicca supra corticem super est, toto.

Quercus *A'glotis* inquit Lob. in Aduers. siue præcella, dictæ Cerris Plinii, tristi prægrandi echinata glande: quæ itur Pesarò Romam publica via visuntur cellissima, alibi minùs peruiæ, nec valdè notæ hodie: cuius glandes prægrandes capulum habent echinatum, ambitu squamis præduris sibi mutuo incumbentibus, horridum, magnitudine ferè Echini marini, valdè crassum: Folia maiora multò, eadem alioquin Quercus. Et in obseru. Valerandus Dourez, Instinopoli Venetias rediens ramulos quercus duorum generum asportauit, quibus me donauit. Vterque, inquit, quercui nostrati admodum assimilatur, folio & ligno, sed glandes ipsi ramo inhaerent: Vni qui minor Calyx hispidus & molliter echinatus, Ilicis subpar, alteri vetò glandes prægrandes calycem habent echinatum, ambitu squamis præduris sibi mutuo incumbentibus horridum: valdè crassus est. Folia maiora, eadem alioquin quercus, huius speciei obseruasse memini publica via qua itur Pesarò Romam &c: alibi minùs obuias nec valdè notas: è cuius tamen prægrandi & duro Calyce glandes non exerebat, sed claudebat, fortè quia immaturæ erant. huiusmodi folia & glandes liberalissimè communicauit Dalech. qui Cerrim Plinii me docuit.

Hæc Lob. quem non satis intelligimus. In Aduers. posuerat descriptionem Cerris visæ in itinere Pesarò Romam: postea in Obs. repetit, eandem nomine Valerandi, apud quem viderit, ac eius quam vidit Romano itinere speciem facit: figuram apponit in Obs. sub hoc titulo, Cerris Plin. maiore glande Adu. 431. Hæc figura quæ diuersa à Dalech. Cerrici figura: vix videtur differre ab altera, cui Lobel. titulum fecit Cerris Plin. minore glande, & Calyce molliùs echinato, nisi sit lusus naturæ, de quo nostra suspicio in descriptione: Cerris glans immatura, quam & Hist. Lugd. & ante hanc Lobel. etiam proposuit. Theophrast. montanis *α'γλωτ*: Macedonibus *ασπει*: Gazæ Cerrus & nobis adhuc Cero & Calix Vallania, inquit Anguil. Hist. Lugd. cum

Glans minor. Glandes magna.

Cerrus Plinio.

Locus.

Arboris descriptio.

Glans Cerris.

Plin error.

Alter Plin. error.

Gallones. Nallonia.

Aegilops. Cerris. Plin.

Locus.

Cerrus Plin.

Aegilops.

Aspris.

*Aegilops Idæorum.*

Dalechamp. Quercus 4. genus facit, item Aegilopa Idæorum, Asprin Macedonum, Cerrum Latinorum. *Cerrus* Plin. maiore glande Lob. qui & aliam immaturam habet, vti dictum. *Cerris* Plin. 1. *Frembd Eichbaum*, Taber.

Vfus & Vires.

Collectio- nes & ab- scissus. Partium debilitas, Contra scorpiones.

Vfus Calycum ad inficiendos atro colore pan- nos, Gallarum vice. Sed ex illis tinctura dilutior, fugacior, viliorque est. *Cerri* folia & cortex, & glans, authore Plin. siccant collectiones, suppura- tionisque fluxiones sistunt. Torpentes mem- brorum partes corroborat [ post vsum calefacien- tium & siccantium ] decoctum, eius fotu: cui & insidere expedit, siccandis adstringendisque par- tibus. Radix *Cerri* aduersatur scorpionibus.

### GLANDIS MAGNVS CALYX.

Descript.



Inter fructus imissos à Iacobo Gareto, [ inquit Clus. Exot. lib. 2. cap. 16. ] magnus erat glandis ille calyx, qui ab Anglis ex *Windecaow* relatus, Londino ad me mittebatur, etenim se- cuncie latitudinem, & vncie profunditatem habebat, durus admodum, & multis squamis hispida firmisq; ob- situs, ex cineraceo fuscis, internâ parte ad

glandis vsque sedem breui, molli- que & veluti fericeâ lanugine cineracei coloris fultus, cuius glans [ quæ mihi non conspecta ] ingens fuisse debuit. Schedæ quæ hic calyx inuolutus, adscriptum erat, Hic calyx glandis ex *Wingandecaouu* allatus fuit: propterea eum esse suspicabar, quem *Virginensis* Historiæ scriptor *Mangummenau* appellari tradit, cuiusque glandes ab incolis desiccari, vt facilius conseruari possint, deinde aquâ macerari & decoqui, vt in cibum cedant cum piscibus vel carnibus, tam ministris quàm ipsis patribus familiâs, vel variandi cibi gratiâ, vel ob panis penuriam. Hæc Clusius: Nos nescimus in quibus hic calyx differat à nostro *Valerandi*, quem *Icone* expressum exhibemus, vel etiam ab eo, quem *Lobelius* exhibuit *Obs. & Icon. Plant.* cum inscriptione: *Cerris glans immatura*. Illius etiam glandis & calycis iconem, proposuerat *Io. du Choulin* suo libello de *Quercu*: Lectores historiæ *Cerris* diligentius perpendant, quum arbores videbunt.

### QUERCVS BVRGVNDICA, CALYCE HISPIDO.

An *Haliphæos putata*, & *Cerrus femina* Dalechamp.

Descriptio glandis.

EX *Burgundia* glandes accepimus, non multò, vulgaribus maiores, aut certè pares, quamuis Calyx paulò maior, interim, echinatis spiculis



non rigidis tamen, satisque longis horret, eo modo, quo *Cerri* nobis descriptæ, atque ternas & quaternas proximè iunctas, non tantum singulares, extremitati ramulorum ad- hærentes: folia verò parum nobis à vulgaribus differre apparet, nisi quòd accedere videantur ad colorem foliorum *Quercus* pediculo breui vel sine pedicu-

lis: nec malè hæc nobis conuenire videntur cum *Haliphæo Cerro* fœmina Dalech. & Clusii *Cerro*. Ne tamen fortè Lectores fallantur, addimus & Dalech. descriptionem.

*Cerrus* fœmina, inquit, caudice assurgit pro- ceo & recto, cortice subcæruleo, ramosa quidem, sed ramis latius non porrectis, nec extensis, vt *Quercus*, imò breuius, nec ita in multos furcu- los diuisis, vt tota arbor aspectu tonsa & putata similis sit. Folia habet *Cerro* similia, longiora, angustiora, & multò nigriora, per latera incisuris minùs latis sinuosa, interuallo quod iacet inter margines lacinarum minùs patente, infernè superneque subaspera, tactu duriora, hyeme deci- dua. Glandes profert aliis glandiferis minores, excepta *Ilice*, non longas ac teretes, sed orbicu- latis, & aliquantum compressas, *Cerri* maris mo- do, ex Calycibus suis parum exertas, qui spinis longis, flauis, gracilibus, densis, hispidi sunt, *Castanearum* instar, nec tamen ita rigidis, erectis- que, sed nec crassioribus spinarum mucronibus armati, vt in *Cerro*. Calyculi hi quibus continen- tur glandes bini plerumque ad singulos exortus, breuissimo pediculo ramis & furculis ad- hærent. Radicibus nititur validis, non recta deorsum ac- tis, sed vndique per transversum terram in ob- liquum comprehendentibus. Cortex ligno pro- prior cum in ramis, tum in caudice & radice vehe- menter adstringit: folia remissius: Glandium calyces facultate cortici respondent. Glandes ve- hementius adstringunt & amaræ sunt: quare etiam à portis negliguntur, nisi aliud desit pabu- lum. Materia arbori robusta & dura.

Considerandum nunc An non eadem Clusii *Aegilops Cerrus* sit: quæ occasio vt hic iungamus historiæ integram ex Clusio: *Quercus*, inquit, genus, non modò in *Viènenfi* saltu, sed etiam in plerisque *Pannoniæ* syluis frequens est, eadem altitudine quæ vulgaris *Quercus*, atque etiam cel- siore assurgens, caudice erectiore, corticèque crassiore, & magis scabro: folia frequentioribus incisuris, sed minùs altis diuisa habet quàm *Quercus*, longioribus tenuioribusque pediculis in- herentia, ramulos breuiore, frequentibusque no- dis obritos, gemmas minores, & aliquot gracilibus foliolis ceu staminibus aut villis septas: Calyces breui, crassoque pediculo annotinis ramulis adnatos, non in foliorum alis, omninò hispido, & molliter echinatos, in quibus glans est *Querna*, paulò breuiori & ob- tustiori

Folia.

*Cerrus* fœmina. Descriptio arboris.

Folia.

Glandes.

Radix.

Cortex. Sapor & qualitas.

Materia. *Aegilops* & *Cerrus* Clusii. Locus.

Folia.

Calyx.

Glandis.



tusiori mucrone prædita, quæ autumnno maturitatem consequitur. Adherent interdum inter folia, multis veluti squamis constantia capita. Rustici & materia caesores optimè eam à Quercu vulgari distinguere norant: illius materiem candidiorem laxiorèmq; & ad opera minùs aptam censentes. Huius Cerri crassiorum atque etiam tenuiorum ramorum, ac libralia interdum fragmenta in lapides commutata, atque aded matrice in nigrum silicem conuersa [superficie tamen candida & friabili remanente] atque naturales ipsius ligni venas, orbis reliquàmque formam etiamnum retinentia, non modò eruta conspexit Clus. & Ill. Herois Dom. Balth. de Bathyan munere habuit, sed seipsum etiam legisse meminit in môtis Eysenberg vulgò nùcupati & Pinkæ fluuio Pannoniæ imminentis accliu, quà ad vallem Pinckathal ab eiusdem fluuui eam perluentis nomine nuncupatam, descensus est atque ad Austrum *δυσβόρον* spectat. Obsitus olim is mons fuit [quemadmodum adhuc vicini] Quercus & Cerri arborum syluis, nunc verò vinctis generosissimi vini feracibus.

Materia.

Lignum la-  
pideum.

Locus ubi  
tale crescat.

Synonyma

Aegilops.  
Theophr.  
Cerrus  
Plin.

Haliphloos  
Theophr.

Gaza su-  
gill.  
Drys 4.  
Theophr.

Locus.

Vites &  
Vitis.

Quercuum  
in genere.

Celiaca.

Dysenteria  
sanguinis  
spum.

Menses.

Vrinam  
aut gland.  
dit.

Nona.

Cerris Plin. minore glande & Calyce molliùs echinato Lob. & Quercus Iustinopoli allata à Valer. Doures, calyce minore hispido eidem. Clus. iudicio *αγρίλω* Theophr. est, Cerrus Plin. Quercus genus cum calyce hispido. Quercus Pannonica latifolia, & rectiùs Cerrus. Camer. Quercus 5. genus Dalech. apud Hist. Lugd. Haliphloos Idæorum & Macedonum, Cerrus fœm. quorundam, Italarum *Farnia*, Gallis *incognita*, Latino nomine caret: quare Plin. Græcum semper vsurpauit: Gaza ineptè *Salsicorticis* nomen finxit. An Cæsalp. Quercus 3. in Hetruria *Farnia*: Dryos 4. genus Theophr. Fagus, *Farnia* in montibus, Maced. Fagus: Cerris Plin. altera Taber. Dod. iconem habet Lobelii, nomine Aegilopis, minore glande, verùm nihil vltra. Caspar Bauh. præter Cerrum magno calyce echinato, duas alias tradit his verbis: Quercus calyce echinato altera, Haliphloos Idæorum & Macedonum, Cerris Plinii minore glande Lobelii, cuius lignum sæpè lapidescit: Huius etiam species in Burgundia reperitur minor, calyce valde hispido, quàm apud fratrem Io. Bauhinum vidimus. Copiosè nascitur in Apénino, & in Burgundia quà itur Vesuntio Dolam, vnde nobis Nobiliss. D. Frid. Cappler gubernator Insulæ oppidi, dicti *L'isle* attulit glandes & ramos, quos tamen iam priùs in pileo cuiusdam videramus. Glandes in hortum E. C. VVirt. Montb. feri curauimus, spe bona nascituras. Proderunt quidem aliquot, ast vna solummodò remansit quæ pluribus annis à nobis culta tandem glandes protulit: sed non quales sperabamus. Fuerunt enim cum longo pediculo, & calyce non echinato. Nec propterea imaginamur nobis metamorphosim aliquam veteribus & recentioribus consuetam, sed suspicamur cum illis glandibus alias fuisse admixtas.

Sed nunc vires Quercu in genere recitemus. Quercus omnis (possis & dicere, omnibus suis partibus) autore Dioscor. astringentiam vim habet: *Δρὺς πᾶσα συσπικνύει χεῖρ δὲ γαμιν* maximè verò astringit membranacea tunica, quæ corticem & caudicem ipsum interioret: similiter & ea quæ circum glandem est sub putamine. Harum autem decoctum datur Celiacis, dysentericis & sanguinem excreantibus. Eedem trita fluxione laborantibus fœminis in *πεσὺς* subduntur. Sed & glandes eosdem effectus habent: vrinam quoque cient, & si comedantur, capitis dolorem in-

ducunt & flatus efficiunt: esitate verò virus eiaculantium icibus resistunt. Earum quoque & corticis decoctum contra toxica prodest, ex lacte vaccino potum. Crudæ autem ac intrita inflammationes illitu leniunt: cum axungia verò suilla falsa, ad malignas duritias & malefica vlcera conueniunt. Hipp. ad suffocationem matricis in suffitu vitur foliis Quercus.

Eadem penè & Gal. confirmat, qui sic habet: paucis immutatis & additis aliis nouis. Quercus (*δρὺς*) partes omnes, astringentis qualitatis participes sunt. Sed plus tamen habet quæ in truncis cortice membrana subest, tum quæ sub glandis ipsius calyculo, ea videlicet quæ fructus carnem conuestit. Quamobrem ad profluuium muliebri, & sanguinis exuptiones tum Dysenterias & diuturnos ventris fluxus commodà esse credunt. Maximè verò vtuntur eà decoctâ. Valentiùs tamen astringunt Phagus & Ilex (*φηγὸς ἢ πεύθε*) seu quis eas species *δρὺς* velit, seu toto genere diuersas. Quin & folia harum plantarum tenella illita strenuè desiccare valent, minùs autem quæ sunt alterius *δρὺς*, nimirum quantò minùs fortita sunt astringentis. Siquidem ego quandoque glutinasse me vulnus memini, securi infictum, cum nullum adesset ad manum medicamen præter ipsius Quercus folia: Terebam ea in læui petra, & vulnus omnemque vicinum locum contexi. Eandem cum foliis vim habet & fructus *δρὺς*, eoque medici nonnulli ad incipientes & crescentes vtuntur phlegmonas. Nam quæ iam vehementes sunt, astringentia respuunt. Desiccatur igitur & astringit Quercus: excalfaciendi autem pauld infra media, in genere scilicet eorum, quæ [vt sic dicam] tepida sunt. Medius cortex Quercus inquit Matthiol. & tunica interior glandis, in aceto & aqua decoctus, & supra ignem sacrum impositus, calorem tollit. Mulieres quæ vrinam difficultat reddunt, carbones Quercinos candentes aspergunt vino, & per infundibulum vaporem in vterum recipiunt. Ad ardorem ventriculi sume folium quercinum, supra linguam ponas, humiditatem quæ exprimitur ex eo, deglutias, iuuabit. Folia Quercus imposita feruidis pustulis, calorem compescunt & sanant. Mulieres quibus menstrua redundant, folia Quercus decoquunt in aqua, ac inferiores partes fomentant. Eodem modo & glandes administratæ iuvant.

Folia & cortex ac calyces glandium sicci, sunt ad tertium vsque gradum astringentes, vt vult Dod. eiusdem etiam temperamentis sunt glandes, nisi quòd calidiores & minùs astringentes. Cortex quercus in puluere tritus, vtilis est puerulis aduersus vermes. Valet etiam ad gonorrhæam. Io. de Monte experimento glandes contusæ & pota vrinam promouent: mirum quàm id vi, quàmuis idem & Dioscor. dicat. Aqua è tenera ac recēs prorumpente Quercus fronde, aut immaturis glandibus destillata, iisdem donata facultatibus, quibus decoctum, pueris maximè in commemoratis affectibus exhibenda. Iocinoris defluxiones sistit, renum calculos comminuit, si Matthiol. credimus & mulierum alba profluua cohibet.

Decoctum ligni quercus inquit Lonic. mixtum cum vino & potum, vtile est sanguinem spuentibus: Aqua medio Maio ex iuuenis Quercus foliis destillata, & singulis vicibus ad drach. iij. pota medetur profluuiio albo laborantibus, pùsque excreantibus &c. Non probamus quod scribit propellere sanguinem concretum, nec etiam in punctationibus lateralibus, nec in calculosis.

Toxica.  
Inflammationes.

Suffocatio  
matricis.  
lib. 6. simpl.  
med.

Vulnus.

Experimentum Gal.

Phlegmonis  
cura.

Temperã.

Ignis sacer.  
Vrina difficultas.

Ardor Ventriculi.

Feruida  
pustula.  
Menstrua  
superflua.

Vermes.

Vrinam cit  
Aqua stil-  
lat. Sic.

Hepatis  
defluxio.  
Menstrua  
alba.

Dysenteria  
pestilens.  
Haustus  
et vetus  
Genen.

Horstius ad Dysenteriam pestilentem praescribit aquam foliorum Quercus & decoctionem cupularum glandium cum Amygdalis. His qui a venenatis animantibus aut serpentibus morfi, vel icti fuerint, qui venenum hauserunt, vel cantharidas biberunt, ita ut sanguinem mingant, glandes in puluerem redactas bibant, ac sentient opem, Tragi experimento.

Sanguis  
Calculus.

Quidam glandes aridas aduersus calculum exhibent, quo successu, nescimus. Quidam & cereuisiam ex foliis Quercus parant, eaque vtuntur in Dysenteria pro singulari experimento, ut scriptum reliquit Placotomus de natura Cereuisiarum. Neque id ratione caret. Adstringendi enim facultate cum polleat, & aluum sistere, & praedictis plarisque affectionibus accommodari. Eodem teste, corroborat ventriculum, iuuat retentionem, prouocat vrinam, & quibusdam Dysuria laborantibus praesentem fert opem.

Dysuria.

Sputum  
Sanguinis.

Quidam aduersus sputum sanguinis decoquunt folia Quercus in aqua plantaginis, & bibunt, teste VVittichio. Folia Quercus tenera & rubicunda vino decocta, collutu ac gargarisatu, dentium dolorem sedant a fluxionibus obortum, sed saepe hoc decocto calido os colluendum, quo experimento nos saepe felicissime vfos fuisse, etiam in inueteratis dentium doloribus, testamur. Cupularum & corticum arboris decoctum, idem praestat.

Dentium  
dolor.

Experi-  
mentum.

Canella co-  
riariorum.  
Ad coria.

Ex vicinis locis Montbelgardo & Bessfordia solent adferre cortices, ex iunioribus potissimum Quercibus vulgaribus detractos, & in scobem fere tritos, quos plarique Canellam ironice vocant Coriariorum: iis enim sua coria preparant: Prontruteses, prout nobis indicatum, sua coria parant cum corticibus Abietis, verum ea coria aiunt non ita firma, sed molliora.

Bobus pa-  
bulum.  
Serpentes  
necat.  
Hydri mor-  
sus.

Querna folia exhibet Bobus in pabulum Columella. Quae Cato non perarida animalibus dari iubet. Democritus vero apud Apstyrum, serpentes emori, iniecta fronde Querna dicebat. Radix etiam minutatim contrita, contra Hydri mortum prodest, cuius decoctum, cum vaccino lacte potum, contra toxica valet, & serpentis plagae illinitur. Carbunculum autem, querneus tritus carbo cum melle sanat. Adeo in rebus quoque damnatis, ut eleganter Plin. ac iam nullis, ut in hoc carbone, aliqua sunt remedia. Ligni Quercuum eiusque differentiarum vltus diximus supra in differentiis Veterum.

Adtre-  
mes.

Addantur & ista. Cyprii, inquit Theophr. carinam tremeibus Quernam subiiciunt, ut cum in terram attrahitur resistere possit. Nauibus onerariis Piceam atque Quernam [*δρυϊνον*] subiungunt, cum extrahendas aedificant. Nec Piceae nec Abietis Quercus conglutinari valet: altera enim spissa, altera rara, altera materie aquabili, [*ομοια*: similis Gaza ad verbum,] altera nequaquam. Roboris materiem pro ridicis commendat Cato. Carbones optimos, ex *δρυος*, tanquam materie spississima fieri, auctor Theophr. solidissimos etiam esse ait, & efficaciores caeteris.

Carbones.

Matth. im-  
probatur.

Cur a Matthiolo laudentur Carbones Quercini ligni pro mulieribus vrinam difficulter reddentibus, nescio, sunt carbones aliarum arborum, qui praerendi videntur: nos praeterea contra toxica assumpta, non velimus exhibere decoctum corticis Quercus, licet praescribat Diosc. potissimum in principio, si tamen vomitus, vel fluxus alui multum vexent, reiecto toxico per vomitum, vel aluum prodesse tunc posse existimamus.

Scandula, tradente Plinio, e Robore aptissimae, mox e glandiferis aliis, Fagisque.

Goropius vir multae lectionis, & admirabilis antiquitatum vestigator tradit Crucem Christi fuisse ex Quercu, non ex variis lignis, ut quidam prodidere. Ideo & alibi, Quercus lignum, vitae appellat. Xerandiliae, eodem teste, in pede montis Vaccae faces parant ex bacculis Quercinis excorticatis & contulis.

Nec praetereundum Alexand. Macedonis inuentum seruandae niuis in scrobes, vbi ea fit, coniectis e Quercu ramis. Roboris cunei vsum ad emendam Amygdala arborem vitiosam vide cap. de Amygdalo.

Sane Quercini ligni vsum nemo facile declararit. Vix enim aliud habeas in hoc nostro orbe perennius, quodque ad plures vsus necessarios accommodari possit ac soleat, ut ad aedificia, naues, & instrumenta tam ea quae in terra quam aquis vsui esse possunt. Fiunt & ex ea dolia vinarum caeteris omnibus praestantiora, immo vel sola ferè bona. Vetustate nigrescit. Si Querno cinere murium aditus obturentur, eos scabie confici ac deinde perire proditum est.

Sed glandium vsus quoque praecipuus, quarum appellatione Vlpianus & Caius I.C. ti censent omnes fructus contineri, ut Juglandes, Diuglandes, & Iugli, quoniam iis homines quondam vuebant. Qui frugibus repertis vscuntur, glande obrutuisse, prouerbio antiquo iactatur. Primum tamen homini cibum inde fuisse, inter omnes penè conuenit: Virgil. in Culice.

*Quercus ante dat a Cereris quam semina vitae  
Illas Triptolemi mutauit sulcus aristas.*

Et alibi:

*Heu magnum alterius frustra spectabis aceruum  
Concussaque famem syluis solabere Quercu.*

Lucretius:

*Glandiferas inter curabant corpora Quercus  
Et sedare sitim, fluij, fontesque docebant.*

Boetius.

*Nam qui lingua negantibus  
Sulis semina credidit  
Eli sus Cereris fide  
Quernas pergat ad arbores.*

Theocr. Schol.

*Et terram calcans propriam ne desere Quercus.*

Glandium cibus tam frequens olim Arcadibus fuit, referente Pausania, ut quo tempore monuit Apollo Lacedaemonios, ne Arcades bello lacerarent, hunc illis victum e glandibus attribuerit.

*Glande satur multi a obfister tibi plurimum Arcas,  
Nostra tuis non sunt contraria numina ceptis.*

Pelagus cum regnare cepisset, primum quidem rudes homines docuit tuguria facere, ad frigoris imbriumque & aestus incommoda arcenda. Ille idem tunicas conficere e pullis coriis instituit. Ad haec cum vulgo virente adhuc fronde herbisque ac radicibus, non modo non cibariis sed plerumque perniciosis vscerentur, salubriores multo glandes esse, neque omnes, sed quae sola Phago legerentur persuasit. Hac ciues in oppido Chio obsessos vixisse tradit Cornelius Alexander, inquit Plinius. Quoniam vero glandium cibus tam vulgatus fuit Arcadibus, eos Plutarchus non inepte Glandiphagos, *βελανδιστῆς*, vocauit: apud eos voracitas in summa gloria fuit. Alii vero glandium collectores mercede conductos balanistas appellabant.

Legimus apud Strabonem, in Lusitania montanes gentes glandibus vscitasse. Quin & apud Plin. ut dicebamus, quosdam inopia frugum are-

Scandula.

Goropij

laus.

Cruce Christi

fuit ex Quercu.

Lignum Vi-

tae.

Faces Quercu-

cinnae.

Alexandri

inuentum

seruanda

niuis.

Emendati

Amygd.

Contra

mures.

Glandium

vsus.

Diuglan-

des.

Iugli.

Adag.

Contra

di-

cast-

chion-

Nax-

Mem-

Cass-

Cer-

Fagi gland-

Suan-

na.

Arcades

glandiph-

gi.

Balanista.

Lucan-

89.

factis

facilius moliri farinam, Ipsarumque in panis v-  
 lum. Quin & per Hispanias secundis mensis ap-  
 poni solitas. Quod & hodie in ea regione obser-  
 uari compertum: verum amplitudine & suavitate  
 nostras vincunt, quippe qua Phagi seu Esculi sint:  
 Quis enim delicatioris atque eruditioris palati  
 nostras attigisse velit? Quidam tradiderunt A-  
 thenis duo cœnarum genera solita usurpari: alte-  
 rum in Academia, alterum in Lycio. Caterum  
 oliuis, caseo, bulbis, oleribus vltos proditur. Quin  
 & bellaria iis fuisse, Ciceres, Fabas, Myrti baccas,  
 glandes igne paululum torrefactas atque etiam  
 ficus, à quibus modicè bibebant. Marcus autem  
 Varro, referente A. Gellio in Satyra, quæ *de d-  
 sio, ad mo* inscribitur, inter exquisitos multarum  
 regionum fructus glandem Ibericam posuit. Ergo  
 glans primus hominum cibus, vt supra dictum,  
 nunc in animalium potissimum escam cedit, præ-  
 fertim suu: homo enim, vt ait Ouid.

*Mutauit glandes vt illore cibi.*

Cum tamen, inquit Gal. fames regionem nostram  
 aliquando inuasisset, esetque magnus glandium  
 ac Mespilorum prouentus, rustici in fossis ipsas  
 condentes, hyeme tota & vere primo pro frumē-  
 taceis edulis vi. Prius autem glandes huiusce-  
 modi subiserant pabulum: Tunc verò, cum  
 eos hyeme nutrire, vt antè consueuerant, non  
 possent, initio quidem mactantes, ipsis in cibo  
 sunt vsi: post autem apertis fossis, glandibus vesci  
 cœperunt, variè ipsas ad esum comparantes. In-  
 terdum enim in aqua elixabant, vel in calidis ci-  
 neribus celantes, mediocriter assabant, nonnun-  
 quam comminuentes pultarium ex ipsis faciebāt:  
 aliàs aqua sola conspergentes, sed condimentum  
 aliquod immittentes: aliàs mel affundentes, aut  
 lacti incoquentes. Ab his autem copiosum est  
 nutrimentum, neque quicquam eorum, quæ in l.  
 2. de alim. fac. ad cap. 3. vsque exposuit eis in nu-  
 triendo simile esse in ait Gal. Quandoquidem, in-  
 quit, glandes æquè nutriunt, ac frumentaceorum  
 eduliorum pleraque. Ac olim quidem (vt aunt)  
 homines ex iis duntaxat viuebant: Arcades verò  
 cum Græci fructibus Cerealibus vterentur, eas  
 diu in cibo retinuerunt.

Alimentum autem quod ex glandibus corpori  
 accedit, tardi est transitus, ac crassi succi, vnde  
 sequitur, ipsas quoque concoctu esse difficiles.

*Memoria* tamen glande Querna ad omnia est  
 deterior, quemad. hæc glande Castanearum, quas  
 vocant. Omnium enim glandium hæc sunt præ-  
 stantissime. Sunt qui hos fructus *καστανις* appel-  
 lent. Hi namque inter fructus agrestes soli ali-  
 mentum corpori dant memorabile. Iligna verò  
 exiguum habet alimentum. Sed parui succi sunt  
 omnes. Porro vitare oportet has non solum in  
 dolore capitis, per consensum stomachi oborto,  
 sed omnibus etiam aliis circa caput obortis affe-  
 ctionibus. Glandes Simeon Sethi quoque diffi-  
 lis coctionis esse testatur, sed valdè nutrire, tar-  
 dius descendere, crudos humores gignere, pro-  
 pterea illarum vsum deuitandum suadet. Nos etiã  
 porcis saginandis relinquimus. Hoc enim pecus  
 diffusum ac grandissimum facit, vt Varro scribit,  
 & testatur experientia. Nam iis multi in Gallia  
 & Germania alibique magni ac innumeri porco-  
 rum greges per sylvas glandarias saginantur. Per-  
 hibetur tamen, si grauida glandem copiosius ede-  
 rint, abortum facere. M. item Cato post semen-  
 tem legi conuenire præcipit, & in aquam conici,  
 vt inde semodius & in vere modius, bobus singu-  
 lis detur. Glandes etiam exhibet Colum. bobus  
 in pabulum. Meminit tandem Schyvenck. vrgen-

te fame pauperes ex glandibus quercus vulgaris,  
 loco panis victitasse.

DE QVERCVVM EXCREMENTIS: AC  
 PRIMVM DE GALLA.



Qvam multa  
 ferat *scus*,  
 supra ex Theo-  
 phrast. & Plinio  
 dictum. Nobis  
 & posteritati etiã  
 plura obseruata,  
 quorum qua-  
 dam suprascrip-  
 tis respondent,  
 alia minime: de  
 singulis ordine  
 trademus, inci-  
 pientes à Gallis,  
 quas geminas di-  
 xit, sed sanè *γα-  
 τανιστινός* &  
 abusinè: quic-  
 quid dicat Scalig-  
 er neminem nisi  
 amentem negare  
 Gallam esse fru-  
 ctum: nam nihil

Scalig. re-  
 preh.

habet in se quod speciem prorogare possit. Sere,  
 nihil nascitur inde: neque id est, quod quercus  
 florem sequitur. Quo igitur iure quercus fru-  
 ctum di emus? Ex eius tamen vili excremento  
 nasci non negamus, atque adeo fructus esse  
 quasi quoddam *αυλοζοον*. Dioscor. duo quoque  
 genera describit: vna Omphacitis dicitur, parua  
 quidem, sed tuberosa, grauis, & nullo foram ne-  
 peruia: altera verò plana, leuis & perforata. Eli-  
 gi debet omphacitis, quippe quæ sit efficacior.  
 Eisdem duas species agnouit Gal. Omphacitidem,  
 nempe minorem, & grandiore alteram, flauam  
 atque fungosam: quam a rusticis non *ομοειδη*, vt  
 quidam voluerunt, & in vulg. translationibus  
 græcè scriptum legitur, sed *ομοειδη*, quasi asini-  
 nam gallam vocitari, prodidit Eisdem & Paul. &  
 Aetius. Plinius non pauciora genera fecit, soli-  
 dam dicens, & perforatam: item albam, nigram:  
 maiorem, minorem. Vis omnium similis.

Omphacitis  
 1. Plana.

2.

Gal. cor-  
 rect.  
 Asinina  
 gall.  
 Solida.  
 Perforata.

In Italia, inquit Matthiol. præter glandes, duo  
 gallarum genera ferunt: minores, quæ rugosa sunt  
 cute, fullonibus & coriariis expeitæ, & quæ  
 Græcis Omphacitides dicuntur: maiores quæ le-  
 uiores sunt. Sed hîc difficultatem iniicit Corn.  
 in com. ad Dioscor. vbi Gallam omphacitidem  
 Dioscor. & Gal. nihil aliud esse contendit, quàm ca-  
 lycem illum, cui glandes inhaerent, quod vulgò  
 capula vel cuppula glandium dicitur, vnico ad id  
 credendum Pauli loco inductus, quo sic ait *ομφα-  
 κίδος κελαιμύτης*. *ἔστι δὲ τὸ κοίλον ἐξ ὃ ἐπιπέφυκεν ἢ τὸ δρυὸς  
 βάλανος*, ὡσπερ οἱ κύρσεν χρωγίται: sensus est: om-  
 phacidis vstræ. Est autem cauum illud, ex quo  
 quercina glans nascitur, quo Coriarii vtuntur:  
 quo loco non *ομφακίδος* sed *ομφακίτης* putat le-  
 gendum, à qua opinione, alio in loco se nun-  
 quam discessurum scribit, nisi quis corruptum  
 hunc Pauli locum docuerit, aut *ομφακίτης* substan-  
 tiuè ab eodem pro calyce glandis dici ostendat.

Corn. opi-  
 no.

Sed Cornarium reprehendit Matth. & iure qui-  
 dem, etiam de Doctiss. Dalecham. sententia. Nam  
 si Paulus non putasset *ομφακίδος* vocabulum,  
 quod rarum esset, per multis fore obscuram,

Cornar re-  
 fut.

Variis mo-  
 di præpa-  
 rantur ad  
 cibum.

Nisa.

Memoria  
 Castanea.

Com.

Suum sagi-  
 na.

Suum sagi-  
 na.

quemadmodum & Cornario fuisse videtur, ei certe opus non fuisset descriptione illud explicare. Quod præterea Paulus pro Omphacitide Galla, glandium calycem non acceperit, hinc intelligere licet, quod alio in loco de gallis, non de glandibus differens, duo Gallarum genera constituit, alteram omphacitidem, alteram flauam, magnam, viribus inferiorem, Diosc. & Gal. auctores secutus, qui non aliter diuisere, nec vsquam omphacitidem Gallam pro glandis calyce usurpare, utpote qui glandes & earum calyces à gallis planè diuersas esse scirent. Præterea Diosc. Gal. Paul. nusquam nomine *ὀμφακίτης* pro Galla vsi sunt, nisi vt adiectiuo iuncto cum substantiuo suo *κνήμις*. Quare in Paulo legendum *ὀμφακίτης*, non *ὀμφακίτιδος*, vt contendit Corn. glandiumque calicem *ὀμφακίτιδα* à Græcis appellari, etsi Cornar. atque Andernacus, qui *ὀμφακίτιδα* vnam acerbam interpretatur, Græcæ linguæ peritissimi, non ita senserint. Verùm, inquit Corn. Omphacitidis immatura intelligi non potest, quum vtraque suo tempore immatura sit. At cum Diosc. & Gal. Omphacitidem Gallam dicunt, hac voce immaturam non intelligunt: etsi multi apud eosdem ita sint interpretati, sed quod *σπυρον ἰκνωὸς ὄτι φάρμακον*, inquit Gal. id est, quod admodum acerbum sit medicamentum, cum altera Galla minus acerbæ qualitatis sit particeps, quam *ὀφρακίτιδα* à rusticis suis appellari scripsit: Qui verò *ὀφρακίτιδα* legendum censent vinogallam, & vinosam dicunt, quoniam minus adstringens ad austeri vini lenitatem potius accedit.

Cornar. & Andern. nos.

Vinogalla.

Nigra.

Tempus.

Galla Hemeris.

Beletus

Comagena.

Prognostica ex gallis.

Galla, auctore Theophr. lib. 3. Hist. plant. tam nigra quam candida nascitur magna ex parte noctu confertim, & subito, [ἀδρῶς,] vnâque die aucta, excepta resinacea, si ab æstu occupetur marcescit, auerique amplius nequit: alias enim amplitudine maiore grandesceret: qua de causa earum aliqua non maiores fabis euadunt. Nigra verò pluribus diebus virescit, & quedam etiam magnitudinem Mali assequuntur. Nos æstate media gallas sæpè obseruauimus: Autumn. v. magna ex parte cadere. Quæ glandem ferunt, inquit Plinius omnes & gallam: alternisque annis glandem. Sed gallam Hemeris optimam, & coriis perficiendis aptissimam. Similem huic laifolia, sed leuiorem, multoque minus probatam. Fert & nigram. Duo enim genera sunt, hæc tingendis vtilior. Nascitur autem galla Sole de Geminis exeunte, erumpens noctu semper vniuersa. Crescit vno die candidior: & si æstu excepta est arefcit protinus, neque adiustum incrementum peruenit: hoc est, vt nucleum fabæ magnitudine habeat.

Nigra diutius virescit, crescitque vt interdum mali compleat magnitudinem. Optima Comagena: deterrima ex Robore. Signum eius quod cauernæ translucet.

Illud obseruatione dignum, quod de gallis multi produnt, & in hanc vsque diem à vulgò inter præfagia non spernenda habetur, quod quidam de maioribus tantum gallis perhibent: Nempe aiunt, quotannis aut annonæ fertilitatem, aut sterilitatem, aut pestilentem auram præfagire, si extracta, quæ prius integra fuerit non perforata euolet musca, futuri belli: si prorepat vermiculus, annonæ penuriæ: si currat araneus, pestilentium morborum præfagium esse. Neque cuiquam mirum videatur, in omnibus gallis ista nasci animalcula. Etenim, inquit Math. huius rei sæpè periculum feci, nullamque vnquam sum consecutus, prius non perforatam, quæ ex tribus dictis ani-

malculis vnâ intra se non contineret: nam foramine aperto, facillè iudicari potest, iam animam exiisse. Et paucas inuenias Gallas absque foramine, nisi in ipsa arbore adhuc recentes. Dicamus igitur licet, Quercum & fructum & animal gignere. Cuius rei haud ignari Veteres illi patres, non sine causa quercum dixerunt Ioui summo esse dicatam. Quercus gallam, si per tempus in arbore permanferit, putrescere Albertus Magnus ait, atque in ea vermem procreari: qui, si in galla medio situs sit, futuram hyemem asperiores pronuntiat: leuem verò si circa margines. Eiusdem rei in eadem arbore aliud præfagium desumunt, vt si in altioribus ramis Eruca telas contexerint, leuiorem: si in inferioribus, rigidiorem.

Appositè autem carpitur à Matthiolo Cornarius, quod suis in Galenum Commentariis, tam primo, quam sexto libro de compositione medicamentorum secundum locos, acriter contendat nihil aliud Omphacitidem Gallam esse Dioscoridi & Galeno quam Calycem illum quo glandes in arboribus continentur, quem Recentiores Cupulam vocant. Statuatque nunquam à sua opinione recedere nisi quis Pauli locum cap. de dysenteria, vbi Omphacidem dicit esse cauum illud ex quo glans quercina enascitur, planè corruptum esse docuerit: aut *ὀφρακίτιδα* ab eo substantiue pro eo quod Calycem Plinius dixit, & vulgò Cupula glandis vocatur, dictum ostendat.

Galla, vnâ Græcis: Arab. *Hafs* & *Hafus*: Germ. *Gallöpfffel* / *Eychöpffel*: Belg. *Galnore* / *Eyefenapfel* / Gal. *Noix de galle*: Ital. *Galla*. Hisp. *Galha*, *agalla*, *abgalla*. Hung. *Bugha*.

Tabern. vndecim gallarum genera & varietates figura expressit, ac nobis fortè non pauciora obseruata, vt regione, duritie, colore, ita figura quam maximè differentia. Gallæ Officinatum vulgatissimæ, rotundæ, leues, foraminulis pertusæ, laues, paucis interdum tuberculis asperatæ, interdum multis & angulosæ, magnitudine variæ, vnciam ample, quamuis magna ex parte infra subsistant, sunt etiam maiores, rotundæ, interdum turbinatæ ac pyriformes, colore ruffo, leui mallei ictu fragiles, intus vngue friabiles, cauernosæ, fungosæ, gustu adstringenti & acerbato. Hæ nulla icone indigere videbantur, quod passim essent obuia, & Robori Clusii appictæ.

## 2. GALLÆ MAXIMÆ EXOTICÆ.

Vbi vbi tandem hæ, aut ex qua Glandifera enata, in littore maris mediterranei, etiamque Tyrtheni & Adriatici nobis obseruatæ & repta, amplitudine sunt oui Gallinacæ, colore fusca, & fortè ascititio tali, leues ac laues secundum longitudinem, aliquot sulcis donatæ à Corona ad pediculum vsque seu crassum & amplū vestigium quo adhæsit, superna parte veluti corona redimitæ notabili à cæteris atque vulgatis differentia, eaque tamen non integrum circulum efficiente, nullis tuberculis asperatæ, nullis foraminulis peruia, substantia alioqui & sapore iam dictis similes, intus nigra.

## 3. GALLÆ PROVINCIALES ET

ILLYRICÆ.

Quercus ramum [cuius nescimus:] habemus à Valer. Dourez cum gallis magnis amplitu-

Præfagium Alberti in Galla.

Aliud ab Eruca.

Galla Illyria

Descriptio

Gallarum differentia

Galla Officin.

Descriptio

Descriptio



plitudine vnciali, ramo ceu mediante pediculo quidem, sed perbreui aut potiùs nullo adherentes, laeues, nullis tuberculis asperatae, penitus fungosae: videntur quiddam medium habere inter gallas & pillulas Quercus quoad substantiam: aut certè ramus decerptus cum nondum essent maturae. Ramus videtur esse Roboris 3. Clus. quod supra descriptum. Galla maior 2. Lob. Gallae prouinciales Dalech. Quae hic adpictae sunt ab Hist. Lugd. proponuntur Gallarum prouincialium nomine. Nos similes planè habemus, geminas, nomine Gallarum ex Illyria: ponderosiores sunt ceteris omnibus, vt osseas dicas: sunt solidae & durissimae, tuberculatae, pediculo crasso, colore fuscae ac subnigrae. Habemus & singulares. Carent omnes foraminibus. An Omphacitis Diosc.

Galla ex Illyria.

GALLAE ORIENTALES, ET ALIAE DIVERSAE.

Descriptio diuersarum.



Gallarum hinc varias figuras vides: rotundas, tuberculatas, multangulas, angulosas, sessiles, echinatas, radiatas, cornutas, vt octo vel nouem differentias in hac vnica tabella obseruare liceat. Quae echinatae sunt & radiatae, sicut & cornuta & angulosa, vulgatis non parum sunt duriores: sed inferiores etiam candidiores, & ad ligni alicuius fungosi naturam accedentes. Vnica illa quae in ima tabellae parte media conspicitur, tam pulchrè caput Tauri à Theoph. memoratum exprimit, vt nihil supra, durior quoque est ceteris: sed an nucleus Oliuari similis sit in hac, vt de suo ait Theoph. asserere non ausimus. Nam quia vnicum & perelegans, integrum adhuc asseruamus. In ceteris tamen quae ei adiunctae & cornua representant eiusdem naturae videntur, nullus intus nucleus. Hist. Lugd. verò sequentes pingit, titulo excrementi capiti Tauri similis, quas & nos habemus, & interdum inter ceteras Gallas vulgatas apud institores reperuntur, quinque inferioribus proposita tabella substantia & natura similes, nisi quod minus candida conspicuntur, & ad viriditatem inclinent: Figuram tabella satis benè exprimit: sed nostra praedicta meliùs ad caput Tauri accedit. Gallis multò duriora sunt. Suprema quae à dextris posi-

Ad caput Tauri.

Theoph.?

10

11

12

Ad caput Tauri.

Theoph.?

13



ta in praecedenti tabella pingitur ab Hist. Lugd. nomine Gallae ex oriente. Camer. Gallam pingit apertam in qua veluti nucleum ostendit. Plerasque supraposita tabellae & Tabern. pictas dedit.

LAPIDES QUERCIVVM.

Bina illa punctata, oblonga & vtrinque sessiles figurae, quas in praedicta tabella medio inter reliquas vides, Lapides Quercuum expriment, pumicosos planè, crustolos, intus canos, sapore austero, & os contrahente, non sine amaritudine: colore aliàs pullo: saltem vt in siccis nostris iam dudum repositis apparet. His videtur simile, si non idem *λίθαιον κισσηγυδίου* Theophrast. hoc est, pumiceis lapilli quos raro inueniri ait: Sanè nihil impedit, quominus eisdem dicamus. Nostrum reperuntur in Gallis.

Descriptio  
Pumiceis lapides Theophr.

GALLAE ISTRICAE.



Pediculo has vel extremitati ramusculi adhaesisse apparet, eoque satis crasso, & aliqua ex parte gallam complectente,

quasi & ipsa fructuum in morem nasceretur. Hist. Lugd. Gallae ex Istria nomine pingit. Datae nobis quoque pro gallis Istriacis Lugduni, ramulorum extremitatibus haerentes, eo modo quo Clus. gallas quasdam appingit suo Robori. Rugosae erant, ac ex nostris olim factae, quae in Hist. Lugd. extant: quas denuò pictas hic exhibemus. An Galla Roboris 5. Clus. Galla minor Lob.

Descriptio  
14.

GALLA FUNGVVM QVODAM MODO EXPRIMENS.



Et has interdum inuenias inter ceteras Gallas, quibus vt substantia & natura consimiles, ita figuram plurimum differentes,

Fungi speciem quandam representant: huius generis plures habemus diuersarum figurarum: aliquas supernè umbilicatas, circa media laciniatas, vt hic adpictae: alias vtrinque ventricosas: alias semiglobulū exprimentes: alias ambitu pentagono, alias radiato ac stellato, atque aded tot varietates, quas omnes describere curiositatis potiùs esset quàm vtilitatis. Carent plerèque foraminibus, argumento soliditatis maioris, quàm gallae vulgares: suntque duriores & quodammodo ad ligneam naturam accedentes. Pingit Hist. Lugd. supra scripto nomine. Pingit & Camer. vt videtur, sub ramo florente Quercus. Tabern. earundem diuersas formas pingit sub n<sup>o</sup> 12. 13. 14. fortè & primus sub n<sup>o</sup> 9. & 10.

Varia

Habemus & minimas, piseo vix maiores plures, duriusculas non foraminatas, laeues, nullis tuberculis inaequales. Viderentur ad Illiricas accedere naturam, si pondus responderet. Fortè natura est lusus, aut ob alimenti penuriam remanserunt naturae.

Galla minima, seu nana.

GALLÆ INDICÆ.

Descript. 17



Inter Exotica Ill. C. VVirt. reperi anno 1608. Stutgardie, ramulum hunc ligneum cā magnitudine, qua in hac tabella sub numero 1. pingitur, in aliquot partes diuisum, in quorū extremitatibus globuli ex cinereo nigricantes, inæquales, substātiā gallarum, sicuti & formā, sapor nullus. Illa verò quæ numero 2. exprimitur, pulchra sanè e-

rat, sacerdotalem aliquomodo pileum exprimens, in qua quatuor veluti cornua sursum tendentia, vt in Tribulo marino, internā parte ferè cinerea, in medio eminet pars quatuor etiam angulis donata, aliter sitis quàm cornua: ea pars superat etiam quatuor angulos, ei in medio veluti vmbilicus. Tota ex luteo lucet, ab inferiore etiam parte tota lucent cornua, inter quæ apparet pars ligni, cui adhaerit, intus caua. Tertia ex albo flauescens, magnitudine, qua pingitur, inæqualibus lateribus, tuberculis quamplurimis, Fragorum seminibus ferè similibus, multò crebrioribus, quàm icon exprimat. Vltima etiam flauescens, dura, lignosa, tota foraminulenta. Has quatuor Ill. Principissa reseruauit.

GALLA VMBILICATA: ITEM QUERCUS EXCREMENTVM VILLOTUM, vel potius Muscosum.

Descript.



Dicas Baclausium quoddam breue ac inueteratum absque flore, vel potius nouellū & nuper ex flore emersum Mespilum, cui foliatio vmbilico, figura, soliditate, perbreui & crasso pediculo, quo Quercus ramo adheret, tam bellè respondet, vt nihil suprā: ea elegantius exprimitur in figura Hist. Lugd. N. 1. Excrementi vmblicati no-

mine: nostram enim corrumpit oscitantia vel malitia sculptoris, vt & plures alias, tam veteratoricè hodie res aguntur. Colore sunt pullo ac nigro, cauent foraminulis. Vmbilici corona vel crista rigi-

diffima. Pinxit & Camer. & fortè etiam Tabern. numero 10. Excrementum muscosum, quia eadem hac tabella parte supernā continebatur, hīc describi par est. Bedeguar, quale in Rosis conspici solet facie quodammodo refert, sed villis paulò rigidioribus, fuscis ac subnigris in sicco, surculum immediatè complectens, circa media durum: habitu hispido ac muscoso: musci fibris multifidis. Folia Quercus cuius ramo adhæret, similia sunt Quercui vulgari, infernè ad basin glandis rudimentum & copula, cum breuissimo & crasso pediculo ramo adhæreat, quod malè expressit sculptor, & peritissimi pictoris diligentiam corrumpit. Lob. vocat Bedeguaris effigie excrementum spongiosum & muscosum, siue Bedeguar è Quercu: quod pictum exhibet à se in Romano agro collectum. Nostrum est ex plantis Valer. Dourez, Pillulæ capillatæ nomine pictum ab Hist. Lugd. quamuis à Lob. icone non nihil differat: idem tamen putamus. An hæ sint *σφαιροειδὲς ἕξον* Theophrast. Rotundum quiddam cum villis inutile: verno tamen tempore mellei succi? Audiamus Gallarum vires.

Dioscorides. Vtraque Galla, [nempe Omphacitis, quæ melior & efficacior: & leuis ac perforata.] vehementer adstringit. Tritæ excrementi in carne, gingiuarum & Columellæ fluxiones, insuperque oris vlcuscula cohibent. Quod verò in earum medio est, dentium cauernis inditum, dolores sedat. Crematæ carbonibus, donec igne candeat, & vino, aceto, aut etiam aceto falso extinctæ, sanguinis sistendi vim auferunt. Decoctum earum ad infessus efficax est, contra vuluarum prolapsus & fluxiones. Capillos denigrant aceto aut aqua macerata. Cæliacis & Dysentericis in aqua aut vino tritæ seu illitæ, seu bibitæ conueniunt: nec non & obsoniis additæ, aut totæ in aqua prius coctæ, in qua non nihil excoquendum sit eorum, quæ iis affectibus conferant. In summa, vbi quid adstringere, sistere, aut siccare opus est, usurpandæ sunt.

Ruell. ea verba Diosc. *τὸ σφαιροειδὲς*, vertit nucleum. Sanè nimis licentiosè. Intelligit autem Diosc. internam partem, vel potius centrum & corculum seu medullium, quod reliqua galla adstringentius est: idèoque reprimendis fluxionibus à cauis dentium aptius & efficacius. Nec fuit cur hīc Dalech. vel Hist. Lugd. Ruellio patocinetur dicens, eum Plinium authorem habuisse, qui nucleum ferri pro Chalybe dixit. Egregiam sanè verò collationem. Quis vel semestris Grammaticus nescit illud à Plinio *μεταφορικῶς* dictum? In Galla propriè nucleus non est: Idem tamen Plinius, vt dicebamus ait, in iis quæ caput Tauri imitantur, inesse nucleum Olui similem: quod dixerat etiam Theoph. & in viribus, Gallarum nucleum dicit: Idem improprie videtur dicere Robur gignere nucleos aquosos.

Sic autem ille ait de gallarum viribus: Vis omnium similis. Optima Comagena. Excrementi in corpore tollit. Profunt gingiuis, Vux, oris exulcerationi. Crematæ & in vino extinctæ, cæliacis, Dysentericis illinuntur. Paronychiis ex melle, & vnguib; scabris, pterygiis, vlcibus manantibus, condylomatibus, vlcibus quæ Phagedænica vocantur. In vino autem decoctæ auribus instillantur, oculis illinuntur: aduersus eruptiones & panos cum aceto. Nucleus commanducatus dentium dolorem sedat: item intertrigines & ambusta. Immaturæ ex his ex aceto pota, Lienem consumunt. Eadem crematæ, & aceto falso extinctæ, menses sistunt, vuluâsque procedentes

Excrementum muscosum.  
Bedeguaris Quercus.  
Locus.  
An Sillula pillula mellei succi Theophr.  
Gallarum vires & usus.  
Excrementi in carne.  
Fluxiones.  
Faucium.  
Vlcuscula.  
Dentium dolor.  
Sanguinis fluxus.  
Vulua procedens.  
Vulua in sinu.  
Capillos denigrant.  
Cæliaca.  
Dysenteria.  
Ruell. no. de nucleis Gallarum.  
Diosc. illud.  
Hist. Lugd. reprob.  
Gingiu.  
Vulua.  
Oris vlcera.  
Cæliaca.  
Dysent.  
Paronychia.  
Vnguis scabris.  
Pterygia.  
Vlcera manantia.  
Oculi. Aures. Dentium dolor.  
Intertrigo.  
Ambusta.  
Lienis tumor.  
Menses.

dentes fotu. Omnes Capillos denigrant.

*Menses Fluxiones*  
*Temperamentum*  
 Gallarum vires memoria prodidit Galenus l. 7. simpl. med. sic inquit. Galla omphacitis admodum acerbum est medicamen; pleraque sui parte essentia terrena & frigida: perquam desiccatur, & fluxiones repellit: ad hæc constringit, contrahitque partes laxas, & languidas, omniumque fluxionum affectibus strenuè resistit. Esto igitur tertiu in desiccando, secundi autem in refrigerando ordinis. Altera autem galla, flaua illa, & magna laxaque, & ipsa desiccatur quidem, sed tantò minus, quantò minus acerbæ qualitas est particeps. Cocta itaque per se ac deinde trita, cataplasma est non instrenuum sedis phlegmonarum ac proidentiarum. Porro coquenda est, si modica opus sit astrictione, in aqua: si vehemētiore in vino. Ac si augere insuper astrictiōnem sit opus, vino vtare austeriorē. Denique Gallæ combustæ sanguinem reprimendi facultatem acquirunt, ac nimirum etiam calorem & acrimoniam ex vstione assumunt. suntque iis quæ ignem expertæ non fuerint, tum subtiliorum partium, tum maiore desiccandi potestate.

Galla Aucennæ est frigida in primo gradu, sicca in secundo: Dodonæo frigida & sicca ad tertium vsque gradum.

Lucilius vt Felt. Pompeius attestatur, cum gallam fore bibendam pronuntiabat, parsimonia vtendum esse, ventremque coarctandum, nec gula indulgendum esse, insinuabat.

Ex omphacide galla, calcantho, gummi & vino Matthiolus atramentum scriptorium parare docet hoc modo. Sumito gallarum crassiusculè contritarum vnc. v. calcanthi Romani vnc. iij. Gummi Arab. vnc. ij. Salis drach. j. coniiciantur hæc omnia in fictili vitreo circulo: superfundito vini albi potentis feruentisque lib. v. & vnc. iij. oculo vasis ore, quindecim dies insolato, vel post vaporarii fornacem hieme reponito, miscetoque quotidie rudicula.

*Temperamentum*  
 Restat tandem vt ea, quæ de viribus & vsu gallarum Lonicerus annotauit, subiungamus: Gallæ ait, adstringunt, glutinant, tingunt. Vis & facultas eis qualis Quercui. Flos gallarum, aquæ sanguinaria immixtus, & naribus instillatus, sistit hæmorrhagiam. Medium in gallis contentum excauato denti applicatum, dolorem eius lenit. Gallæ in puluerem redactæ, sordidisque vlcibus insperstæ, putredinem arcent, vulneraque mundificant. Gallas si cum ouorum albuminibus cõmiscas ac emplastrum conficias, inferiorique ventri superponas, aluum sistit. Vehementer etiam puluis cum aqua pluuiali bibitus fluxilem constipat ventem. Cui vomitus frequentem molestiam parit, is in aceto & pluuiali aqua gallas coquet, eoque decocto linteum aut pannum imbibere permittet, vtiliter autem imbibitum ventriculo linteum admouebit. Que mulier nimios menses patitur, in aqua pluuiali gallas coquat, cui succu plantaginis addat, & cum bombace suppositorium formet, vuluæque indat, sistit enim hæc menses, & mirè prodest. Hæmorrhagiã laboranti gallæ miscentur cum succo plantaginis aut Bursæ Pastoris, imbuuntur in hisce succis pili leporini, & supra interdum, linteolum, naribusque imponuntur. Emplastrum etiam ex gallis cum albumine oui temporibus applicatum, inhibet fluxum narium. Puluis gallarum vulneribus inditus, manantem adhuc sanguinem ita comprimit, vt non sit opus illa suere. Tu qui nigros efficias capillos, gallas recipito crassas, nigras,

Tom. I.

non oculatas, quas in oleo coquito: facta coctione oleum colaturâ, separato, gallasque Soli exponito, donec siccate si, vt, quo facto hunc puluerem cum aqua pluuiali iterum coquito, crinesque decoctione lauato.

*Ve capillis denigrantur*

### GALLAE SIMILE EXCREMENTVM QVINQVANGVLVM BRASILIANVM.

*Descriptio*  
 Mittebant (inquit Clus. Exot. lib. 2. cap. 25.) pro fructu decimo, qui delatus è Brasilia dicebatur: sed arboris excrementum ali quod instar gallæ vetiùs nuncupandum censebam, quam fructum: simili enim materiã constare videbatur: & gallas similis penè formæ vidisse memini. Vnciã autem minor erat, quinque angulis velut alis constans, supernâ parte aliquantulum protuberans, & à centro ductas habebat quinque lineas ad externos vsque angulos: infernâ longior erat, sensim gracilescens usque ad sedem, quæ ramo inhesisse videbatur.

### PILVLAE FOLIORVM QVERCVS.



*Descriptio*  
 Quercus hic pilulas damus, parte tabellæ inferiore: superior enim Quercus iulos ostendit, ad capitis huius initiu referendos. Hæ autem pilulæ magna ex parte a uersis folijs, hoc est, parti terram spectanti adnascuntur, plures interdum vnico hærentes folio proximè & immediate, læues, fungosæ, pallide, sapore subacido & astringente.

Gallæ non duritiam acquirunt sed molles & fungosæ manent: exquisitè rotundæ sunt magna ex parte, & exigua gallam raro aquantes, vetustateque corrugantur. Et in his, si autumnus calidior fuerit, vermiculi nascuntur qui postmodum in culicellos transfigurantur. Nascuntur autem & ipsæ pillulæ magna ex parte autumno aduentante, ac post primos autumnus imbres. Arida & inueterata digitis facile in puluerem atteruntur, quibus notis facile à gallis distinguuntur, ne quis easdem cum iis putet. Videntur autem ea ipsæ esse, quas Theophrast. in foliorum tergo candicantes, translucidas [sic] aquosas, [quales & hæ nostræ in principio sunt] quandiu molles sunt, in quibus & culices nascuntur. Sed, quod ait, maturescens in modu parua & læuis gallæ, indurari, id in nostris non obseruauimus, fortè quia in his regionibus, vt alibi, non perfectè maturantur. An pilulæ Onocidæ Galeni? Ita sanè Tragus iudicat. Gallis similes Pilulæ Cordo & Hist. Lugd. Galla in folio Quercus nascens. quidam & Gallöpfel vt Mat-

*An pilulæ aquosæ Theophr.*

*Pilulæ Onocidæ Gal.*

H

thiol. & Taber. & Gallas vocant: differunt tamen multum à propriè dictis gallis: neque hæc ut illæ in medijs folijs nascuntur.

Ryffius non sine nota ignorantia pro gallis pingit pilulas in folijs Quercus, cui glandes sine pediculis. Dodon. ait in Belgio satis frequentes. Lonicerus pingit & vocat gallas asininas.

Tempus & Locus.

Mense Octobri corrugari incipiunt: Septembri integræ adhuc sunt, quales sæpè & prope Montbelg. August. in Ducatu VVirtembergico & in Burgundia obseruauimus, Turnerus vidit non tantum in Italia, sed & copiosè in Frisia Orientali in syluula non procul Auriaco. Is sibi à viro perdocto relatum testatur, Anno 1557. magnam eiusmodi pilularum copiam super folijs Quercinis inuentam in Boreali Angliæ plaga, præsertim verò circa Hallifaxiam. Idem expertum se ait ritè inferuire atramento faciendo. Ex adstrictionis argumento quoque, iisdem viribus quibus Galla prædita sunt esse, non malè quis dixerit: quamquam eas nullius momenti esse dicat Tragus.

Vfus & vites.

Plinius sanè scribit Robotis pilulas ex adipe ursino Alopecias capillo replere. Dodon. ait, ad facultatem gallarum accedere, sed ipsis multò infirmiores ac minùs efficaces. Schvvenckfeldio ad tincturæ vsum à tinctoris colliguntur.

### COCCVS QVERCVVM.

Descriptio

Nascitur quoque in Ciliciæ Quercubus Coccum Cochlearum exilium similitudine, quod illius regionis mulieres ore legunt, inquit Diosc. lib. 4. Quem tamen locum Marcellus corruptum esse putat, & pro *πυρροματι* legendum *πυρροματι*, quòd illius regionis mulieres distortum Cuel, distortquentes legunt. Nos aliam coniecturam in eum locum proposuimus in præcedentibus. Sunt qui volunt apud Diosc. pro *δρυον* legendum *αριον*. Matthiolus tamen asserit se vidisse vt postea diximus, qui intelligant excrementa rubella à Lobel. obseruata.

### EXCREMENTVM QVERCVVM FVNGOSVM.

Quercuum vulgariū frondibus Verno tempore etiam sine pediculo adnascuntur excrementa fungosa, rara, laxa, succulenta, acida, insigniter adstringentia. Magnitudo nucis iuglandis aut circiter, superficie inæquali, tuberosa, pulcherrimo rubore plurimum ornata, reliqua parte albida, aut pomorum instar luteola. In quibus temporis progressu vermiculi gignuntur, qui in iis multas cellulas callosas sibi pro domicilijs effingunt. Inueniuntur Maio in Quercubus glandes cum longis pediculis ferentibus. Eisdem & Tragus notauit his verbis: Quædam Quercus verè rotundas & fungosas boletisque similes ferunt pilulas, acerba humiditate plenas, in quibus vermes creantur, quæ in culices tandem abeunt. Lobel. depingit hoc titulo: Quercus vulgaris cum suis excrementis fungosis. Dodon. ponit nomine Quercus. An fortè hæc sint Onocidæ Gal. An *σφαειον δρυον κοινουρον, η, πομινον* Theophrast. de quibus supra. An verò ea Galla Theoph. quæ mali compleat magnitudinem, cui & colore similis? An Plin. Pilulæ natæ in alis ramorum, corpore non pediculo adhaerentes, candicantes vmbilicis, &c. vide supra.

Onocidæ.  
An pilula  
serficoloris  
Theoph?

### NVCVLÆ FACIE ALBVM QVERCVS EXCREMENTVM.

Non parum venustum Quercus excrementum nucis faciem ostentans offendimus (locus non succurrit) summitati furculi folijs carentis infidentem, figura ex rotundo compressum, sed infernè fissilem, supernè vmbilicatum, cuticula albida, ac lauissima, etiamque splendicante obductum, sub qua spadiceum visitur, reliqua substantia ad nucis myristicæ callum accedit, nisi quòd albicet magis: extima superficies multis serobiculis & tuberculis inæqualis est. Sapor adstringens.

### EXCREMENTVM LANATVM QVERCVVM.

Adnascuntur & Quercuum ramis interdum pileæ aut pilulæ lanatæ, & meris lanæ floccis candidis aggestæ & coactæ, in quarum medio fungosa quædam dunticæ, in quibus & vermiculos generari verisimile, nam aridæ excauatae deprehenduntur, & in iis quæ digitis facilè atteruntur, materia puluerulenta. An flocci molles Theoph. Lucernarum luminibus apti: quos tamen ille in pillulis duo putamine contectis nasci ait. Fortè hæc *αυδλορον* & simile quid sunt. Dicitur *πυρροματι* Theophr. *πυρροματι η δρυον σφαειον εκιδος μαρανον.*

### QVERCVVM CAPITVLA SQVAMMATA.

Scabiosa aut lacea capitulis maioribus similia adnascuntur Quercuum ramis tam extremis quam ad latera, denso squammulatum membranearum & subhæretarum aggestu compactis, colore aliàs subcinereo, aliàs fuluo aut raso, breuissimo pediculo adhaerentia, amplitudine vnciali. Præter squammatum hunc glomerem nihil in se aliud continent. Nec quicquam aliud ex his oritur: sed ita in arbore computrescunt. Perrard inueniuntur. Bis tantum inuenimus & obseruauimus, in vno ramo singulare, in altero gemina. Omnia è foliorum alis enascuntur. Talia describit & depingit Clus. in suo Cerro: Nos paulò post Iconem proponemus, cum gemmis foraminulatis. An *αυδλορον* Theophr. quam lib. 3. Hist. cap. 7. & in aliis arboribus & in Quercu [*εχεταις η δρυς*] nasci ait. Id inquit *δρυς* ante germinationem Verno temporis initio gignitur: Est globosus foliorum conceptus, inter præcedentem exortum siue articulum, & nouellam germinationem medius. Gaza Amentum vertit, nouè & in propriè: relictus Plin. Cachryn seruato Græco. Significat & Cachrys Libanotidis frugiferæ semen acre, quod in mandendo linguam exurit, de quo Dioscorid. Qua homonymia deceptus Plin. Cachryn Quercuum & Cachryn Libanotidis, res valdè diuersas pro vna eadèque re vsurpat lib. 16. cap. 8. Nihil enim acris, nihil *ης γλυκυστης δρυος* in hac nostra Cachry.

### QVERCVVM SQVAMÆ CANDIDÆ CADVCE.

Præterea non rarò contigit, vt testis est Tragus, vt Querna folia Autumno appropinquante



quante sinistro in latere rotundas & candidas ostendant squamulas easque caducas. Cūque hi flosculi (sic enim à rusticis ex squamulæ nominantur) apparent spem omnes concipiunt, copiosi sequenti anno glandium prouentus.

Præparat.

EXCREMENTVM QVERCVS  
TVBEROSVM.

**L**igna penè duritie & veluti ex plurimis bacis & vuarum specie aggestum excrementum bis tantum in Quercu offendimus, vtrumque cauum & cauernosum, sed minus: maius minutissimis & rigidis spinulis hispidum, colore ex ruffo in pullum ac fuscum tendente, plusculis foraminulis à vermiculis vtrumque pertusum. Sapor astringens. Nonnulli ad Theophrasti *συρμιωδες*, hoc est quiddam Mori seu Sycamini speciem gerens referunt.

Descriptio  
Mans. &  
Mons.

GEMMÆ FORAMINVLATÆ FOLII  
QVERCVS.

Descriptio



**N**on curiositas est has à nobis describi. Nihil aspectu pulchrius: minutissimæ ac innumera propemodum foliorum dorso adherent [studio agglutinatas dicas,] veluti minutissime sphaerulæ corollares compressæ, in medio pertuse sed non ex toto, colore ex Byssino in fuluum nitente, eleganter splendicente, ac si holoserico subtilissimo obductæ essent. Supra centum triginta in vno folio numerauimus. Autumno obseruatæ in vulgaribus Quercubus prope Bessfordiam & alibi, ac etiã in eodem ramo capitula squammata antè dicta.

Supra centum triginta in vno folio numerauimus. Autumno obseruatæ in vulgaribus Quercubus prope Bessfordiam & alibi, ac etiã in eodem ramo capitula squammata antè dicta.

NODI SEV VERRVÆ QVERCVVM.

**I**ntra quercuum corticem interdum inuenias, velut glandularum in homine *ἀνάλογον*, lignosos nodos atque verrucas materie prorsus quærna, crispæ & eleganti, proprio cortice, præter quercinum, eoque ruffo atque fungoso obductas, magnitudine & figura varias. Vidimus pugni magnitudine, item avellanæ, ac inter has medias. Aliquando etiam foras prominent, haud secus ac verrucæ in manibus, alimenti argumento luxuriantis.

QVERCVS ALBVMEN.

**S**caliger. in lib. de plant. falsè Aristoteli attributis, (vbi autor ille variè disserit de analogia plantarum cum animalibus, illarumque partes cū

Tom. I.

horum comparat) ait: omisit albumen in Quercu quod cū animalis pingui potuit comparare. Quale autem illud sit, fateamur nondum nobis innotuisse.

VVA QVERCINA.

**R**adicum Quercus fibris sub terra adnascitur & circumnascitur Iuglandis magnitudine

Descriptio



ne, ex pluribus veluti acinis racematim coherentibus [vnde ei vuar nomen] compacta, substantiã durã, intus rubentis seu ferruginei coloris, medullio nonnihil albo, sapore insigniter acerbato & astringente. Meminit Encelius per Ver, quo tempore vegeta est, colore foris esse purpureo, intus candido & quasi lactifero.

Etymon.

Locus & Tempus.

pore veris colligi debere, & siccati in ymbra, & deinde puluerilari: in æstate perire, & fieri quasi ligneam: ita à se obseruatum testatur. Cl. D. Schenckius Medicus apud Fr. burgenses celebr. ad nos misit his verbis: Vuar Quercinæ vobis mitto radicales: ananuenis meus ante triennium casu, dum aliis herbis eruendis intentus esset, sub Quercu ex eiusdem radicibus in monte proximo, Orientem spectante, & vrbi vicino, nobis vulgo Burthalden dicto, effossas. Vuar Quercinæ puluere nihil [expertus loquor, inquit Encelius,] præsentius in Dysenteria: & in omni fluxu sanguinis. Desperatos Dysentericos aliquot curavi illa vuar quercina: merito ergo digna est omni laude. Habet & alias virtutes, de quibus Medicis est cogitandum. Solenander testatur, succum vuar quercinæ magno solatio illiniri Podagricis.

Vires & Vfus.  
Dysenteria  
Fluxus sanguinis.

Podagra.

EVNGVS VEL AGARICVS  
QVERCVS.

**N**ascitur etiam in Quercuum caudicibus Agaricus, quem aliquando vidisse meminimus colore in fusco subcinereum, [si probè meminimus] annofo Quercui adnatum. Hunc inquit Camer. recentem sale condiunt nonnulli indèq; loco calido reponunt: succum emanantem Podagricis illinunt. Sed ad id efficacior putatur Vuar quercina, vt testatur Solenander. De Agarico quercuum copiosius agemus lib. 9. capit. de Larice.

Descriptio

Vfus.

Tradit du Choul quercus fungos producere, sed esse, qui parum probent.

De Polypodio in Quercu proueniente, quod aliis præfertur, alio in loco agemus, vbi eorum sententiam reprobabimus, qui plures faciunt,

H 2

quàm murale. Ibidem scribemus de Dryopteride à Quercu dicta.

EXCREMENTVM QVERCVS PVRGANS.

Antiqui, inquit Lobel. cuiusdam è Quercu, instar Ledi pullulantis, meminerunt excrementi, quod purgat & adstringit summopere.

MVSCVS QVERCVVM, ET ALIARVM ARBORVM.

Descript.



Fert & Muscū Quercus, ne vel in minimo suo officio defuisse videatur. Hoc nomine significantur canis eius, ceterarumque arborum villi, exterius arboribus adherentes, aut ex iis pendentes, ex iis tamen enati, aut adnati sine radice, sine flore, sine semine. Nos exhibemus iconem, qualem Lobel. exhibuit hoc titulo: Quercus vulgari...

ris cum glande & musco suo. Differunt capillitii densitate, exilitate, figura & diuisura: Item odore. Græci σφαγγιον σφαγγιον, σπλαγγιον, βρυον, φάσκον vocant. Soranus βρυον ἀρωματικόν, Sphagnos, siue Spacos, siue Bryon & in Gallia nascitur, inquit Plin. Sunt qui Splachnon & Hypnon appellant: Arabes Vsnem, quanquam Phauorinus φάσκον τὸ ἐστὶ τῆς δρυὸς γινώσκον exponit. Diosc. βρυον à quibusdam σπλαγγιον vocari tradit. Idem & Gal. & Paulus. Sed Plin. alibi, Sphagnon aliis Bryon dici ait: esseque hoc nomine Canos arborum villos, quales in Quercu maximè videmus. Muscum alioqui Officinæ, Arabes secutæ, Vsnem vocant. Anzech etiam Arab. Bohemicè Wech: teste Matth. Germ. Baumwüß. De reliquis Musci differentiis, vt de terrestri diuersarum specierum, & de Marino tradetur in fine operis.

Locus.

Muscus inuenitur in arboribus Cedro, Populo alba, aut Quercu.

Delectm.

Præstat verò Cedrinus: proximus huic populneus: quo in genere probatur, qui odoratior est & candidus: nigricans autem deterior censetur: Diosc. Sphagnos in Cyrenaica prouincia teste Plin. maximè probatur: secundum locum obtinet Cyprius, tertium Phœnicus. Fertur & in Ægypto nasci, quin & in Gallia, nec dubitauerim. In Quercu maximè videmus odore præstantes. Hæc Plin. Alii tamen Cedrinum, Lariceum & Picum primæ nobilitatis dicunt, quod odoratissimi sint, Quernum omnium vilissimum pronunciant, præter eum qui saxis & vdis terræ glebis adnascitur, quum à natali atque parente suo muscus naturam mutuetur. Du Choul in lib. de Quercu scribit: In Quercu maximè annosa muscum gigni, in Gallia nullo suauis odore esse.

Diosc. Muscus adstringendi vim habet in caliditate ac frigiditate medius, facitque decoctus in fessu ad vuluæ affectus. Miscetur & vnguentis balaninis ac oleis seu illitibus, propter eam, quæ præditus est, spissandi vim. Est & ad suffitum & acoporum medicamentorum præparationes vtile & accommodatum. Serapio epotum vinum retulit, in quo diebus aliquot Vinea maduerit, alium somnum inducere, ventriculum roborare vomitiones compefcere, & aluum sistere. Ad hæc Muscus, vt inquit Auic. vtiliter inter cordis medicamenta inseritur, quod odoris fragrantia animi defectus iuuat. Ad Dysenteriam, inquit Matth. & profluuium ventris coquatur muscus arboreus in aqua aut vino rubro & detur in potu. Puluis mulci Querni exsiccatum assumptus cum ouo impedit ab abortu. In vino acerbo coctus, gargarisatus facit ad dolorem dentium, & relaxatam vuulam. Muscum cohibere sanguinem obseruatum est in vrsis, qui cum primum vulnerati fuerint, sanguinem reprimunt musco. Quidam muscum Quercinum eligunt, macerant in vino per noctem, & bibunt contra Ictericum: alii & in calculo probant.

Monspelienses ex Musco Quercino aut Ilicis alteriusve arboris resinam non ferentis, parant cantatissimum & præstantissimum illum puluerem Cyprium appellatum: quem etsi pro magno secreto merito habeant, à Clariss. tamen Illustriss. istius Acad. Professore & Medico quodam nobis communicatum, perlubenter ita communicabimus, vt faciliè à quouis industrio Pharmacopœo ad illorum imitationem parari possit. Ergo Muscum ætatis initio lectum & probè mundatum sacculo linteo tenuique inditum limpido riulo vel torrenti immergant per triduum, sæpè pedibus conterunt, vt albescat: tum aqua fontana e lotum & in vmbra resiccatum aqua ros. & florum Citranguli per sex continuos dies irrorant, vlt alternis vicibus, vel de singula triduo, incipientes ab aqua ros. bis singulis diebus mouendo, ac rursus, vt prius sicari permittunt: Sed arcam habent seu capsam studio ad id factam, cratibus vel asseribus pertusis interstitam: his muscum imponunt, & in imo supposito styrace & Benioino perfumant ter in die probè clausa arca ne quid euaporet: sed singulis vicibus mouent & mutant, donec fiat siccissimus, quod biduo aut triduo fieri aiunt. Tum in amplo mortario tundunt & setaceo cribrant, addendo ad quatuor huius pulueris libras, libram semis pollinis Santali muscatellini: quidam & albissimi sacchari vnc.ii. adiciunt, vt albidior euadat. Hæc massa & veluti prima materia est pulueris Cyprii, odorata quidem sed longè præstantior futura si singulis libris addatur Cibeti & Moschi ana. drach. i. sem. ambra grisea scrup. i. ac probè in mortario agentur & misceantur. Alii aliter parant, & præstantiorem additis ad singulas vnc.iiii. prioris materia, Cibeti drach. i. Ambra & Moschi ana. drach. f. Hunc magnatibus vendunt magno pretio. Prioris, aureo nummo singulas vncias. Nos adhuc optimum habemus à pluribus annis. Scimus & alios parandi modos Italicorum & Hispanicorum. Sed quilibet sua industria faciliè addere ac minuere potest. Res est experimenti vt ceterarum ferè omnium mixtionum. Ad hæmorrhagiam narium Muscum, qui craniis hominum aëri expositis adnascitur, in subtilissimum pollinem redactum multo præstantiorem esse non rarè expertum se scribit Hildanus. Ast ego non video cur præferat querno, cum verisimile sit quernum magis adstring.

Sphagnos. Bryon. Phycor.

Somnific. Vomitus. Aluifluxum. Cordiale. Dysenteria.

Abortum.

Sanguinis fluxum.

Ictericum.

Calculum.

Puluis Cyprii.

Eius parandi modus pro secreto habetur.

stringere, consideratâ præsertim naturâ Quercus & potissimum corticis.

MELLEVS LIQVOR QVERCVS.

**C**elebratur Quercus ob melleum rorem [ apud Theophrast. & Plinium ex autoritate Hermolai, vt ante indicatum ] qui in eam cadit: verum pluris facienda Quercus ob prodeuntem & erumpentem liquorem, de quo Cordus c. de Oleomelle in Dioscor. lib. 1. cap. 37. dum inquit: Apud nos veris tempore è Betulæ & Quercuum caudibus sponte sua distillare humorem liquido melle crassiorem, ad quem apes & id genus insecta cõuolent, est enim gustu dulcis: sed nauseam gustantibus affert. Alliciuntur eius dulcedine agrestes pueri nonnunquam, sed postquam tantillũ degustauerint, nausea & capitis dolore corripiuntur, qui superueniente vomitu paulò post soluitur. Porro hunc liquorem Oleomel esse nequam affirmamus, sed similem aliquem in nostro orbe genitum. De hoc liquore fortè poterit non malè dici ex Virg. Eclog. 4.

*Et dura Quercus sudabunt rosida mella.*

DE VISCO QVERCVS ET CÆTERARVM ARBORVM.

**C**atillonem dicas Viscum, nutrimenti alieni præreptorem, vt quod non nisi arboribus innascitur, neque iis omnibus promiscuè: quoniam verò optimum in Quercubus, omnium Medicorum testimonio prouenit, libuit post Quercum eius historiam proponere. Multis autem stolonibus fruticat, cortice tectis coloris herbacei ac interdum flauescens, minimi digiti ferè crassitudine, nonnunquam crassior, quos intercipiunt genicula, è quibus rami frequentes propagantur nodosi & ipsi, similemque sibi tobolem procreantes ramulorum bina opposita, Portulacæ foliorum forma, oblonga, per extremum rotunda ferè, coloris herbidi, crassa, nervis rectis, Plantaginis pentaneuræ modo secundum longitudinem donata, saporis subdulcis & subacris. Flores, tum ad genicula, tum extremis ramis hærent, parui, lutei, quadripartiti, qui in baccas abeunt confertim coaceruatas, viæ crispæ suppare, eodè modo striatas, albicantes, pellucido lento ac tenaci liquore plenas, odore quodam grato, vinoso, sapore iucundo: quibus immersa sunt grana nigra, singulis singula, lata, compressa, cordis effigie. *Ἰξία* Viscum dicitur Aristoteli, vnde Latinis Viscum manalle putant. *Ἰξία* Theophrast. quod nomen ait esse commune, *Ἰξία* verò Arcadibus, *εὐβοϊκὴ* Euboicis dici. *Ἰξία* Hesych. Aliud est *Ἰξία* siue *Ἰξία* venenum: quod si Matthiol. considerasset non in eundem cum Plinio errorem impegisset, *Ἰξία* venenum, viscum Chamæleonis albi exponens, quando ait in com. in Dioscor. Ixia vt superius l. 3. retulimus, lenta & visci modo tenax est lachryma, quæ in chamæleonis albi radicibus agglutinata reperitur. Sed de hac re fusius suo loco. Arab. *Debach.* & *Daba h.* & *Hele.* Lat. *Viscus* & *Viscum*: *Viscum Quercinum* Offic. Germ. *Wissel* / *Eickenmistel*, *Affelzer*: Belg. *Marentacken*: Gal. *Guy*: It. *Vischio*, *Pania*: Hisp. *Liga mordago*: *Muerdago de roble*: Boh. *Melý*. Vng. *Say gyongy*. Dicitur & *omnia sanans*: & Germ. *Seil allen schaden teste Trago*: Angl. *Wissel-tree*. à Chaldæis, vt legitur Tom. I.

tur apud Alb. Magnum, dicitur Luperax, à Græcis Elisena. *Bind lyme* quod ex acinis eius fit. Hoc est Viscum vt ait Plin. pennis auium tactu ligandis, Iuglandis oleo [ Glandis oleo. C.H. ] subactum, cum libeat insidias moliri: de quo postea. Inde Adagialiter Plautus in Bacchidibus: Viscum merus vestra est blanditia: nempe ad me capiendum illecebra, & tendicula. Idem eadem comedia: Tactus sum vehementer visco: cor stimulo foditur. Sunt qui aureum illum ramum, quem Aeneas apud Virgil. ex Sybillæ præcepto ex Illice decerpserit Viscum fuisse existiment: coniectura hercle non mala: nam & auri colore flauescit viscum, & Illici non rarò innasci solet. Audiamus ipsa Virgil. verba: Aen. 6.

*Accipe qua peragenda prius: Latet arbore opaca*

*Aureus & foliis, & lento vimine ramus, Iunoni inferna dictus sacer: hunc regit omnis Lucus, & obscuris claudunt conuallibus umbra.*

*Sed non ante datur telluris operata subire, Auricomos quam quis decerpserit arbore satui.*

Et mox:

*Discolor unde auri per ramos aura resulfit, Quale solet syluis brumali frigore Viscum Fronde vivere noua, quod non sua seminat arbor*

*Et croceæ sætu teretes circundare truncos Talis erat species auri frondentis opaca*

Illice.

Non est omittenda in hoc frutice & Galliarum veteris illius rei admiratio, tradente Plinio lib. 16. capit. 44. Nihil, inquit, habent Druidæ (ita suos appellabant Magos) Viscum, & arbore in qua gignatur [ si modò sit Robur ] sacratius. Iam per se Roborum eligunt lucos: nec vlla sacra sine ea fronde conficiunt, vt inde appellati quoque interpretatione Græca possint Druidæ videri. Enimvero quicquid adnascatur illis, è cælo missum putant: signum esse electe ab ipso Deo arboris. Est autem id rarum admodum inuentu, & reperitum magna religione petitur: & ante omnia sexta Luna, quæ principia mensium annorumque his facit, & seculi post tricesimum annu, quia iam virium abundè habeat, nec sit sui dimidia: (etiam si non sit dimidia Dal.) Omnia sanantem appellantes suo vocabulo, sacrificiis epulisque ritè sub arbore præparatis, deos admouent candidi coloris Tauros, quorum cornua tunc primùm vinciantur. Sacerdos candida veste cultus arborem scandit. Falce aurea demetit. Candido id excipitur sago. Tum deinde victimas immolant, precantes vt suum donum Deus prosperum faciat his quibus dederit. Fecunditatem eo potò dari cuiunque animali sterili arbitrantur, contraque venena omnia esse remediũ. Tanta Gentium in rebus friuolis plerunque religio est. Hæc Plin.

Theophrast. verò in Visci natura indaganda non parum se torsit. Dux potissimam circa id occurrunt difficultates: de differentiis, & de crescendi modo. Fatetur Theophrast. Viscum non solum in Quercu prouenire, sed in aliis quoque arboribus: quin & alibi ait: Ilex præter glandem fert & puniceum quoddam granum & Viscum atque Hyphear. Itaque contingit ipsam quatuor simul fructus ferre, duos proprios, totidè que alienos, Visci nimirum & Hyphearis. Ac Viscum quidem fert à Septentrione: à meridie Hyphear.

Hic vides eum Viscum & Hyphear apertis verbis inter se distinguere. At lib. 2. *Caus.* cap. 23. Longè aliter cantat: Viscum siue *Ἰξία* nomen est

*Aureus ramus Aenea*

*Viscum olim Gallis sacratissimum, sic Robur. Druidarum mos. Quercus à Deo electa putata.*

*Omnia sanans.*

*Viscum magna Generatione legebant Druides. Fecunditatis medicina. Contra Venena.*

*Duo controuersa.*

*Viscum. Hyphear.*

*Theophrast. illustr.*

se commune: Hyphear ab Arcadibus: Stelidem ab Euboicis appellari. Vnam esse naturam: diuersas habitudines, quatenus oritur in diuersis. Sed hoc ex aliorum sententia narrat: & addit *δοξαι*, videri, non esse. Subdit tamen, quasi suo nomine, Hyphear & Stelidem, in Abiete ac Pinu: Ixiam etiam in Quercu, Terebintho aliisque plurimis. Alii tamen [inquit] differre ista inter se volunt, non leui ratione: siquidem [si vera dicunt] non solum in congeneribus vnumquodque praedictorum nascitur, exempli gratia, in Abiete ac Pino: verum etiam in eadem arbore plura diuersis partibus innasci, hinc Stelidem vel Viscum, inde Hyphear. Praeterea non solum formam differre, sed & fructus dissimiles proferre. Atque id quidem passim obseruari posse, etiam in agris ac regionibus, quae plurimum inter se distant. Item aliud Viscum folio esse perpetuo, aliud nequaquam, haud esse absurdum aut insolens: siquidem aliud semper uirentibus, aliud frondem amittentibus innascatur. Ita euenire, vt in his careat alimento, in illis habeat, quantum sit satis. Hanc enim causam esse perpetuae aut deciduae frondis. Sed haec utro se modo habeant, nihil facere ad eam quaestionem, quam quaeritur, Cur Viscum ex femine in terram confito nasci nequeat?

Plinius omitta hac velitatione securè tradit, Visci tria esse genera: Namque [inquit] in Abiete ac Larice [Pinu Theophr.] Stelin dicit Euboea nasci, Hyphear Arcadia: Viscum autem in Quercu, Robore, Ilice, Pruno sylu. Terebintho, nec aliis arboribus adnasci, plerique. Copiosissimum in Quercu, quod Dryos Hyphear vocant. In omni arbore excepta Ilice & Quercu, differentiam facit odor vtriusque, & folium non iucundi odoris in vtroque Visco amarum & lentum. Hyphear ad saginanda pecora [*αεις το χυλευν*] vtilius. Adiciunt discrimen, Viscum in his quae folia amittant, & ipsi decidere: contra inhaerere nato in aeterna fronde. Altitudo eius non excedit cubitalem, semper fruticosi ac viridis. Mas fertilis, femina sterilis. Aliquando non fert. [Dalech. legit: aliquando verò fert.]

Quod si igitur ita est, vt Plin. tradit, & sentire videtur Theophrastus. Iam non tria tantum erunt Visci genera, sed tot, in quot arborum generibus illud innascitur. At multis, immò longè pluribus arborum speciebus innasci quam vel à Theophr. vel Plinio proditum sit, infra patebit. Neque enim idem Viscum specie, quod è Quercu, & Ilice, & Pyro, & Malo, & aliis prodit: sed tamen vt omnes Visci differentia ad duo summa genera reuocari possint, arborum suarum, quibus innascuntur naturam imitantia: dicemus aliud esse perpetuifolium, aliud folio deciduo. Atque id, cui ab arboribus alimentum suppeditetur, perpetuam frondem agere: Adnatum verò arboribus quae amittant folia: in iis quoque sentire dispendium. Quanquam hoc posterius non sit perpetuae veritatis. Nam in nostris Malis & Pyris (id quod & Scal. notauit) hyemis saeuitia spoliatis, videmus ne vnum quidem amittere folium. Ratio est tenacitas ipsius succi, quae suo lentore sibipisa sufficit. Vt fortasse illa distinctio contingens tantum sit, non perpetua. Quam verò Plin. adfert Maris & feminae distinctionem, idque à fructus ferendi aut non ferendi argumento, de eo nondum planè constat, nec quicquam de hac re Theophr. Ipsa quoque Plin. verba dubia sunt, quando habet. Mas fertilis, femina sterilis: Aliquando non fert. Quid enim hoc est dicere: sterilis est, & aliquando non fert? quoda-

liquando non fert, de eo praesupponitur & aliquando ferre: contingencia enim hinc intelligitur. Quare non sterilis. Ergo nec illa quidem differentia pro vera ac perpetua stabit. Ac ne quidem si cum Dalecham. legamus: aliquando verò fert. Nam quod aliquando fert, is nemo facile sterile dicet. Nisi quis fortè imaginari velit sterilem nasci in sterilibus arboribus (si modo exstet vlla in rerum natura) fructiferam verò in fructiferis. At quid arboris fructus toto genere dissidens, ad fructum Visci? Contrarium potius rationabilius videtur, vt sterilis Viscum in fructifera arbore: & fructifer in sterili nascatur, ex ratione alimenti huc aut illuc abrepti. Sed horum neutrum apparet.

Quapropter restat eam tantum solam veram distinctionem Visci esse, quae desumitur ab arboribus specie differentibus, quibus innascitur. Nam & differentes fructus ferre proditum est.

Scaliger sanè in Vasconia baccas eius aut vitides, aut pallidas obseruatas sibi tradit. In Syria rubrae esse perhibentur, vbi etiam Oleas, in quibus nascitur, interficere creditur, vt dictum in Olea historia. Et fortè ad hoc respexere, qui apud Theophr. Viscum non solum formam sed & fructu differre tradunt.

Sed quid Hyphear, quid Stelis? nunquid res distincta à Visco, an huius species & differentia, vt Plin. voluisse videtur, ac ipse etiam Theophrastus, Nam quod de eorum differentia affert, ex aliorum potius sententia narrat, quam ex sua. Aut si res distincta sint, cur à tot seculis, à tot post Theophr. Authoribus non ab aliquo declarata? Neotericorum sanè herbariorum, immò ne Grammaticorum vllus haecenus nobis visus, qui non Hyphear & Stelidem sub Visco tanquam genere complexi sint. Quin & Theophr. in tota illa sua disputatione de generatione Visci, hunc saltem nominat, huic suas aptat rationes, non friuolam coniecturam ipsum hunc pro genere ceterarum intellexisse. Imò aperte eandem omnibus naturam tribuisse videtur: quando de omnibus tribuisse videtur: validum & nutrimento aptum, seu, vt ille ait, *ισχυρόν τῶν καὶ τροφίμων, καὶ ἡ ἕλας, καὶ τὸ ὑπερ.* Nam his & boues, & iumenta hoc pabulo post messem ali atque pinguescere. Aut si diuersa sunt, cur non de aliorum femine forma ac fatu egit, sicut de Visci? Cur non alius aliquis post tot secula prodiit, qui illud ostenderit? Quare tantisper credamus, genere conuenire Viscum, Hyphear & Stelidem, aut specie, aut suae arboris ratione differre, donec doctus & expertus aliquis doceat, vel nos vel posteritatem, quid sit Hyphear, quid item Stelis, & in qua re differant à Visco: maximè cum sciamus doctissimos etiam viros ad hanc nostram sententiam accessisse.

Plinius, nescimus an oscitantia memoriae vel lapsu, an ignorantia, lib. 16. cap. 30. Buxo adscribit, quae de Ilice scripserat Theophr. quando ait Buxum à Septentrione Viscum, à Meridie Hyphear ferre.

Diosc. de Visco tradens, neque Hyphearis meminit, neque Stelidis: sed simpliciter fruticem ait in Quercu [*ἐν δρυϊ*] nascentem, folia habentem Buxo similia: Additque gigni etiam in Malo, Pyro & plerisque aliis arboribus: atque etiam apud fruticum quorundam radices inueniri, & se vidisse testatur Brasauolus frequenter, sed detectas esse, & vice trunci fungi.

Scribit Bellon. inter montem Athos & urbem Ceres & Tricala nullam esse Quercum, in qua non proueniat Viscum, omnino diuersum ab eo, quod

Perpetuifolium.  
Folio deciduo.

Mas Fert.  
femina.

Plin. not.

Baccas  
differentia.

Viscum Olea

Tara  
Seru

Trag  
not.

alio  
gr

Viscum  
sup  
Vici  
lyca

Dis  
de V  
Iata

Plin. lapsu

Viscum in  
radice.

Viscum Quercu  
cui dicitur  
a ceteris.

quod nascitur in Pomis, Pyris & aliis arboribus, nec vllum esse rusticum, qui non norit nominare Oxos: ex semine enim eos tenacissimum parate gluten. Optassemus sanè, Bellonius indicasset tantum differentiam Visci quercini illius à Visco Pomorum nostratum. Qui .n. in nostris regionibus nascitur, facie non videtur differre à Pomorum aut Pirorum Visco. Præcipua differentia virium esse putatur, quæ præstantissima creduntur in Quercino.

*In Pinu.*  
*In Abiete.*  
*Perpetuo*  
*Scirent in*  
*quibus ar-*  
*boribus*  
*Fronda de-*  
*cidua in*  
*quibus*  
*Tragus. ro-*  
*pri.*  
Matthiol. id quod in Pinu & Abiete nascitur, quodque vt Plin. ait, Stelidem [Stelin] Euboea dicit, hyphear Arcadia, frequentissimum in Tridentino agro nasci testatur: sed hoc ad auercia profus esse inutile. Quæ sanè notabilis est differentia ratio. Idem tradit id quod in Pinu, Abiete, Amygdalo, Malo, Piroque prouenit, perpetua fronde virere. Id verò contrà, quod Quercui, Robori & Castaneæ innascitur, vt pote cui appetente hyeme omnia folia decidant. Huius rei causam reddere conatum Theophrast. cuius tamen sententia non omni ex parte probanda videatur: Nam & Amygdali, & Pomi, & Pyri, [quæ arbores frondem hyeme amittunt] in Italia perpetua fronde virere testatur.

*Tarabella*  
*Serap.*  
Apud Serap. legimus in monte Nasca ex arbore magna ibidem nascente, & ab eis Tarabella dicta, fieri Viscum. Eius ramos decorticatos macerari in aqua per duos menses, deinde ex fortiter contusis elici Viscum bonum. Hanc verò præparationem magis sibi placere ait Tragus quam eam, quæ à Plinio traditur. Sed miramur quomodo probare & conferre potuerit rem sibi incognitam: nec Serapionis verba nobis conuenire videntur cum nostro Visco. Cur non docet Tragus quæ sit ea arbor, quæ à Serap. vocatur Tarabella? Viscum quoque non dicitur Dreus, vt existimat Tragus malè Ruellium intelligens. Præterea lectores considerent, an Viscum fiat ex ligno, & non potiùs ac meliùs ex bacis: quamquam non profus negauerimus ex Visci furculis quoque ea ratione, quæ ab Serap. præscribitur, Viscum confieri posse, sed minus ac vilis.

*alter Tra-*  
*gi error.*  
Posteris, vt Camer. Casp. Bauh. & nobis quoque Visci differentia obseruata: simplex, hoc est singularibus aut binis vel paucis bacis, & Viscum Polycoecò. Vt quæ pingit Camer. Nos vnica nostra Fuchsiani cõtenti essem, rati baccarum multitudinem, quam potiùs varietatem censemus, non nouam mereri figuram. Equidem in eadem arbore, aliquando binis vel ternis, aliquando plurimis bacis racematim coagellatis Viscum obseruauimus.

*Viscum*  
*simplex.*  
*Viscum Po-*  
*lycoecum.*  
Sed noua, nec sanè vulgaris velitatio ineunda de Visci crescendi modo. Theophrast. enim eumque secutus Plin. ac omnis aded antiquitas sine controuersia putauit Viscum nasci ex ipsius baccarum semine, per aluos turdorum, palumbarum, ceterarumque id genus auium, postquam acinorum pulpam intra suos ventriculos concoxere: In qua sententia & Plautum fuisse certum est, quando ait:

*Ipsa sibi auis mortem creat:* Et  
*Turdus exitium sibi cacat.*

*Disputatio*  
*de Viscis*  
*sera.*  
*Adagium.*  
Nempe propter glutinum, quod ex eo fit: quo aues postea capiuntur. Inde etiam veteri proverbio in eos dictum, qui sibi ipsi extremi exitii sui causam præbent, & perdita suæ fortunæ infælices sūt fabri. Hos omnis ferè posteritas secuta, vt fit, securè crediderunt rem ita se habere. At huic opinioni vir summus & acutissimus Scaliger se opposuit, multis nixus rationibus.

Sed lubet prius Theophrast. rationes audire, ne indicta causa condemnatus videatur: idque summam tantum.

Mirandum, inquit, & absurdum atque *repud-*  
*ditum* videtur, qualdam plantas in aliis oriri plantis, in terra non posse, vt Viscum, Stelis atque Hyphear. Namque arbor ex qua Viscum oritur terræ vicem gerit. Tantò igitur magis ferre debuit, vera mater, ipsa scilicet terra, præsertim cum tam multum ac validum fructum pariat. At omne Viscum in arbore nascitur: nullum in terra. Admirationis etiam causam auget Quercus durities: nempe rigiditas ligni, & succi vel copia vellentitudo & fecunditas insignis sui Roboris dat significationem, non etiã in terra prodire posse: supponit autem Viscum ex semine velle prodire: non, sicut animalcula quæ ex putredine gignuntur in aliis arboribus, sed sibi propriam habere materiam, & quidem propriam actu secum afferente formam: tale namque semen est, vt ipsemet Scal. explicat. Multa præterea adducit exempla eorum quæ in aliis nascuntur quæ tamen & ipsa in terra apta sint nasci, si sementerant. Secus in iis si non ferant, vt Cornua & similia. Voracem & validam esse plantam Visci, iccirco multum sibi deposcere cibi. Quapropter si qua in arbore oriatur, quæ minus comæatus habeat suppeditare: debile esse. Cur ergo, inquit, non oritur è terra? Valida enim queunt cogere teriam in suas leges, vi sua eam disiungere. Cogere igitur debuit Viscum terram, vt pareret sibi. Ideoque & in ea nasci, sicut Lupini semè: Quod si quis frigidum diat semen, id non tollit generationem sed differet: ideoque, fieri vt quædam anno sequenti demum enascantur, sicut Beta. Nec metum esse à putrefactione, à quo periculo æquè longè absit ac ipsa Beta.

Sic itaque vltro citroque multis tactatis argumentis, quæ quilibet videre & legere potest lib. 2. caus. cap. 23. tandem ostendit ius non esse acquirendum. Tantum enim abesse vt soluantur quæstionem, vt etiamnum magis implicent. Sequi igitur capite vbi quæstionem soluere conatur, inde initium capiendum esse nos monet, vnde nos ducit natura, id est, ex rei ipsius conditione. Has verò plantas esse eiusmodi, vt in aliis tantum sint, è quibus & solis & solæ enascuntur, sicut & animalia quædam non nisi in animalibus possint creari: quorum tamen origo lateat: harum verò plantarum generatio pateat. Cuius initium fiat à pastu auium, velut accidente ad generationem. Id etiam in aliis euenire. Picam nempe & alias aues quædam, glandes reponere, obruere terra. Ita hic quoque, visci grano detracto confectoque in aluis, quoddam frigidissimum sit, casu quodam excerni ac deponi ab auibus supra arborem, in qua parum immutata stercoreis vi & naturâ, illud pullulet & emergat. Mox pabuli copia & naturæ fortè vi propria vires capere & incrementa. In Abiete autem & Pinu validissimum nasci. Naturam concludit ita comparasse multarum rerum societatem & mutua beneficia, tum generationis, tum conseruationis. Non tamen dicendum esse, hanc generationem non nisi auium opere confici potuisse.

Hæc ferè Theophrast. de generatione Visci. Quod postremum tamen hic obiter refutandum. *Theophr.*  
*repreh.*  
Nam cur aues non sint concausa necessariz, semen vorantes, coquentes succum, emittentes semen cum stercore? Aut quis illuc stercore illud transferat calidum nisi auis? Aut quomodo semen ab arbore suscipiatur, quod non suscipiebat, nisi vi stercoreis alterata? Illud enim frigidis-

firmum dixit : quasi sua natura ineptum ad hanc generationem, nisi preparatio & alteratio ventriculi auis tanquam Coqus & portitor interueniat.

Sed Plinium audiamus, qui paucissimis rem expedit. Quaedam, inquit, in terra gigni non possunt, & in arboribus nascuntur. Namque cum suam sedem non habeant, in aliena viuunt, sicut Viscum. Omnino autem satum villo [ nullo m. & ch. ] modo nascitur, nec nisi per aluum auium redditum, maximè palumbis ac turdi. Hac est natura, vt nisi maturatum in ventre auium non proueniat. Hac Plin.

Theoph. & Priscorum opinio de Visci generatione recitatur.

Nunc Scalig. audiendus, qui ex professo hanc Theophr. & Plin. opinionem magna subtilitate conuellit, in hunc modum. Veteres omnes sine controuersia sunt arbitrati, Visci acinis à Turdo comedis, quod ad pulpam pertinet, concoqui: quod seminis est, incoctum ab aluo deiici, exire, silique in arboribus iis, in quibus isti quiescere consueuerunt. Pro nobis facit, quod ait Theophr. semen esse propter generationem. Mihi tamen aliter videtur. Neque vlla in terra satum prouenit: neque in quavis arbore. Dices, arbores certas pro solo ei à Natura destinatas. Sic sanè fugies. Sed tum contrà, mirabor: quomodo in durissima ligna lubeat ita, vt sibi findat corticem, ac sine radice vnum cum illis fiat. Nam quamobrem non super Iuglande, Olea, Lauro, Cupresso, Larice? quando super horum congeneribus, iisque æquè duris, atque etiam durioribus nascitur: Pyro, Malo, Sorbo, Pruno, Cerro, Quercu, Terebintho, Abiete, Pinu, Ilice. Etiam super Castaneam vidimus. At in illis nihilosecius auicula stabulantur. At in Turdorum ventriculis, atque intestinis, quos Visci baccis hac de causa nutritos secimus, nullum vnquam granum inuentum est. Similis est hæc fabula, Qui à me rogati: quo seminio in parietibus herbæ nascerentur: vento aiebant, in parietes seminibus delatis. At non ita est. Sed quasi cornua ex ossibus animalium: sic ex arboribus educi Viscum.

Quibus arboribus non nascatur Viscum.

Quibus nascatur.

Viscum quasi cornua animalium.

Quamobrem Ion poëta Chius in fabula Ceneo, Viscum dixit esse sudorem Quercus.

Visci genus lignum cū Quercu.

Quam ob causam vnicum est lignum vtriusque, non autem insertum, tanquam in terram. Qua ratione etiam è Thymo prodit Epithymum, non è semine: haud sine Recentiorum nugis. Nullo modo fieri potuit, vt in Terebinthi corticem latissimum, durissimumque, vitam membræque sua infigere atque insinuare queat Viscum. Sed à calore potiùs interno informata Visci principia in succo sibi connaturali: ab externo adiuta, atque euocata concreuisse, atque in plantam hanc adoleuisse, quasi cornua quadam, sicuti dicebamus. Vbi & illud tibi à Theophr. animaduertendum fuit, qui lib. 2. de caus. scribit: perpetuari frondes Visci generibus iis, quæ in arboribus æternifoliis oriuntur. In perdisfoliis quod proueniat, ipsum quoque amittere folia. Non enim verum est. In Malis nostrorum prædiorum, non solum vt serid dicam *Seridæ*, sed etiam, vt iocemur, *teritigen*. Quibus foliis ipsæ virent, suis spoliata. Non tamen illorum insectamur opinionem, tanquam vulgi vel sobolem, vel alumnæ. Subest etiam ratio non inepta, neque imbecilla, quæ id illis potuit persuaderi. Quando in diuersis arboribus eandem viderent plantam: vnum, idemque principium, è diuersis originibus promanare posse minimè videbatur. Sed quemadmodum Quercus & Pini folia diuersa, sic diuersa esse quoque deicit vtriusque Visci folia: si ab illorum natura

profecta essent. Pulchram sanè pro illis excogitauimus defensionem. Quam tamen diluere licet hac insecta obiectione. Non enim necesse est, diuersorum excrementa diuersa esse facie: sed ratione sola differre satis est, vt lachrymas. Itaque pro nobis faciet potiùs. Quia longè aliis viribus Quercinum est Viscum, quàm Ilignum & alia. *Visca Quibus differunt.* Exempla quoque valida sunt. Alia Fagus à Quercu: ab vtraque Ilex: Galla tamen omnibus. An suo peculiari satum, seminiòque Galla orta est? Sic Ceruorum & Damarum cornua sunt vtraque, non ab externo compluta, aut inserta semine, sed ab internis primordiis excitata. Maximum verò ad sententiæ nostræ confirmationem argumentum, quòd è ramis quibusdam exit Viscum, quo in loco nullis modis vel stercus consistere, vel semen vnquam potuerit harere. Nam quod ait Cardanus: semen ex auicularum aluo deiectum, quominus ab imbribus deuolutum pereat, foliorum operimento in ramis custodiri, id in perpetua frondis arboribus fortasse verum fuerit: at in Sorbo quæ potest? Visci namque fructus neque maturus neque edendo est, nisi arbore exfoliata. Quare intempestiuas hybernae sæuitiæ iniurias ipsum perpeti ac perferre posse, non fit verisimile. Nihilò enim commodiùs consistere, quàm in re procliu globum. Quippe in summis surculis etiam hodie ipsum conspicati sumus. Qua in sede & ancipitis firmamenti, & quietis, ne tranquillo quidem cælo stare quicquam valeat.

Ad Theoph. argumentum, quod aiebat: Omne semen esse propter generationem, neque respondere scio, neque animus suadet vt ei assentiar. Denique omninò si respondere nesciam, magis nesciam, quo modo semen, vt dicebamus, valeat durissimos cortices ita penetrare, vt coalescat. Nostrum sanè commentum parabiliore videtur firmum ratione. Theoph. accipit pro probatione, quod ipsum eget probatione. Ait enim è semine nasci. At negamus nos. Si enim è semine nasci posset, è terra quoque de semine nasceretur. Plin. ait, non nisi auium ventriculis domitum semen, esse genitale. Atqui ex earum aluo plus in terram deiicitur, quàm in ramos: neque tamen proficit. Quasi verò in palambis & turdi ventriculo nequeat granum concoqui: cum tamen Labruscarum gigarta longè duriora & grandiora conficiantur. Hoc experti sumus nos. Primum Labruscæ vnam dedimus Turdo: in deiectionibus nihil præter ipsa excrementa. Deinde etiam Visci baccas dedimus: idem. Nec faciat Æolus edictis suis, vt hyemales tempestates abstineant à iure suo deiiciendi ex ramis, complutis, agitatis, semen illud quod necesse habet seruari sub ipsum vsque Ver vt conformetur. Nam per hyemem qui potest: Interea sedeat in ramo summo, læui, tereti, securus de dilapsione de que gelu: tum sibi findat corticem valentissimum, quod vix acutissima subula facere queat. Arguatur & aliquis ita licet: si Viscum oritur tantum ex stercore auis comedentis Viscum, quomodo igitur primum ortum Viscum, ex quo aues nondum comederant?

Ratio Theoph. dicitur.

Plin. sententia recitatur.

His & multis aliis similibus rationibus, quas hic breuitatis causa omittimus, confutatur opinio Veterum de generatione Visci. Plures rationes habet Scalig. ex ipso etiam Aristotele accersitas, quas inde petet, qui volet. Huius etiam sententiæ inter Veteres sine dubio fuit Virgil. cum ait:

*Quod non sua seminat arbor.*

Ridicula est sententia Monachorum existimantium Viscum nasci ex stercore auium, non quatenus sit Viscum, sed quatenus sit auium stercus.

Monachorum opinio ridicula.

Porro

*An in omni arbore nasci queat Viscum?*  
 Porro Brassauolus vult in omni arbore posse nasci Viscum, ac etiam in Vite se vidisse testatur. Cui sententiæ se opponunt Monachi, id negantes, quod à se non in omnibus conspectum sit. Quorum sanè negatio non minùs reiicienda videtur, quàm affirmatio Brassauoli, qui eam intèpestiuo fundamento firmavit: nempe quod super omnem arborem stercus emittere queat Turdus aut alia aliqua avis. Sed hæc quæstio ex eorum numero est, quæ ab homine definiri nequeunt: adde quod de potentia agat, non de actu. Temerario iudicio incedunt, quicunque negant possibilitatem cum aliqua ratione coniunctam.

*Quibus arboribus innascitur?*  
 Nimum fidi tribuunt qui omnibus arboribus Viscum innasci asseuerant, quia non omnes viderunt. Sed hoc parum refert. Dicamus potiùs quibus arboribus innascitur, hoc est quibus arboribus innatum viderimus vel nos, vel alii. Vidimus in Quercu, & habemus magnum & integrum fruticem Quercus ligno adherentem. Habemus & frusta pollicaris ferè crassitudinis, cortice nigro tecta, vetusta, pro Quercinis data. Latifolia Quercus per multas Pannoniæ sylvas visci feracissima est, teste Clus. Nec alibi sibi veri Visci querni conspectam copiam scribit Turner. quàm apud Hugonem Morganum Londini: acceperat autem ex Angliæ Essexia, quæ huius præ reliqua Angliæ feracissima. Apud nos rariùs inuenitur in Quercu. At in Pomis & Pyris tam domesticis quàm syluestribus sitis frequenter: & multis locis in Corylo seu Oxyacantha Matthiol. Vidimus etiam natum in Corylo, sed rarè. Semel tantum in Sorbo torminali. In Tilia aliquoties, & quilibet videre potest, satis frequens Basileæ in viridario D. Petri supra Tiliæ nasci. In Pruno syl. non rarè: in Salice altissima bis. In Mespilo semel. In Sorbo alpina semel. In Abiete ter. In Amygdalo & Acere semel. Obseruauimus etiam aliquando Monpeli in Ilice. In Populo Lybica semel. Cordus scribit reperiri, sed rarè in Vite: in qua & Brassauolus vidit. Quod Abiete innascitur, Hyphear est secundum quosdam. Hoc antea disputatum. Nascitur & in Betula, Populo nigra, Terebintho, Robore, Tilia sylvestri, Cerro, Castanea, Cotonea, Olea. Thalius vidit in Iuglande. Autumni initio cum suis acinis decerpitur, tota hyeme restant bacca.

*Tempus.*  
 In quacunque verò nascatur arbore, noxam ei affert, vt etiam interimere possit, teste Theophrast. Hederà inquit Plin. necari arbores certum est. Simile quiddam & in Visco, tamen si tardiotem eius noxam arbitrantur. Suprà verò dictum Oleas Palestinæ ob Viscum cum illis innascens sterilefcere. Nos à nostrati Olea scimus, etiam vitem exhauriri, inquit Scal. Alex. Cornelius, tradente Plin. arborem Aeoniam, [ id est, æternam: vulg. ex. Eonem habent ] appellauit, ex qua facta esset Argo, similem Robori Viscum ferenti, quæ nec aqua nec igni posset corrumpi, sicuti nec Viscum, [ ferentem: quæ nec aqua posset corrumpi, sicuti nec Viscum, nec igni Dal. ] nulli alii cognitam, quod equidem sciam.

*Visci noxa.*  
 Porro glutinis, quod Viscum nuncupatur parandi ratio multiplex. Dioscor. ex baccis Visci quercini contusis ac lotis, tandèmq; in aqua decoctis fieri tradit. Elsèque qui acinos commanducantes ipsum conficiant. Optimum dicit recens, colore intus porraceo, extrà verò subflauo, quodque nihil habeat asperi aut furfuracei. Optimum etiam traditur Quercinum: inualidum verò quod ex Mali & Pyri Visco paratur. In Hetru-

*Visci paranda modus.*  
 ria, teste Matthiol. non modò in Quercu laudatissimum prouenit, sed etiam in Cerro, Ilice, & Castanea, præsertim in maritimis Senensibus, vbi vastissimæ assurgunt syluæ, quæ non paruo prætio us locantur, qui Viscum efficiunt. Scandunt autem illi arbores immensas, non sine magno vitæ suæ periculo, sapiùsque funibus adalligati, id muneris in aère pendentibus obcunt. Grana quæ legerunt, in aqua decoquunt, donec disrumpantur, postea cõtundunt, & tamdiu lauât in aqua quousque furfuracea excremeta eximât. Paratur optimû ex Castaneæ visco. Nam quod ex Pyri, ac Pomi Visco paratur, inutile est. Quod in Pinu & Abiete nascitur, ad aucupia prorsus inutile est: decoctum enim, & deinde elotum omnem amittit lentorem. Non dubitauerimus ex Tiliæ Visco optimum parari posse, cum arboris eius succus sua naturalentus & glutinosus videatur. Viscum autem Plinio, consistit ex acinis qui colliguntur messium tempore immutati: nam si accessere imbres amplitudine quidem augentur, Viscum verò marcescunt. Siccantur deinde, & aridi tunduntur, ac conditi in aqua putrescunt duodenis ferè diebus. Vnumque hoc rerum putrescendo gratiam inuenit. Inde in profluente rursus malleo tusi, amissis corticibus interiore carne lentescunt. Hoc est illud Viscum pennis auium tactu ligandis, tuglandis oleo subactum, cum libeat infidias moliri. Fit etiam à nonnullis artificio Viscum, ex variis rebus, vt ex Sebesten in Damasco, & ex radicibus Maluauisci, & ex fructu Aquifolii, & similibus ad capiendas aues, etiamque aquaticas: quod tamen medicinæ minùs est idoneum, testibus Monachis. Viscum enim Damascenum, [ vt Heron. Aloisius ] ad nos adferri solitum, non fit ex acinis Visci dicti, sed ex Myxis potius vel aliis rebus. Quod autem hoc verum sit, apparet ex eo, quoniam vulgare hoc Viscum non acrimoniam, nec amaritudinem vllam habere videtur, quas Gal. & Dioscor. suo mense Visco scribunt, sed dulcedinem potiùs: idèq; humores ex intimis corporis partibus attrahendi & digerendi vires non habebit. Apud recentiores hæc nomina leguntur: Viscum Quercinum, Viscum aquæ aptum, Viscum Romanum, & Viscum absolutè.

*Visci noxa.*  
 Viscum Romanum non est Mastiche, vt quidam putant, nec in vlllo probato autore legitur, tantò peiùs faciunt, qui ita legunt apud Mes. in compositione Catapotiorum de Colocynthide: nam in alio & antiquissimo cod. legitur Absinthium Romanum, sicque legendum esse & Monachi & Brassauolus meritò censent. Viscum aquæ aptum, arte paratum est: aucupes eo vtuntur. Melle aliqui parant: alii oleo nucum, alii oliuarum: ita nuncupatur, quoniam etsi pluerit, nihilominus aues eo irretiuntur, & quod eius vsus etiam sub aqua esse possit ad capiendos pisces. Fit hoc Viscum ex Sebesten in Syria, deinde Alexandriam, inde Venetias transuehitur, sed rarè bonum inuenitur. De quo, suo loco. Fit tamen & Viscum commune pro aqua & aquatilibus aibus. Viscum verò soli aptum, quod & alii Damascenum dicunt, fit ex Visco, de quo hoc loco tradimus, quod & simpliciter Viscum dicitur. Veteres autè Querno & Colurno.

*Visci noxa.*  
 Viscum eximias vires, maiorèmq; quàm reliquis efficaciam adscribere, inquit Turner. Nos non videmus quas vires veteres Colurno tribuerint, quamuis eum non repudiemus, sed laudemus. Dioscor. vim habet discutiendi, molliendi, attrahendi, concoquendi, panos seu tubercula (pūcula) parotidas & abscessus, resina, parique cera admix-

*Visci noxa.*  
 Vires. & Vfus. Tumores et abscessus.

*Visci noxa.*  
 Quando legenda bacca.

*Visci noxa.*  
 Viscum artificiale.

*Visci noxa.*  
 Viscum Sebesten.

*Visci noxa.*  
 Viscum Maluauisci.

*Visci noxa.*  
 Viscum Aquifolii.

Artificiale Viscum. Viscum Sebesten. Viscum Maluauisci. Viscum Aquifolii. Viscum Myxarum.

Viscum Romanum.

Viscum aquæ aptum.

Viscum commune pro aqua & aquatilibus aibus.

Viscum soli aptum.

Viscum Damascenum.

Viscum simpliciter.

Vires. & Vfus. Tumores et abscessus.

Vires. & Vfus. Tumores et abscessus.

Vires. & Vfus. Tumores et abscessus.

Vires. & Vfus. Tumores et abscessus.

Vires. & Vfus. Tumores et abscessus.

Vires. & Vfus. Tumores et abscessus.

Vires. & Vfus. Tumores et abscessus.

Vires. & Vfus. Tumores et abscessus.

Vires. & Vfus. Tumores et abscessus.

*Epinyctides.*  
*Vlcera.*  
*Lieni tumor.*  
*Vngues.*

xtum: epinyctidas quoque in splenio sanat. Vetera autem vlcera, malignosque abscessus cum thure mollit: lienemque absumit cum calce aut Gagate Asioue lapide coctum & impositum. Vngues quoque extrahit cum Arsenico aut Sandaracha illitum. Ceterum cum calce vini que face mixtum, suam vim intendit. Viscum inquit Plin. e Robore precipuum diximus haberi, & quo conficeretur modo. Quidam contusum in aqua decoquunt, donec innatet. Quidam commanducantes acinos, expuunt cortices. Optimum est, quod sine cortice est, quodque leuissimum (laeuissimum) extra fuluum, intus porraceum, quo nihil est glutinosius. Emollit, discutit tumores, siccatur strumas. Cum resina & cera panos mitigat omnis generis. Quidam & Galbanum adiciunt, pari pondere singulorum: eoque modo & ad vulnera vtuntur.

*Delectum.*

*Vulnera.*  
*Vngutum scabritia.*

*Epilepsia.*

*Ad conceptum.*

*Vlcera.*

*Iumentorum cibum.*

*Temperamentum.*

*Lichenas.*

*Superstitiones circa Viscum.*

*Orbiculi ad Epilepsiam.*

*Turdorum aucupium.*  
*Contra Venerum Eucas.*

Quidam & Galbanum adiciunt, pari pondere singulorum: eoque modo & ad vulnera vtuntur. Vngutum scabritias expolit, si septenis diebus soluantur, nitroque colluantur. Quidam id religione efficacius fieri putant, prima Luna collectum e Robore sine ferro. Si terram non attigit Comitibus mederi. Conceptum sceminarum adiuuare, si omnino secum habeant. Vlcera commanducato impositoque efficacissime sanari. Hyphear ad laginanda pecora vtilius censet Plin. At Theophrast. & Viscum, & Hyphear, & Stelidem multum nutrire tradit. Nam & boues & iumenta hoc pabulo post messem ali, atque pinguescere. Vita modo purgat primo, addit Plin. dein pinguefacit, quae suffecere [superfuere Dal.] purgationi. Quibus sit aliqua tabes intus, negant durare. Ea medendi ratio aestatis quadragenis diebus. Galen. Viscum ex plurima aerea & aqua calida, paucissima terrena substantia constat: nam acrimonia in eo amaritudinem excellit. Itaque etiam effectus substantiae respondent. Siquidem valenter ex alto humores extrahit, nec eos tantum tenues, sed & crassiores, eoque diffundit ac digerit. Est autem ex eorum genere, quae non protinus post primam appositionem excalefaciunt, sed quae tempus requirunt, velut Thapsia. Apud Plin. quoque legitur florem Visci ad Lichenas cum calce subactum conferre.

Porro non apud Priscos tantum, sed etiam nunc hodie apud Christianos superstitiones locum habent circa Viscum. Inuenias enim qui credant, Viscum Quercinum amuletum aduersus veneficia & ludibria Satanae efficax esse, ideoque e collo puerorum & infantium suspendunt, quo a veneficiis tuti esse queant. Quidam Empirici existimant Viscum quod Quercui, Corylo aut Pyro adnascitur, si terram non tetigerit, in puluerem redactum ac e vino potum comitialibus mederi. Itaque ex eo orbiculos conficiunt, quos ad eundem morbum facere credunt. Alii argento includunt, & inter alia e collo puerorum & infantium suspendunt. Omnia Visci genera dum viridia adhuc & recentia sunt, tusa, succo extracto auribusque indito, discutunt collectiones earum, & emolliunt eas intra paucos dies, dolorumque finiunt: ex Trago.

Visci, tradente Matth. Hetruscis maxima utilitas est: nam praeter eius vsum in aucupiiis, quibus mirum in modum delectantur, ob ingentem turdorum copiam, qui autumnii tempore in syluis quibusdam ex Iuniperis arte constructis, eo capiuntur: id etiam inprimis vtile est Vitibus muniendis, ne prima germinatione ab Erucis, quibus omnia scitent, gemmae deuorentur. Siquidem agricola Viscu vites omnes circumdant, quo postea erodentes vermiculi, qui tam praestantissimo latici insidiantur, e terra sursum petentes me-

ritò implicantur. Quod cum perspexisset natura omnium rerum parens, Visci multum Hetruriae largita est, ne hanc ob pestem vino destitueretur. Sunt qui Querni Visci lignum in tenuissimum puluerem redigant, & comitialibus hauriendum praebant, quo tantum medicamento multos fuisse sanatos pro certo affirmant. Sed noui ego, inquit Matth. complures, morbi & medicamenti prorsus ignaros, qui ligni loco Viscum ipsum in catapotis deuorandum dederunt.

Adnotandum tamen, Ligni Visci vsum in medendo praclarum a doctissimis quibusque haberi, & a plerisque Medicis praescribi contra Epilepsiam & Apoplexiam, & Paralysem, multumque in his casibus praestare tum intus epotum, tum vero in collo appensum. Viscum Pyri sylu. contractione morborum laborantibus maximo auxilio esse sibi compertum ait Matth. Contunditur id vna cum foliis & ramis, & cum pinguedine capi recenti. Rami, nouitii praesertim, commendantur in fluxu muliebri, & Nephritide. Quidam Viscum Quercinum, quod terram non tetigerit [hoc nobis superstitiosum videtur] in aqua Ruta decoquunt, & 40. dierum spatio potandam praebent, prorsusque eo modo, quo vulgo Diata dicta instituitur, sudare iubent, efficaci & probato, vt aiunt, remedio aduersus Epilepsiam, cui experimento etiam non parum tribuere videtur Camer. argumento, quod in magna aestimatione fuerit apud Veteres, vt etiam omnia sanantem vocarint. Gentilis & Iac. de partibus lignum S. Crucis vocant: de quo & supra quaedam dicta. Scimus quodam non inutiliter eo in vino macerato vsum contra vertiginem. Quidam nostro suauis contusum in aquis conuenientibus macerant, vt de eo pocillent pueri contra vermes, egregio effectu. Cento Medicus VVirtemb. ad Epilepsiam commendat.

Viscus Querci, inquit Alb. Magn. cum quadam alia herba, quae dicitur Marlegon, id est, Syluium, vt scribitur lingua Theuthonica, omnes seras aperit: & si praedictum compositum in ore alcius ponatur, & cogitetur de aliquo, si debet accidere, corde infigitur, si autem non, corde resilit. Sed si praedictum ad arborem suspendatur cum ala hirundinis, ibi congregabuntur aues bene per quinque miliaria, & hoc vltimum tempore meo est expertum. Hac ille, quae homini Christiano tanquam superstitiosa, aut saltem fabulosa non tentanda.

Viscum Coryli mense Iunio collectum ante exortum Solis: concitum minutim exsicca, quod in puluerem redigi possit. Cuius pulueris accipe quanta est auellanae magnitudo, superfunde aquae florum aut herbae Verbasci, cochleare vnum aut alterum, tertiumve, vel q. suff. pulueri humectando, vt eo vti possis. Hoc omni septimana ter repetes: noctu horae quadrantem antequam cubitum eas. Nihil autem superbibendum aut comedendum. Quod si aeger iam paroxysmo correptus sit, prodesset puluerem cum aqua exhibere, aut cum paroxysmum imminere praesentiscit.

Nicol. Metri in lib. Medico. ab Hen. Martio edito, mirabiliter commendat Viscum Auellanarum siue Coryli. Platear. in Conuulsione Visci Querni penuria Viscum Coryli sumi suadet. Eo Visci ligno quod in Aronia nascitur, arquatos prospectius curatos sibi compertum tradit Curtius. Paratur & emplastrum efficax ad suppurationes, & extrahendum pus, quod Scribonius Largus describit, Emplastrum de Viscu vocant. E quo petet,

*Quorundam soliditas.*

*Epilepsia.*  
*Apoplexia.*  
*Paralytis.*

*Fluxus mulieb.*  
*Nephritis.*

*Experimentum ad Epilepsiam.*

*Lignum S. Crucis.*

*Vertigo.*  
*Lumbri.*

*Sera se aperienda.*

*Aues quae congregantur.*

*Viscum Coryli ad Epilepsiam.*

*Viscum Aronia ad lacerum.*  
*Emplastrum de Viscu.*



*Bacca n-  
sua.*  
*Pleuritis.*  
tet, qui volet. Caterum baccas cuiuscunque sint generis Visci non intra corpus sumendas putat Camer. esse enim nocuas: quod facile concesserimus ob insignem suam lentorem. Item tradit Visci Quercini usum esse in quibusdam locis ad pleuritidem, epota drach. j. pulverisati ex aqua hordei vel alia conuenienti, non sine solatio a-gri.

VISCVM INDICVM.

CAP. II.

Descriptio



Radix.

Culmi.

**E**X Indicis plagis, accepimus hanc, nusquam nisi in ramis & truncis arborum enasci solitam, ritu Visci, quod quia multum adumbrat, Indicum Viscum vocauimus. Sessili, sed transuersim excurrente est radicis cespite, gramineis genicellis & Polypodii quadantenus, sed albicantibus: Culmis item ex pallido virentibus

à medio summotenus crassioribus, fungosis, striatis, sesquipedem longis: in quibus folia semper virentia Visci effigie, sed duplo maiora, fungosiora, & secundum neruum, medium folium intercurrentem, circulis vtrinque senis, non parum admirationis mouentibus, veluti scalpro impressa. Lob. & Pena Adu.

VISCVM INDICVM ALIVD.

Descript.

Folia

Semen.

Sapor.

**E**Idem casu & natalibus ramorum arborum Indicarum debemus hanc, vnde auullerunt, qui Morgano miserunt, cespite latiore, sessilis caudicibus incumbit, fibrillis cepaceis radicata, vnde proximè surgunt folia inuicem conuoluta, tunicea, inferius ferme palmum lata, numerosa, quadantenus Aloes aut Scyllæ & superas in ligulas pratenues, mucronatas desinentia: purpureum, striatum, concavum alis donatum, Scapum, Hastula Regia aut Aloes, duorum & trium cubitorum, ambientia, quæ multis glumosis siliquulis spicantur, Auenæ situ: magnitudine verò & sericeo tomento candido, Apocinum & Aclepiadem representant, & semine, sed Conifæ exili, gustu salso, ingrato, nitroso fortè quia in aura maritima adoleunt, vt Aloës illic in fabuletis. Adu. Penæ & Lob.

ILEX ARBOREA.

CAP. III



**N**ihil vulgatius, nihil notius oris nostris Quercu ex eius familia cū & Ilex sit, calidis regionibus, ceu Hispania & Gallie Narbonensis frequens, ad eam ex instituto accedimus. Arborea igitur Ilici brachia ramulique incana lanugine obducti sunt, sicuti & prona parte folia, nam supinà virent, nisi admodum tenella fuerint. Sunt ea verò quam Coc-

Descriptio

Folia.

Nucamenta.  
Glands.

Excrementum.

cifera Ilici maiora, iam mucicata, idque rarius aut crebrius, iam leuiter sinuata, alias ne crenæ quidem ullæ marginum æquabilitatem interrumpunt: tam variè ludit foliis. Longa fert & racemosa amenta, ceu nucamenta lutea. Glandem autem longam, lauem, turbinatam, mediocritatis magnitudinis, è calyce incano, & veluti imbricato emicantem. In huius & foliis & ramis excrementum obseruatur per uernum tempus, nigrum, rotundum, quale circa Monspelium obseruauimus.

Quandoquidem Clus. Ilicem à se in Hispania obseruatam describit, eius historiam subiiciemus. Quæ mihi cognita, inquit, arbor est Mali aut Pyri magnitudine, multò frequentioribus breuioribusque ramis prædita quam Suber, quos latè spargit: folia perpetua, supernè viridia, infernè candicantia, gultu adstringente, foliis Suberis minora: & magis orbiculata, in adultis arboribus plerumque sine aculeis, præter nouella, & nunc primùm enata, quæ aliquantulum incisa, aculeata sunt: certè in tenellis arboribus antè quam glandem ferre incipiant, omnia folia aculeata obseruabam. Multos in extremis ramulis fert oblongos iulos, qui in flauos & muscosos flosculos poline & tenui puluere perfusos explicantur. Glandes è floribus non oriuntur, (nam sunt inutiles) verùm in aliis quibusdam separatis pediculis: eæ autem quernis glandibus sunt similes, nunc maiores longiorèque, modò minores & breuiore, quæ nonnunquam ante maturitatem nigrescunt, & gummi quoddam reddunt gustu calidum, saporis tamen non ingrati. Maturarum cortex siue partem nigricat, nucleus candidus, firmus & dulcis est, præsertim maiorum: vtræque tamen à nonnullis maximè expetuntur, illisque non minùs auidè vescuntur ac nos castaneis ac auellanis. Hanc ob causam in foro Salmaticensi, aliisque Hispaniæ locis, venales mensibus Octob. & Nouemb. proponuntur: vt non immeritò dixerit Plin. per Hispanias glandem secundis mensis inferi.

Foliorum  
Sarses. u.

Flosculi  
Inlorum.

Flores inutiles.

Glands.

Gummi.

Nucant.

Plinio glã-  
des caules.  
in Hisp.

Hac vidi minorem Londini anno M. D. LXXXI. in suburbano quodam horto, ad dextram Tame-

nensis prior.

lis ripam, supra pontem, qui vtramque urbem coniungit, multis & frequentibus ramis præditam admodum fragilibus, in quibus confuso ordine & sparsim nascuntur folia Hispanicæ foliis similia. Florebat sub finem Maii paullo serius quàm in Hispaniis, & glandes primùm emergentes habebat, quæ ante maturitatem consequantur, me fugit: nam sequente Julio Britannia excessi.

Ilex Londinensis altera.

Alterà porro etiã vastè magnitudinis in arcis regia ad V Vestmonasterium horto alebatur, sed magnitudine cum superiore non conferenda, licet adeò crasso esset caudice, vt nemo amplecti posset. Hæc à superiore non nihil differre visa est: nam minora & magis orbiculata habebat folia, buxeis interdum non ampliora, nullis aculeis horrentia, alioqui subtus incana & supernè virentia, vt prioris folia. Nullos in ista flores obseruauit, & an glandem ferret, nemo indicare potuit. An verò Ilex mas sit, quam, Plin. teste, glandem ferre negant, nihil statuere possum.

An Ilex mas Plin.

Ilex Mast.

Quam Matthiol. exhibet, mihi [inquit idem Clus.] videre non contigit: Ad id fortè genus referenda est, quod Plin. in Italia nasci tradit, folio non multùm Oleæ dissimili: nam oblongum & angustum est: & Matthiol. Hetruriam ea scitere asserit. De Ilice Matthiol. mox copiosius. Viscum aut Hyphear in nulla Ilice obseruasse memini, sed aliquando granum ex puniceo nigricans in iis arboribus quæ frequentes nascebantur sylua illa ponè cœnobium Grammôt vulgò dictum, Monspeliano agro, & interdum, in Bœtica præfertim, tenuem & capillaceum muscum, cinerei coloris è ramis deperdentem, qualis in imâ tabellæ parte adpictus est. Ramus verò qui florem habet, ex priore Londinensi expressus est. Nam quos ex Hispania Clusius attulerat ramos, florem omnino corruptum & attritum habebant. Ceterùm Narbonensis & Prouincialis Ilicis glans minor est, quàm Hispania.

An Ilex serilis folio Oleæ Plin.

Granum.

Muscus.

Theophrastus in Ilicis historia satis aperte agit, vt ex diuersis eius locis colligimus hoc sensu. Ilex [δρυς] ex syluestribus perpetua folia habet, Quercus similia, [δρυάδες] verùm minora aculeatæque, [δρυάδες] fortasse δρυάδες cortice læuiori quàm Quercus [δρυός]. Ipsa verò arbor magna affurgit, sicut Quercus, si locum solùmque naçta fuerit commodum. Materies spissa, robustaque. Radix alta ac profunda satis [δρυός]: Gaza admodum, alii mediocriter, vt Histor. Lugd. Atqui idem sanè Theoph. lib. 3. cap. 7. hist. omnium syluestrium profundissimam habere scripsit] ac multiplex. Fructus glandis specie: [καλαυάδης] sed glans ipsa pusilla est. Annotinum nouus occupat: nam serò maturefcit: eamque ob causam bifera à nonnullis existimata. Fert præter glandem, granum quoddam puniceum. Sed & Viscum atque Hyphear. Quapropter contingit eam simul quaternos habere fructus: duos proprios, totidemque alienos, Viscum nimirum & Hyphear. Ac Viscum quidem fert à Septentrione: Hyphear à meridie. Robustissima est arbor, & vel hyeme decorticationem diutiùs ferre potis, sicut & Quercus. Constat & Ilicem quoque medullam habere, quam carere putaueris, sicut & Buxum & Lotum. Etenim ex his valuarum sumptuosarum cardines facere solent artifices: nimirum præcipientibus Architectis vt eos ex medulla conficiant: quod item vel omnis medulla extrahi potest, etiam durissimarum materierum, quas nonnulli corda appellant, rationis loco sumi possit. Ilici similem arborem Smilacem vocant Arcades &c. de qua & Phellodry vide quæ

Theoph. hist. iustr.

Materies Radix.

Viscum. Hyphear.

Medulla.

postea tradentur. Idem Theoph. Loto tribuit folium *περιώδες* vbi Corn. & Rob. Const. volunt legendum *περιωάδες* vel *περιωοειδές*, licet Plin. legerit Ilicis, quam lectionem & Gaza secutus, de quo suo loco.

Theoph. correct.

De Visco & Hypheare copiosè scripsimus in historia Visci post Quercum. Anguill. opinionem existimantis Hyphear esse liquorè rubrū substantia mellis infra dicemus in historia Ilicis cociferæ.

Ilicis historiam sparsim tradidit Plinius, his ferè: Syluestrium generis folia non decidunt Ilici, Aquifolio, Suberi &c. Folia aculeata Aquifolio, & Ilicum generi: folia pediculo breui Ilici: nullo flore exhilaratur: Fert glandem, quæ propriè intelligitur, hispido calyce contentam: cæteris glandiferis folia, præter Ilicem, grauiora, [grandia Dalec.] carnosa &c. Stillicidia Ilicis ponderosissima. Hæc annifera habetur, nouis que fructus in hac cum annotino pendet. Reliqua suis quæque locis dicentur, in ordinem coacta, quo vtendum nobis, si Methodo non liceat, in tanta authorum ac rerum varietate. Breui, lectoris compendio, ac facilitati studendum. Non tacendum tamen & hoc loco Plinium non sine errore quæ Theoph. de Visco & Hypheare dixit, Buxo tribuere. Apud Diosc. *πειν* seu Ilex species est *δρυός*. Gal. verò hæsitare videtur, cum lib. 6. simpl. ait: Phagus & Ilex [*πειν*] siue quis Quercus [*δρυός*] species ipsas nominare, siue toto genere differre velit, &c. Et de cibis boni, & mali succi: *πείνω καλαυάδης* [inquit] *ακύνος* *πυμάζου* *Ελλωες*: *είσι* *δ* *δρυός* *φαι* *δ* *σκληρα*, *δ* *δ* *τῶ* *ἀνδ* *είς*, *καὶ* *ἰφ* *δ* *δ* *τις* *πεσο* *σφ* *έρηται* &c. Hipp. quoque in lib. de Vlcetibus radicem Ilicis meminit: & lib. 2. de Diata inquit: *δρυός*, *δ* *βαλάνη*, *δ* *σπυρί*. Homerus quoque Ilicis glandem *Ακύλον* dixit, eoque nomine à glande distinxit. Porro iam priùs dictum in generali glandiferarum historia, Ciuicam coronam primò fuisse Iignam, postea magis placuisse Esculneam: variatumque & cum Quercu esse. *Luçtuosa* tamen etiam arbor fuit Ilex, quod multorum testimoniis comprobatur. Virg. in Sileno, Ecloga 6.

Plin. not.

Acylos Hippoc. & Gal. & Hamer.

Ciuica coronam Iignam, Luçtuosa arbor.

*Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas.*  
Horat. Carm. lib. 4. Ode 4.  
*Duris vt Ilex tonsa bipennibus*  
*Nigra feraci frondis in Alcido.*  
Seneca in Thicste.  
*Nullaque lætos solet*  
*Præbere ramos arbor, aut ferro coli,*  
*Sed Taxo, & Cupressu, & nigra Ilice,*  
*Obscura nutat sylua.*  
Fortè & *Luçtuosa* dici queat, quòd fulmine frequentius ici credatur: quod Persius Satyra secunda innuit hoc carmine.

Ilex nigra.

Fulmine icitur.

--- At sese non clamer Iuppiter ipse?  
Ignouisse putas: quia, cum tonat, Ocyus Ilex  
Sulphure discutitur sacro.  
In eos enim hæc protulit, qui cum turpiter viuerent, sibi ipsi ignotum putant, cum Iupiter in Ilicem, non in eos fulmen iaculatus fuerit. Dicta est & à poëtis, *atra ac tristis*, eodem sensu. *Nodosa* arbor Luciano:  
--- *Nodosaque impellitur Ilex.*

Ilex nodosa.

*Ilex ossæ*, du Choul, qui & Plinii illud affirmat, nempe nullo flore exhilarari. *Flos enim gaudium est arborum, imber esca.* Idem eandem Roboris magnitudine & folio dicit, sed minore & aculeato. Martialis:  
*Puncta notis Ilex & acuta cuspide clausa,*  
*Sæpe redemptoris prodere furta solet.*

Aculeata.

Idem du Choul postea *Pilatina* Ilicis glandis meminit. Sed an eandem cum nostra Ilice intelligat, alle-

afferere non audemus. Sanè icon quam pro Pila-  
tina Ilice proponit, accedit ad Phellodryn 2. lati-  
foliam Dalech. Cauam dixit Virgilius:

Sape sinistram caua prædixit ab Ilice cornix.

Dieta & frödens, opaca, Litorea, tremens, viridis, cur-  
uata, umbrosa, hirsuta, plena fauis, alta, patula &c.  
Nec malè quoque quis spinosam dicat, à foliorum  
aculeis. Apud Suidam in prouerbio, quod ἀκὼλῳ  
πρὸ χεῖρῶν ἢ οὐκ ὄντι iubet, non legendum ἀκὼλῳ  
sed ἀκὼλῳ, Acylo, vbi intelligendus δὲ οὐκ ὄντι ἢ  
παχὺν. Galeno dictus Ilicis fructus, quem A-  
cylon eidem & Hip. & Homero dici paulò antè  
monuimus. Nempe ipsemet Suidas, salubrem &  
fortem rerum vsum, quem ibi insinuat, id admo-  
nere nos dicit vt optinè annotauit doctissimus  
Cornar.

Hermol. Ilicem arborem de amplissimis dicit,  
vt Robur, materie spissa & robusta, sed que  
frangatur ac dissiliat sponte sua. Ob id Pericles  
Bœotios Ilicibus dixit esse similes, vt est apud A-  
ristotelem, quum ipsi se conficerent intestinis  
diseordiis. At fallitur vtique Hermolaus si Ili-  
cem Aquifoliam putat à Gaza dictam, quamque  
Theophrast. Ariam siue Agriam siue Naticam syl-  
uestrem, vt ille ait, dicit, cui folia nunquam de-  
cidunt. Longè enim diuersa est Aquifolia seu A-  
grifolia. Ilex Matthiolo arbor est in Italia notissi-  
ma, spectatèque proceritatis, cortice in rufum ni-  
gricante. Materies densa admodum ac robusta, in  
atrum rubescens. Folia Laurina, perpetuò virentia,  
sed externè candicante & scabra: internè  
virescentia, leniaque: toto ambitu serrata, ita vt  
spinarum speciem præ se ferant. Glandes quernis  
minores, quæ & in reliquis minùs præstant. Præ-  
ter glandes pilulas quaidam rubentes gignit. Idè  
in Com. Cum magnis fig. Lat. & Ital. notat, non  
rectè sentire eos qui Plinii tantùm & Theophrast.  
testimonio freti Ilicem haud spinosam legitimam  
esse negant. Sed de differentiis mox. Amatus  
Ilicem dicit arborem similem arbori Grana, id est,  
Cocum, ferenti, quæ procerè crescat: non nullos  
tamen Ilicem maius Suber esse credidisse, sed fal-  
sè. Hanc verò admodum glandiferam esse.

Lob. & Pena proceram arborem & querna ele-  
gantia scribunt, oblongo Arbuti folio, tantillum  
denticulis per ambitum asperato, perpetuo, atro-  
uirente, oblongiore, graciliore supernè: querci-  
na glande propendente, nucamento muscoso, lu-  
teolo, non diuerso. Clusius Ilicem legitimam &  
maiores dicit: itemque florem ferre. Maior racem-  
osum, tamen Plin. florere neget: & hæc in Hist.  
Hisp. Sed hanc censuram omisit in postremis  
comment. ad id fortè respiciens, quòd Iuli, vt pos-  
tremò vocat, diuersi sint à floribus, vt in Quer-  
cu & Corylo. Nam certè Theophrast. ambas  
floretere dicit, tam fructiferam quàm sterilem.

Nō Græcis, quia terra propter duritiem fuit  
secunda, vt volunt Aduer. ἀλλοδαπὸς à corticis salu-  
gine, Curtio: quàm rectè, ipse viderit. Barbes  
Serap. & Arabum: Carmas iisdem. Ital. Lecino,  
Lecio: Elice: & Elce Petrarchæ. Hisp. Aazina &  
Anzeinha & Cofeiza: Gall. Ieuse & Euisse Bellon.  
Chesue verd. Germani quidam, quamuis apud eos  
non nascatur, Stedeychen vocant. Fructum δ-  
υλον vocat Theophrast. Hispani Bellota aut Abil-  
lota.

Circa Ilicis differentias etiam peritiores quidam  
hallucinati sunt, vel eas non agnoscentes, vel sanè  
inter se confundentes. Theophr. tamen aper-  
tè aliam ἑλεπιδιον, aliam ἑλεπιδιον dixit: ambas tamen  
floretere: Et alibi: Phellodryn Ilicem fœminam  
quibusdam dictam. Ilicis, inquit Plin. duo genera.

Tom. I.

Exiis in Italia folio non multum ab Oleis (re-  
ctius fortassis Suberis aut ὄλλοις erit reponen-  
dum. Dod.) distant, Smilaces à quibusdam Græ-  
cis dictæ, Maculas Ilices negant ferre. Ad quem  
Plinii locum annotat Dalech. Theophrast. lib. 3.  
cap. 16. hist. quo loco tractat de Ilice, Smilace,  
Phellodry, nusquam id scribere, vt suspicatus vi-  
deatur nullam Ilicem infructiferam esse. Atqui  
æquè sterilem ac fœcundam modò diximus ex  
Theophrast. lib. 3. cap. 5. suspicamur tamen Theo-  
phrastum non cognouisse discrimen inter Ilicem  
arborem magnam, & eam quæ coccifera est: aut  
certè aliam cocciferam à nostra intellexisse. De  
Ilice fœmina Plinii vide postea in Phellodry.

Columella spinosam & non spinosam agnouit,  
vt clarè ex his eius verbis colligi potest: Au-  
tumno boues satientur fronde: vltima sunt Ili-  
gnea & Querneæ, Ilignea tamen vel melior est  
Querneæ, sed eius generis, quod spinas non ha-  
bet: nam id quoque, vt Iuniperus respuitur à pecore  
propter aculeos. Idem & inter minorem & ma-  
iorem differentiam videtur fecisse, quædam ait:  
minor Ilex apibus quæ sita: nam prolixior ab om-  
nibus improbat: nisi fortè per minorem quod  
fortè alicui verisimile videbitur: iuniorum intelli-  
gat. Tamen obseruatum, vt paulò inferiùs dece-  
tur, humiles & tenellas per margines spinis hor-  
rere, adultas aculeis carere. Quapropter studio-  
sis indagandum relinquimus, quid Colum. per mi-  
norem Ilicè, quid item per prolixiorum intelligat.

Curtius minùs rectè videtur Theophrast. in-  
tellexisse quando Ilicis duo genera facit: alterum  
Arcadibus, Theophrast. autore, Milacem vocari  
tradit. Duum est generum Ilex, inquit Matthiol.  
alterum folio spinoso: sine aculeis alterum: hoc  
vbique ferè scætet Hetruria: illo verò Hispania.  
Meminit vtriusque Colum. Non rectè sentiunt,  
qui Plinii tantùm & Theophrast. testimonio freti,  
Ilicem haud spinosam, legitimam esse negant.  
Et paulò post: Sunt qui censent Ilicem non spi-  
nosam Smilacem esse: sed cum Smilaci materies  
sit soluta mollisque in opere (vt Theophrast. scri-  
bit, cur eorum sententiam comprobem, non ha-  
beo. Interim & nos haud videmus cur Matth.  
spinosam Ilicem in post. suis Com. releget in Hi-  
spaniam, cum in prioribus scripserit Italiæ notissi-  
mam. Nec mutat tamen suam iconem foliis lõ-  
giusculis & ordine serratis, cui sanè non respon-  
dent folia Ilicis ex Clus. exhibitæ pro Ilice folio  
maiore Hispanica. Ita hæremus dubii, an duæ  
species sint, vel fortè lusus foliorum, & icon Mat-  
thiol. vitiosa. Sunt enim nobis à Lobelio (si be-  
nè recordamur) dati rami Ilicis nomine, cui mul-  
tùm Ilignis nostris Monspelienfibus affinia sunt  
folia: siquidem vt superiùs virent, inferiùs can-  
escunt, ac per ambitum muricata sunt: hoc tamè no-  
bis differre videntur, quòd tantillo longiora, ma-  
gis etiã sunt serrata. Ad Quercus propiùs, quàm  
Ilicis superiùs descriptæ folia, accedunt: viden-  
tur sanè Castaneæ foliis sua serratura quodammo-  
do comparari posse.

Sed hæc diligentius Lectoribus peritis exami-  
nanda relinquimus: & an apud Theophrast. lib.  
4. cap. 4. mutanda sit lectio, vt voluit Cornar. &  
Rob. Const. Profectò si icon Ilicis Matthioli ve-  
ra, potest lectio antiqua & Plinii relinqui. Sed ita  
lasciuientem in figurarum fabrica & variatione  
passim deprehendimus, vt malimus fidem penès  
autorem, & varietatem posteris examinandam  
relinquere, quàm rem nondum planè apertam  
pro certo afferere. Certè Camer. in hist. Germ.  
Matthiol. & in icon. particularem habet figuram,

Epitheta  
diuisa.

Adag.

Species Ili-  
cis simi-  
lis.

Hermol.  
Natica.

Hig-  
Gal.  
Arbor.

Suber ma-  
ius.

Synonyma  
Linguae.

Differen-  
tia.

Varietas  
Phellodry.

M. ai.  
Fœmina.

Ilex arbor.

Spinosæ.  
Non spinosæ.

Minor.  
Major.

Milacæ.

Quorundam  
error.

Matth. sai-  
natur.

Vt Theoph.  
lectio anti-  
qua fere  
possit.

omissa Matthioli, sub hoc titulo *Steinchen*. Ilex i. qua figura melius conuenit nostre Ilici modo descriptæ, quàm Matthioli, quanquam nomen Germanicum, quod *Quercum laxatlem* seu *petream* sonat, licentiosius ab eo effectum videatur. Idem *Camer.* in epit. scribit: *Ilicem* differre non solum folio spinoso & non spinoso, sed etiam latitudine & angustia foliorum. Habet enim primo loco *Ilicem simpliciter dictam*: secundo *Ilicem latifoliam*, quæ, vt ille ait, Græcis *πλάτυλλον* dicta, conuenit cum priore magnitudine, altitudine, materia ligni firma ac solida. Folio differt latiore, ambitu sinuato & aculeato. Glans interdum maior, interdum minor quàm sit *Quercus*, locorum ratione varians, spinoso innititur calyculo, per maturitatem alicubi nigricans, nucleum habens intus album, grati saporis. Flosculi pusilli, flauescentes, racemulum conficiunt oblongum, qui Maio mense inuenitur. Observantur nonnunquam in eadem *Ilice* diuersa folia, vt humilis ac tenellæ per margines spinosa horreant, adultæ verò aculeis careant. Illud verò notandum, in icone *Camerarii* non obseruari, quod ait, calyculum spinosum. Hæc autem nobis eadem cum *Smilace Dalch.* de qua post.

*C. Bauh.* in suo macerato *Matthiolo* duas ponit icones ex *Tabern.* Prior est ad *Matth.* imitationem facta: secunda ad *Clusianam*, quam idem *C. Bauh.* *Ilicem latifoliam spinosam* vocat: nam & ille spinosam & non spinosam agnoscit, Synonyma hæc annotans: *Ilex Italica folio Oleæ*. *C. Bauh.* *Ilex i. folio Oleæ* *Plin.* *Ilex Lac. Cas. Lugd.* cui & *Phellodrys folio ferrato angustifolia*. *Ilex angustifolia* *Tabern.* *Ilex i. Matth.* & *Smilax Arcadum* *Theoph.* *Clus. Hisp.* *Suberi ramulum huius adpinxit Lobelius.* Item *Ilex Hispanica spinoso folio*. *Ilex maior* *Clus. Hisp.* & *Pan.* *Ilex maior glandifera*. *Dod.* *Ilex arbor Lob.* *Ilex latifolia*. *Camer. in Matth.* *Ilex*. *Tabern.* *Lugd.* cui & *Phellodrys nigra*. *Ilicis 2. genus* *Cesalp.* Hæc altitudine & ligni materia cum precedenti conuenit, & foliis differt, quæ in hac latiora sunt, ambitu sinuato & aculeato: licet in eadem diuersa etiam obseruentur, vt paulò antè dictum.

Sic & *Hist. Lugd.* *Duùm*, inquit *Ilex* est generum: alterum folio spinoso: sine aculeis alterum. *Ilicis* à *Matthioli* pictæ folium oblongius & angustius, ad id fortasse genus referendum, quod *Plin.* in Italia nasci tradit, folio non multum ab *Olea* distante. Quæ in *Gallia Narbonensi* & *Prouincia* notissima est, etiam mulierculis & pueris, folia habet *Suberis* primi foliis minora & magis orbiculata, in adultis arboribus plerumque sine aculeis, præter nouella & nunc primùm enata, quæ aliquantulum incisa & aculeata sunt, teste etiam *Clusio*.

Nobis videtur ad *Ilicem* *Monspeliacam* referendum, quod *Hist. Lugd. c. 6. l. 1.* vocat, alterum *Smilacis glandifera* genus humile: eius verba paulò post sub *Smilace* ponemus. Eadem *Hist. Lugd. cap. 7.* Iconem habet, cui titulus, *Phellodrys alba folio ferrato*: ea icon accedit ad *Ilicis* *Matth.* iconem. Icon verò *Smilacis* humilis angustifolia, folio non ferrato respondet *Monspeliacæ*. Nondum videmus quantum *Phellodrys alba latifolia* differat ab *Ilice* *Monsp.* Verùm de his paulò post. Considerandum interim studiosis relinquimus, an in *Hist. Lugd.* vnius plantæ rami non pingantur pro diuersis plantis. Mirè, vt iam dictum, ludit *Ilex* *Monspeliaca*. Perpendendum præterea quantum ab hac à nobis proposita *Ilice* differat *Suber angustifolium* à *Camer.* exhibitum tabulæ parte superiori in *Hist. German. Mat-*

*thiol.* & epitom. pag. centesima decima sexta.

*Lacuna* annotat, reperiri *Ilicis* speciem valde humilem in *Castilia Carcasco* dictam. *Plinii* *Culculum* esse quoque *Ilicis* speciem, ex qua *Coccus* colligatur. Et *Anguil.* scribit *Ilicem* in *Prouincia* & *Stlauonia* *coccum* ferre. At nos suspicamur huic non benè perspectum discrimen inter *Ilicem* hanc, de qua hoc capite agitur, & *cocciferam*, de qua postea: sicut etiam de *Anguillaræ* *Agria* siue *Aquifolia glandifera* post *Phellodryn* agemus.

*Dod.* *Ilicem* maiorem vocans, iconem *Clus.* habet. Eam putat non esse *Aspivor* *Theoph.* sed *Smilax*, ac etiam *Plinii* *Ilicem* & *Smilacem* lib. 16. cap. 6. vbi, vt dicebamus, pro *Oleis*, rectius putat legi posse, *Suberis* aut *œλλοις*. Nam *Oleæ* folio neque esse, neque à quoquam *Veterum* hanc *Ilicis* speciem siue *Smilacis* esse traditam. *Suber* autem folio referre, quod *Græcis* *œλλοις*: quæ si vera, vt probabilia sunt, valeat iam *Matth.* cum sua *Ilice*, *Oleæ* folio.

*Cæsulpino* *Ilex* minor est *Subere*, cortice nigro, aspero: folia eadem: nascitur in asperis collibus. Facit & alterum genus fruticosum, rotundiori folio, modicè sinuato. In *Hispania* quoddam genus orni tradit, cuius glans dulcis comeditur, vt apud nos *Castanææ*. *Enzinus* vocari patrio nomine. *Smilax* *Theoph.* eidem qui apud se [in Italia] *Ilicem* vocari ait. Per *Aquifoliam* quam *Agrian* vocat, eundem *Theoph.* *Ilicem* fruticosam intelligere suspicatur.

*Pena* & *Lobelo* quoque *Ilex* variat, à superius descripta, stipite humiliore, albidiore foris, & *Oleæ* similiore, itèmq; glande altera tantò minore. *Lob.* speciatim in diuersis suis operibus pro *Ilice* arbore proponit iconem *Clusii*, ex qua etiam nostra desumpta. Verùm hoc notandum, *Lobelium* cum *Pena* in *Aduers.* pag. 432. ramulum pingere planè similem *Ilici* *Matth.* cui hunc titulum fecit: *Phellodrys Arcadum*: *Ilex* *fœm.* *Theoph.* Quasi è confusis [inquit] *Ilicis* & *Quercus* in hanc principis, nomenclaturam *Theoph.* *œλλοδρῦς*, siue *Suberiquercum* conflauit. Etenim de facie & foliis *Ilicem* quampiam dicas: ipsam autem lignum mollius & laxius *Ilice*, sed folii incisura ferrata *Castanææ*, non *Quercus*: reliqua effigies *Ilicis*, minor tamen *Quercus*: maior *Ilicis*, non glandes, sed *œλλοις* exiliora & oblongiora. Miramur verò cur locum vbi viderint hanc *Phellodryn* non declarent: gratum fecissent & nobis, & aliis diligentioribus *Botanicis*. Nos, vt iam monuimus, nullum genus *Ilicis*, foliis, adeò ferratis, vt illorum & *Matth.* pictura demonstrant, vidimus, *Botanici* curiosi hæc diligentius perpendant.

*Clus.* vult aut saltem putat *Ilicem* *Plinii* non multum folio ab *Oleis* distante, esse *Smilacem* *Arcadum* *Theoph. l. 3. c. 16.* *Hist.* descriptam, quam *Ilici* similem facit, folio non aculeato, sed molliore, profundiorèque. De quo amplius cogitandum.

*Theoph.* *Ilicem* inter eas recenset, quæ montibus propria sunt, quæque in planis non nascuntur. Nostra sanè in campestribus maritimis ac syluosis *Narbonensibus* ac *Prouincialibus* abundè prouenit, vt dicetur. Quæ in re cautius *Plinius*: *Subeunt* & in montosa *Vlms*, *Ilex* &c. Item montes amat *Ilex*: & mox: montes & valles diligit *Ilex*: quæ omnia vno eodèmq; cap. 18. lib. 16. *Quin* & *Colum.* in agris nasci *Ilicem* abundè declarasse videtur his verbis: *Olea* potest in agro frumentario feri, vel vbi *Arbutus* aut *Ilex* steterant.

*Ilex angustifolia.*

*Ilex latifolia Camerario.*

*Ilex latifolia spinosa.*

*Diuersorum auctorum Synonyma.*

*Smilacis glandifera 2. genus.*

*Carcasco*

*Anguil. noi.*

*Smilax Theoph.*

*Plin. l. 16. corrig.*

*Glans edulis. Smilax.*

*Agria Theoph.*

*Ilex Matth.*

*Phellodryn.*

*Suberiquercus.*

*Smilax Arcadum.*

*Locus.*

raut. Quicquid sit in re manifesta, non opus testi-  
monii.

Plin. vetustissimam quandam Ilicem vrbe in  
vaticano celebrat, in qua titulis æreis literis He-  
truscis, religione arboream iam tum dignam fuisse  
significat. Tiburtes quoque originem multò an-  
te urbem Romam habent. Apud eos extant, eod-  
em teste, Ilices tres etiam Tiburto conditore  
eorum vetustiores, apud quas inauguratus tradi-  
tur. Non nascitur circa Elim & Lacedæmonem  
propterea incolæ in carpentariis fabricis eius loco  
vtuntur Subere. In monte Cretæ olim dicto Ida  
nunc Psiloriti copiosè proueniunt Ilices: sed alti-  
ssimæ in monte Athos. Item in montibus circa  
Hierosolymam, & circa Amanum montem, teste  
Bellonio, Copiosè quoque nascitur per vniuer-  
sam Hispaniam locis præsertim campestribus &  
collibus, rarò in montibus: Lusitanix non admo-  
dum familiaris, vbi Suber frequentissimum, au-  
tore Cluf. Est & in Italia nota, vt annotat An-  
guil. Nos sanè in montibus Euganeis, propè Pa-  
tauium inter balneum Aponense & Aqua obser-  
uauimus. Non tamen recordamur an ab hac dif-  
ferant. Patauii etiam vidimus in horto Treuisa-  
no. Romæ in aliquo magnatum hortis. Sed om-  
nium copiosissimè & spontaneum circa Monspe-  
lium, tum alibi, tum in sylua Aigremont vulgè  
dicta, vbi nullæ ferè arbores sunt præter Ilices. In  
Galloprouincia quoque haud infrequens. Vt mi-  
rum sit, Ruell. Gallum natione, Glandiferam Ili-  
cem Galliis rariorem quàm vt sapè conspicia-  
tur, tradere: nam, vt ostensum, in mo-  
dò dictis Galliæ prouinciis frequens est Ilex giã-  
difera, nisi ille vel aliam intelligat quàm nos, vel  
istas prouincias sub Galliæ voce non sit comple-  
xus, quod non putamus.

Ait tamen apud se satam in hortis glande cre-  
uisse, cingente robustam frondem spinarum val-  
lo. Camer. spinosam in Hispania frequentissi-  
mam dicit: quæ verò spinis caret in quàm plurimis  
Hetrurix syluis haberi, Latifoliam verò in qui-  
busdam nemoribus, collibus, campestribus aut  
conuallibus, nec infrequentem in Hispania, Nar-  
bonensi Gallia, ac Prouincia quoque reperiri, nec  
non in Italia. Ilicem Monspeliensem Dalech. Smi-  
lacem folio non serrato angustifoliam vocabat.

Earum arborum, inquit Theophrast. quæ seriùs  
fructificant, quas nonnulli annuo spacio fructum  
perficere volant, (ἐνιαυτοφορεῖν) vt Iuniperi, Ilicis,  
germinationes in Vere proueniunt. Omnium  
autem tardissimè (ὀψιμαύρα legit Gaza: quamuis  
vulg. exempl. Basil. & Aldin. ἀλλείων habeant, id  
est, plurimum vel copiosissimè. Nobis prior le-  
ctio magis aridet.) Iuniperus, Celastrus & Ilex  
fructus suos perficiunt Ilicem namque fructum  
suum anno perficere [ἐνιαυτὸν τελεῖν] Arcades a-  
iunt. Simul enim fructum antecedentem matura-  
rat, & nouum ostendit. Quapropter in his eue-  
nit, ut assiduè fructum habeant. Post occasum  
Vergiliarum fructum maturum reddit.

DE PHELLODRY SIVE ARIA  
ET ILICE FOEMINA.

A Necquàm Ilicis vires tradamus, libet eius cõ-  
generes aut certè affines arbores Phello-  
dryn seu Ariam & Smilacem, ex veterum & neo-  
tericorum placitis in historias referre. Subinde  
hodie eo nomine designatas arbores subiicere.  
Postquam igitur Theophrast. Smilacis historiam  
proposuisset, subdit: Quod verò Phellodryn

Arcades nuncupant, natura est inter Ilicem &  
Quercum media, atque aded Ilicem fœminam  
quidam esse putauerunt. Ideòque vbi Ilex non  
prouenit, hac ad plaustra, similiaque vtuntur  
opera, vt Lacedæmonii & Ebi. Diores arborem  
Ariam (ἀρεία habet Ald. & Basil. ἀρεία ex quo  
Gaza agrestem vertit, non benè) vocant quæ  
mollior laxiorque ilice, durior ac spissior  
quercu, colore ligni decorticati, candidior ilice, fuluio-  
[ομοσπέρες] quercu, folio ambabus similis, ve-  
rùm maiori quàm Ilex, minori quàm Quercus, &  
fructum pro magnitudine minore quàm Ilex  
habet, maiorem quàm Quercus: quem vt & Ili-  
cis quidam ἀυλος vocant: Quercus autem, βάλανον.  
Medullam quoque manifestiorem habet quàm  
Ilex. Mox ait: Suber (ὀφέλλος fructum semper  
fert glandosum (βαλανοφόρον) similem Ariæ (πὶ  
ἀρεία: sic vulg. Cod. habent: nos potius legen-  
dum censemus πὶ ἀρία, quæ lectio & Doctiss. Rob.  
Const. placuit: quamuis Gaza Aquifoliam verterit,  
qui alibi Agrestem reddiderat.) Porro Phello-  
dryn idem Theophrast. inter sylvestres numerat,  
quæ folio perpetuo sunt. Et Ariam post autumnum  
& Arcturum cædi tradit, hancque cum Quercu om-  
nium difficillimam in opere. Ariam Macedonia  
incolas non florere, existimare: (nam ἀρεία & hic  
legimus, pro ἀρεία.) Tardissimè germinare: fru-  
ctum reddere hiemis initio: Carbones optimos  
reddere ob materiæ spissitudinem & solidi-  
tatem: idè & diuturniores efficaciores-  
que ex ea confici carbones ob eiusdem mate-  
riæ duritiem: hanc etiam antequàm terebrent,  
priùs madefacere artifices, quò scilicet mol-  
liorem reddant. Eiusdem Carbones potis-  
simùm requiri ad decoctionem metallorum argē-  
teorum. His itaque citatis Theophrast. locis si-  
ue legatur ἀρία siue ἀρεία, censemus intelligen-  
dam Phellodryn. De Agra autem seu Aquifo-  
lia Plinii postea sub Agrifol. De Ilice verò dicta A-  
gria Anguillare, quæ Glandifera, pauldò post. Plin-  
ius contra quàm Theophrast. Phellodryn vide-  
tur eandem existimare cum Subere, quod &  
Phellos dicitur: vt & doctiss. Hermol. annotauit.  
Cui subscribit & Curtius. Et sanè Plin. omnia  
tribuere videtur Suberi, quæ Theophrast. Phello-  
dry. φέλλος enim Suberem denotat, & fructus  
φέλλοδρυος dicitur. Quæ si etymi significatione in-  
terpretari velimus, Phellodryn arborem, vt  
dicebamus, inter Suberem & Quercum veluti  
mediam agnosceremus. Magna quippe harum ar-  
borum affinitas, maximè Ilicis foliorum cum Su-  
bere, & harum fructus cum Quercu aut Robo-  
re.

ARIA SIVE ACILACA BELLONII.

DE Aria à se in diuersis locis obseruata sic  
prodidit Bellonius sparsim. Aria in monte  
Athos retinet suum nomen: incolæ tamen Mon-  
tis Idæ in Creta nominant Acilaca. In eodem mō-  
te seraper virent Aria, Phylica & Ilices (Chesnes  
verd) altissimæ. Itinere Siderocapsa Bucephalam  
in rupibus inter ceteras arbores maximæ erant  
Aria & Phylica, quibus cum destituantur Galli,  
ne nomen quidem habent Gallicum. Circa Hiero-  
solymam quoque obseruantur Ariæ & Ilices:  
quemad. inter Hierosolymam & Damalcum &  
modò dictæ, & parux arbores Coccum ferentes.  
Acylaca & Philica in Creta Arbores sunt insignis  
magnitudinis glandes ferentes. In monte Cretæ  
Psiloriti abundant Ilices & aliæ arbores Acilacæ

Inter Halepum & Antiochiam & Ariz & Esculi & Elapini. Hæc Bellon.

Theophle-  
sto com-  
prob.

Cæterum quod dicit Ariam vocari in Creta Acilacam, confirmat nostram opinionem in locis antea ex Theophrast. citatis legendum esse, Aria, non Agriae & Ariam esse Phellodryn. Theophr. enim, ut dicebamus, ait Phellodryos fructum vocari *Ακυλον*, quæ vox sanè quamproximè ad Acilacam Bellonii accedit. Posteriorum est Ariam Theoph. cum Acilaca Bellonii diligenter conferre, & ista omnia diligentius explicare. Sufficiat nos tot rebus implicitos anam cogitandi vteriore, & fortè etiam cognoscendi præbuisse. Non enim omnia possumus omnes, ut ait ille.

AGRIA SIVE AQUIFOLIA GLANDIFERA ANGVILLARÆ.

Descriptio

Opportunè hîc de Anguillaræ Agria glandifera dicemus: quam Ilicis aliquod genus putamus, nec idem esse cum Aria Bellonii. Sic a. suam Agriam describit Anguill. Agria, quam Plinius Aquifolium vocat, folia fert similia Ilici, non nihil spinosa: glandem minimam. Lignum eius durum est. Prouenit in montibus saxosis Sclauonia & Patauinis. Hæc ille.

Folia.  
Glans.

Anguill.  
error.

Quæ autem sit hoc eius Aquifolium ingenue fatemur nos ignorare. Interim is quoque ut alibi monuimus, non benè Sorbum Alpinam vocauit *Ακυλον*, plantam, hercle, admodum diuersam ab Aria Theoph. & ab Agria sua modò descripta.

PHELLODRYS MATTHIOLI.

Descriptio

Phellodrys Matthiolo arbor est glandifera, quam [quod folia ferat Suberis, corticem vero & ligni materiem Cerro non absimilem] Hetruria vulgò appellat *Cerrofugaro*, quasi *Cerri suberem* dicas: id quod etiam fecisse videtur Antiquitas. Quandoquidem Theoph. lib. 3. c. 16. ea Phellodrys dicitur.

Cerriuber.

Locus.

Copiosa hæc in agro Senensi, in omnibus, Archidossi, & Comitatus S. Floræ. Sed illuc vsque non peruenit Anguill. cum de hac arbore nihil tradiderit inter glandiferas, quæ in Italia proueniunt. Hæc ille in post. com. Lat. & Ital. cum magnis figuris. Idem in Icon. scribit Phellodryn Hetruscis Cerrofugaro dictam, caudicem habere Suberi non absimilem, & folia & glandes Quercui siue Cerro similia. Nasci in agro Senensi in montanis syluis. *Σύδης οφίον* Theophr. ut notat Camer. in Epit. Matth. vbi huius iconem retinet, sicut & Tabern. qui Phellodryn & *Bordych* vocat.

Ilex fami-  
na. Theoph.

Matth. ca-  
natur.

An Smilax  
Dalech.

C. Bauh.

Verum tamen quæ sit hæc Phellodrys Matth. qualisve planta, asserere non audemus. Hetruriae Herbarii aut Medici diligenter aliquando id docebunt. Interim obseruandum non sibi constare Matth. dum modò scribit folia esse Suberis, modò Quercus siue Cerri similia, quæ sanè à se inuicem in signiter differunt. Quod si nesciuit ille, saltem in eo peccauit, quod imaginariam collationem instituerit, in planta rara, & ut ille carpit, Anguillaræ non cognita. Quod si liceat suspicari ex icone, ea accedit ad Smilacem Dalech. paulò ante dictam, quam & du Choul videtur Phellodryn nuncupare. Hist. Lugd. Phellodryn Matthioli pictam sed non descriptam dicit. Vide plura infra de Phellodry nigra. Paulò securius C. Bauh. in Hist. Lugd. animaduertisse videtur, cum scribit: Phel-

lodrys alba angustifolia, & Phellodrys Matth. Cum vtraque figura vnam plantam exprimat, alterutra omitti poterat. Modestè in hist. Lugd. scriptum, Phellodryn albam angustifoliam, videtur esse Phellodryn Matth. Idem C. Bauh. apud Matth. Phellodryn hanc Ilicem fœminam Arcadam Theoph. putat, & Phellodryn Cast. Lugd. & Tabern.

illex fam.  
Arcadam.

Clus. solertissimus, si quis alius, huius æui Botanici, Matthioli Cerrofugaro sibi nunquam inspectam fatetur. Certè nec nobis, et si Italia diuitias Botanicas lustrauerimus. Sit fides penes auctorem, donec aliquis certiora doceat. Dod. quidem fide implicita, ut videtur, meminit Phellodryos Theoph. & Cerrofugaro Matthioli, verum nihil definit aut docet.

Clusiliam.

PHELLODRYS NIGRA ET ALIÆ

DALECHAMP.



Phellodrys nigra vocitata, id nominis à ramis nigricante cortice vestitis & glabris adepta est. Folia ab Ilicis differunt, quod rotundiora multò & latiora: à Smilacis foliis, quod longè breuiora pro latitudine, minùsque candida inferius: à Suberis nobis traditi, quod duriora, spinis mordacioribus, magis horrida. Ita describimus

Descriptio  
Erym.  
Folia.

ex ramis generis Ilicis, quos habemus, quòsque Dalechamp. Phellodryn nigram latissimis foliis & valdè spinosis, calyce glandis læui vocitabat.

Dedit nobis diligentissimus stirpium vestigator D. Agerius folia duo Ilicis frutescentis ex monte Euganeo, vncias duas lata, tres longa, prædictorum ramorum foliis admodum similia.

Hist. Lugd. quæ Phellodryn hanc Dalech. proponit, ad eam sic annotat. Quum de Ilice & Smilace dixisset Theoph. subiungit. Quod verò Phellodryn Arcades nuncupant, natura est inter Ilicem & Quernam media. Hæc ille. Si tamen nomen ex Subere & Quercu factum spectes Phellodryn, id est, Suberiquercum, naturæ Suberis & Quercus participem potius dixeris. Sed Suber Ilici adèd simile est, ut nihil intersit, an ex Ilicis, an ex Suberis & Quercus confusis principiis hanc dicas fuisse à Theophrast. nominatam. Quinque Phellodryos genera obseruauimus: duo candidantibus foliis, tria obscure virentibus. Vna igitur [describente Dalech.] est foliis altera parte albicantibus, angustis, longiusculis, crebris admodum & non profundis incisuris crenatis, leuiter asperis potius, quam spinosis: cortice cinereo: Glante, cum matura est, ex fusco flauescente. Hæc videtur esse Matth. Phellodrys picta, sed non descripta. Alteri, folia altera parte candicantia, latiora sunt, raris laciniis, sinuosa, molliter aculeata: cortice, maturaque Glante, ex atro rufescent.

Nomina  
ratio.

Theoph.  
lust.

Quinque  
Phellodryos  
genera.  
Phellodryos

Phellodryos

*Phellodrys.* fefcente. Alia Phellodrys est, cui folia sunt mediocris amplitudinis, nigricantia, siue obscura viriditatis, non aded multis, neque profundis laciniis sinuata, mitius pungentia: Calyce Glandis læui: Glande ipsa ex fusco flauescente: cortice cinereo. Alia est foliis latissimis, similiter nigricantibus, crassis, frequentibus incisuris, valde spinosis, glandis calyce læui, cui matura, & cortici idem qui & superiori color est. Harum omnium Glans strigosa est, & tenuis: calyx non spinosus, sed vt in Quercu tuberculis verrucosus. Hanc & Ilicis Glandem olim ἀκυλλος vocabat, autore Theophrast: cuius vocis uestigia hodie quoque Græci retinent, vniuersum hoc glandium genus Acylacas nominantes. Postremum Phellodryos genus folia superiore minora habet, pallida, multam laciniata, valde muricata, aquifolii modo: Calycem glandis echinatum: Glandem cæteris similem, corticem cinereum. Hæc genera in collibus Rhodano vicinis, aut non procul ab eo distitis proueniunt. Hæc Dal.

*Locus* Vt verum fateamur: icon Phellodryos albæ angustifoliæ folio serrato, quæ ille habet, videtur nobis accedere ad ramos quos habemus, qui ferè similes Ilici Matthiol. Smilacis humilis angustifoliæ, folio non serrato icon, similis est ramis Ilicis nostræ Monsp. carentibus serraturis. Phellodrys alba latifolia siue it fortè variatio Ilicis Monspel. Purimum certè ea Ilex ludit ramis etiã in eadem planta, vt supra monuimus. Hæc candidè monemus subinde memores illius summi Philosphi edicti: species non esse temerè multiplicandas. Qui incolant regiones vbi Ilices proueniunt, ista diligenter inuestigent, & considerent, an Phellodrys nigra Dalech. sit Ilex nigra Virgilio, Horatio & Sestecæ, vel an Poeticè tantum nigra sit dicta, vt Curtius videtur sentire: de qua re & supra dictum.

*Suberella glandifera* An Cæsalp. lib. 2. cap. 2. de hac? Suberella glandifera, arbor in cæteris Suberi similis, cortice tenui, folio latiore, modicè sinuato: in maritimis tractibus oritur. Hæc videtur Phellodrys Theophrast. Suber à Plinio accipi videtur eadem cum Phellodry Theophrast. cum Suberi ea tribuat, quæ Phellodry Theophrast. Studiosi obseruent Cæsp. Bauh. cuius verba & Synonyma sub Ilice posuimus, Phellodryn magnam eandem facere cum Ilice maiore C. ul. & Suberellam Cæsalp. eandem cum Subere latifol. Clus.

SMILAX GLANDIFERA VETERVM.

*Descript.* Smilacem Arcades, vt scribit Theophrast. vocant arborem Ilici similem, folio tamen non aculeato, sed molliori profundiorique [βαδύτροπα: sic & Gaza legit. Dal. vult legendum ἀδύτροπα, id est, rectoria: quoniam, inquit, neque sinuosa, neque in ambitu incisa,] differentias plures habens: nec materie, vt Ilex, solida ipsa que, sed molli in opere. Perpetua folia habet.

Plin. postquam Ilicis duo genera dixisset, ex iis in Italia [inquit] folio non multum ab Oleis distant Smilaces (quidam Milaces legunt) à quibusdam Græcis dictæ, in prouincijs Aquifolia. sed hinc confusio nascitur: inquit Hermol. quod Smilacè vocari legimus, quæ dicatur Ilex in Italia & in prouincijs Aquifolia: cum Smilacem Sestius eandem esse cum Taxo prodiderit. Verum Hermol. vt dicitur in Taxo, Smilacem Theophrast. cum Smilace Dioscor. confundit, non animaduertit.

Tom. I.

tens apud Theophrast. aliud Milon aliud Smilacem esse.

Cornar. in com. in Gal. lib. 6. capit. 3. de comp. med. s. l. vbi inter Columellæ remedia habet virgulta Ilicis & Smilacis, non bene interpretatur Taxum vt dicitur suo loco. Meritò igitur reprehenditur à Matthiol. qui tamen non demonstrat quodnam Ilicis genus sit Smilax Theoph. quam Gal. præscripsit ad Columellæ affectus & non Taxum.

Smilacis, glandiferæ arboris Veterum, Dalechampi, vt mox dicitur, duo facit genera. Ilicem arboream Dodonæus eandem existimat cum Smilace Theophrasti & Plinii, vt iam ostensum. Phellodrys, teste Hermolao, confunditur ab aliquibus cum Smilace. Taxus qui vocatur Smilax, traditur Hist. n. lib. 9. De Smilace etiam aspera agemus l. b. 15. Smilax hortensis, siue phasiolifera pertractabitur lib. 17. Smilax tandem læuis discutitur lib. 15. Hist. n. sub Conuoluulo maiore albo.

Cornar. v. e. p. reb.

Smilax Gal. non est Taxus.

Æquiuioca

SMILAX DALECH.



Inter glandiferarum arborum specimina varia, ramos quosdam obseruamus villosos, cinereos siue candicantes, pulchros illos quidem, & quibus folia Ilicis arboreæ foliis similia sunt, nisi quod multo existunt maiora, tres vinctas longa, duas ferè lata, subtus cana, supra viridantia, quæ magnam partem in ambitu æqualia sunt: in

Descriptio

Folia

Varietati.

aliis verò paruas muricatas spinas est conspicere, sed eas minus exertas: ac licet similia videantur Suberi à nobis descriptæ, tamen plantas ipsas conferenti diuersitas facillè apparebit: nucamenta habent ligna. Glandes binæ aut ternæ, ex pediculis crassis hirsutis, calyce squammato, incano, mitiori quàm Suberis dicti. Quantum ab Ilice Monspelica differat, considerent, qui integras arbores videbunt. Certi sumus Dalechampium hanc distinxisse ab eâ, & Smilacis glandiferæ genus fecisse. Camer. in Epit. hanc vocauit. Ilicem latifoliam, Græcè πένονα κατὰ φύλλον cuius descriptionem antè posuimus sub titulo, Smilacis glandiferæ arboreæ Dalech. Smilacum duo obseruauit esse genera. Vnum Smilacem Arcadum Theoph. dictum: arbor mediocriter procerâ [vt ille describit,] cortice cinereo, in summis ramis cano & lanuginoso: folio Lauri, nec serrato, nec, ligni modo, in ambitu spinoso, superiore parte viridi, inferiore candicante, lanuginè que obducto, quæ mollis tangentibus sentitur: flore Oleæ Roborive simili, luteo, in longis paniculis denso, quo Ilex caret, glande admodum parua. Græci vocant Milaci & Arilaci vocibus corruptis. Materia non est vt Ilex solida densa que, sed molli, vt tradit

Nucamenta. Glandes.

Ilex latifolia.

Dalechampii Smilacis dua. Smilax Arcadum. Cortex. Folia.

Flor.

Milaci. Arilaci. Materia.



Theoph. qua ratione Matth. eorum improbat sententiam, qui Smilacem Arcadum, Ilicem non spinosam esse autumant.

Smilax humilis. Folia.

Alterum Smilacis glandiferae genus humile est, fruticosum, in arborem sese non attollens: folio Oleae, candido, neque infecto neque spinoso: fructu floraeque superiori simili, à quo folio tantum angustiore discrepat. Rectè ergo Theophr. scribit Smilacis glandiferae folium non esse aculeatum, cum Smilacis asperae reptatricis folium pungat. Item rectius esse quam Ilicis [ἐὐδοτέον enim, non ut Gaza ἐαδύρεον legi vult Dalech. ut antè monuimus] quoniam neque linuosum, neque in ambitu incisum: molle, quia vna parte lanuginosum: differentiisque pluribus varium.

Locus.

Smilacis primum genus, eodem teste, frequens in agro Monspel. prouenit, vbi non rectè ab herbariis Robur appellatur. Alterum in collibus Rhodanum respicientibus, totoque eo tractu, qui à Vienna Allobrogum ad Arelatem vsque porrigitur. Hæc Dalech.

Robur.

Smilax.

An du Choul in hist. Quercus hanc intelligit: cum ait: Smilacem Arcades vocant arborem Ilici similem, folio tamen non aculeato: iidem Arcades Phellodrym nuncupant, quasi Suberiquerum dixeris. Cerrosugaro Hetruria, si quibusdam creditur, nominat. In Prouincijs Yeose, si docti Medici velint consentire. Hæc ille: qui figuram à nostris ramis descriptis non differentem habet, titulo Glandis Smilacis Pilatinæ.

Phellodry. Cerrosugaro.

Hermol. annotat esse quosdam ex Recentioribus, qui Smilacem cum Phellodry eandem faciunt, errorem autem hunc non esse ferendum, quæ censura cadit, & quidem iuste in du Choul, qui non bene considerauit verba Theophrasti. De Cerrosugaro Hetruriæ sub titulo Phellodryos Matth. quæ fortè ab hæc non differt, nec à Smilace Dalech. Id tamen meretur diligentioris inquisitionem. Nec enim asserimus Dalech. Smilacem Veterum veram. Clusio Ilicis primum genus Plinii aliud nihil esse videtur, quam Smilax Arcadum Theophrast. quam Ilici similem facit: quare considerandum quam arborem intelligat Clusius.

Error Neoteris.

PHELLODRYS FOLIIS MURICATIS, CALYCE GLANDIS ECHINATO, Dalech.

Titulo hoc proponit hanc Hist. Lugd. descriptionem antea posuimus sub Phellodry nigra Dalech. vbi pro quinta specie posita.

Est & nobis ramus similis huic iconi ex Hist. Lugd. desumptæ, sed sine glandibus. Vnde acceperimus, non occurrit. Misit & Doct. Caspar. Bauh. ramum hoc titulo: Ilex alia in syluula Perou, iuxta Monspelium, hæreo an eadem cum muricata Dalechamp. Magnam quoque similitudinem habet cum istis, ramus datus à D. Rentzio Medico, collectus in Patavinis montibus, vt ille narrabat: sed nec hic glandes habet.

Locus.

Ilex media coccifera.

De hac fortè scribunt Pena & Lob. in Aduers. Ilex media coccifera, Ilici planè suppar, folio Aquifoliae: Cocco adèo similis est, vt non sit discernere illicò facile: huius tamen glandosus echinatus fructus oblongior est, Daetylum æquans, nufquam coccum ferens, etiam vbi inter cocciferas Ilices frutescit, proceriore maiorèque trunco, ramis & frondibus perennibus.

Arboris et fructus descriptio.

PHILYCA SIVE ALATERNVS GLANDIFERA BELLON.

A Peritissimo Botanico Clusio dissentientes, qui Philycam & Alaternum Bellonii tradit & reponit inter bacciferas, vt monuimus lib. 5. sub Spina Burgi, nos eam huc referimus, quia ipsemet Bellon. Glandiferam ait: eamque separamus ab Alaterno Clusii baccifera. Nec tamen eam dicimus Philycam Theoph. & Alaternum Plinii, quorum verba & Macrobii loco citato à nobis proposita. Quæ verò Bellonius de sua Philyca & Alaterno scripsit, placet huc in vnum locum coacta referre.

Philyca. Alaternum. Clusianus.

In vallibus montis Athos arbores Aria, Philycæ siue Alaterni & Ilicum semper virent. Inter rupes maiores, in itinere Siderocapsa Bucephalam, arbores erant Aria & Philyca, quibus cum destituamur, nomen Gallicum non habent. In Creta sua nomina retinuerunt Acylaca & Philyca insigni magnitudine arbores, glandem ferentes. In monte Athos nullus est incola, qui arborem dictam Plinio Alaternum non norit denominare vero suo & antiquo nomine, quo vsus est Theophr. nempe Philyca. Verùm in Corphu & Creta dicitur Elaprinus, quia ei folium inter Ilicem & Oleam, vt scripsit Plinius. Inter Hierosolymam & Damascum reperimus arbores Elapriini siue Alaternæ. In monte Cretæ Philonti proueniat Elapriini, id est, Philycæ, Lat. Alaterni. Inter Halenum & Antiochiam inuenimus arbores Aria, Esculi, & Elapriini. Lat. dicti Alaterni, Itali qui habitant in Terni & Narni Alinterno vocant.

Glandifera.

Philyca. Theoph. Elapriini. Alinternæ.

Plinius, vt annotat Scal. in Theoph. omisit Philycam Olympo monti peculiarem: vbi commemoret, non memini. Nam qui putarunt esse Tiliam, falsi sunt. Neque enim Olympo peculiaris Tilia: & Philycam cum Philyca miscuere, quorum errorem sine iudicio Ruell. quoque est secutus. Nam eodem loco apud Theoph. & Philycam legimus & Philycam.

Tilia. Ruell. prob.

Sunt qui Philycam Theophrast. eandem faciunt cum Philyrea de qua lib. 5. Gazam non bene conuertisse Philycam in Aquifolium, postea dicitur.

Philyrea. Gaza error.

Ergo expositis Ilicis differentiis, & his confinibus Phellodryos & Smilacis speciebus, quarum omnium eadem cum Ilice natura videtur, tandem & vires subiiciamus.

Ilicis vires & vsus.

Ilicem Diosc. Quercus speciem facit, similemque efficaciam tribuit. At radice Ilicis cortex, coctus cum aqua, donec flaccidus fiat, & per totam noctem impositus, capillos denigrat prius circumlita terra confricatos. Folia tusa & trita tumoribus profunt, & imbecillas membrorum partes corroborant.

Capillos denigrat.

Hippoc. lib. de vlcibus, radices Ilicis in vino dulci albo coquere iubet, & de vino duas partes sumere, & amurcæ olei siccissimæ vnam partem addere, atque ita agitando coquere, vt ne torrefiant, ad lentum ignem, donec ad bonam crassitudinem deueniant. Idem hipp. lib. de Dieta: ἀκροί, inquit, ἢ γάλακτι, ἢ σιτηρί, σαπιεῖσθαι ἢ σπῆσαι, ἐξ ὧν ἢ ἡσσαι, &c. Et Gal. de cibis boni & mali succi, de iisdem tradens Acylis: εἰσὶ δὲ inquit, ἑρρυφῶν ἢ σκληρῶν, ἢ διὰ τὸ ἀνδρῶν, καὶ ἐφ' ὧν πῆσιν ἀποσπέρηται: δισπῆσται ἢ πικρῶν ἢ ἄσπαι, φυλάττεσθαι χρῆν. Austeræ, inquit, ac duræ sunt, ideoque insuaves & vitandæ vt concoctioni aduersantes, ac crassi succi etiã si quis elixasumat. & in 6. simpl. Ilicem ipsa etiam Quercu vehementius adstringere ait: cuiusque folia imposita non ingenerosè siccare, sed

Tumores. Vlcera.

Temperã.



sed reliquarum Quercuum folia minùs, quàm minùs etiam adstringunt. Aegineta quoque similem quidem Ilici cum Quercu vim tribuit, sed multò fortiozem quàm ipsam dicit. Gal. sanè in 2. de alim. *Ακυλιν* Quernà glande ad omnia deteriorẽ esse ait, sicut hanc Castaneis, quæ omnium glandium optima sunt.

Rubentes pilulæ, quas præter glandes fert Ilex, trita cum aceto vulneribus recentibus & cruentis oculis vtiliter imponuntur inquit Matthiol.

*Oedema.*

Folia eius refrigerant & reprimunt, vt reliquarum glandiferarum: quapropter & œdematosis tumoribus, & imbecilibus partibus roborandis vtiliter adhibentur. Radix Ilicis tusa, & icui Dryini imposita, plurimum prodest. Leo calcatis Ilicis foliis obtupescit, notante Curtio.

*Dryini icui.*

*Ligni vsus.*

Ilicis honos ad axes & currus vñica tantum rota ac simplici iugo tractiles (*ἰλιγγόσους ἀυλάδας*) & iuga lyrarum psalteriorumque autore Theophrast.

*Lamina.*

*Axes rotarum.*

Secatur & Ilex tradente Plinio, in laminas prætenues, colore quoque non ingrata: sed maxime fida iis, quæ terantur, vt rotarum axibus, ad quos duritia sua vtilis. Proditum terebris vaginas ex Illice vtilissimas fieri: ex eadem malleos maiores quoque. Hyginus manubria rusticis Iligna commendat.

*Machinamenta Chirurgica.*

Liber qui dicitur Oribasii ex Heliodoro de Machinamentis, organa ex Ilignea materia tanquam robustiori conficienda docet.

*Carbones.*

In carpentariis pro Illice vtuntur Subere, vt videre est apud Plin. cap. de Subere. Theophrast. & Terebrum ad igniaria ex Illice facere iubet. Quibusdam Castellæ veteris locis Ilicis rami ceduntur cubitali longitudine, in strues & acruos congeruntur, & luto operiuntur, deinde subiecto igne in carbones vstulantur, qui Salmanticam & alia loca deportantur. Arborum trunci, ad molarum fabricas & alia opera seruantur, ob materię firmitudinem atque durabilitatem, teste Clusio. quantum verò præstet Carbo Iligneus ad metalla & alios vsus, vbi denso & frugi carbone opus, in superioribus declaratum. Matth. sanè Iligneum Carbonem Hetruscis in pretio esse tradit, non modò, quòd ignem diu foueat, sed etiam, quòd [ vt aiunt ] vapore caput minimè tentet. Iligneæ glandis vsus in cibis antea diximus. Attamen ea suam angustam, nitidam, strigosam & ponderosam facit, si credendum Plinio. Horat.

*Cibus.*

*Vmber & Iligna nutritus glande rotundas Curuet aper lances carnem vitantis inertem.*

*Etiam pabulum.*

Colum. hobus exhibet Iligneas frondes in pabulum, quas & Querneis præfert, modò non sit spinosa: hanc enim propter aculeos respuunt, vt dicebamus. Virg. Georg. 2.

*Apum al. seu.*

*Nec non apes examina condunt Corticibusque canis: vitiosaque Ilicis aluo.*



ribus. Glandes *Glandes.* breui sed crassiusculo pediculo appenduntur, simul plures, Calyce hispidiore. Pharmacopœus Patauinus ad Aquilam dedit nobis Cerri nomine, Ilicis speciem, prædictis ramis valde similem ni folia essent maiora multò, quatuor ferè vncis longa, & duabus lata, calyces itidem hispidi. Fortè varietas est à loco aut æ-

tate. Verùm præstat hinc historiam Clusii subiungere, cuius iconem etiam proponimus, ab inepto sculptore minùs feliciter paratam.

Suberis duo genera Matthiol. obseruauit: ego, inquit Clus. vnicum tantum, nisi fortè quod in extrema Aquitania Pyrenæis proxima nascitur, ab eo quod per Hispanias frequens est, diuersum sit. Nam Aquitanicum (quod quidem conspexi) folia non retinet, sed hyeme abiicit vt mense Aprilis obseruauit, quo foliis prorsus viduatæ erant quatuor Suberis arbores circa Bayonam. Quare Theophrast. non immeritò tribuit Suberi deciduum folium, cum dicat arborem esse Pyrenææ familiarem. Quod verò in Hispaniis nascitur, perpetuè viret vt Ilex, cui adèd simile est, vt primo aspectu plerumque fallat, nisi cortex crassus, & dirumpi solitus, errorem detegeret. Maius est Ilice plerumque, & caudice, vbi adoleuit, longè crassiore, cortice item denso, carnosio, scabro, & rimoso, qui nisi suo tempore detrahatur, dehiscit, aliòque subnascente expellitur: eo detracto, qui subest nouellus ita rubet, vt procul aspicientibus arbores, rubrica aut minio pictæ videantur. Suberis rami Ilignis firmiores sunt, folia maiora, longiora, molliora, & supernè magis virentia, interdum non nihil dentata, aliquando minimè, vt in Illice. Glans magna, vbi maturuit nigricans, Iligna longior, & obtusiore cuspidè, calyce etiam maiore, magis hispido, & per oras molliter echinato. Glans admodum adstringentis & exsiccantis gustus, Iligna multò ingratiore. Magna ex parte coniunctim nascitur, vt Pontica nux, sed crasso breuique petiolo, & firmiore quàm Iligna. Ramulis nonnunquam adnascuntur dura & lignosa quædam cinerei coloris tubercula, adèd firmiter in harentia, vt nisi fracto ramo eximi non possint. Matthioli Suber alterum oblongis angustisque foliis, quod Pisano agro nasci tradit sibi nunquam visum fatetur idem Clusius.

*Suber Aquitanicum folio deciduo.*

*Theophrast. illustr. Suber Hispanicum perpetuo fol.*

*Cortex*

*Glans exaltior descriptio.*

*Sapor.*

*Lignosa tubercula.*

SVBER LATIFOLIUM.

*Descriptio folia.*

Suberis latifolii ramos, quos habemus ad Matthiol. Suber proximè accedentes, ab Illice Mospessulana distinguunt folia rotundiora, minùsque polita, adhæc rarioribus nullis aut mitioribus spinis muricata, quæ tamen tomentum prona parte obtegit, vnciam aut fescunciam plus minùs longa, vnciam lata: Oriuntur hæc è ramis Illice tenuio-

*Descriptio Quinquerrani. Cortices terni, eorumque vsus. 1.*

Patera ad Hecti-  
dam.  
Vt Corti-  
ces detra-  
hantur.

eo sunt etiam aluearia. Secundus crepidas mu-  
nit, & hybernum calceatum. Ex tertio subtili  
atque admodum delicato, sunt pateræ, è quibus  
quidquid heclicis propinatur, magna utilitate  
hauritur. Eò melior hæc arbor, quò vetustior.  
Detrahēdis corticib⁹ hæc est ratio. Qua stipēs tel-  
luri cōmittitur, circūscinditur ad lignosam usq; ma-  
teriē, paritēq; in summis humeris, antequā in bra-  
chia diuidat sese: mox à summo ad imum findi-  
tur, detrahiturque triplex cortex. Non expla-  
nantur aqua, sed igni, nec demuntur nisi tertio  
mox anno. Quod si paucis diebus à tonsura lar-  
gi imbres interuenerint, arbor interit, quod raro  
accidit, nimirum regione calida & sicca, & tempo-  
rum obseruatione raro fallente. Hæc ille.

Crasioris  
corticis &  
sus.

Verum, addit Clul. in Hispaniis primum illum  
præcrassum corticem duntaxat detrahere solent:  
quo non modò ad cadorum obturamenta, aluea-  
ria, & nonnulla etiam vasa rustici vtuntur, sed et-  
iam ad tuguriorum, parietum & murorum præ-  
texta, præsertim in ea Bœtiæ parte, quam Estre-  
maduram vocant: vbi interdum totis pagis ædes  
magnis Suberis fragmentis imbricum loco tectas  
conspicere licet. Idem cortex exterior illa sca-  
britie derasa muniendis crepidis & hiberno cal-  
ceatui idoneus. Itaque videtur Quinqueman⁹ præ-  
ter veterum autorum sententiam ex præcrasso il-  
lo externoque cortice binos fecisse: nam scabritia  
illa exterior ad nullam rem utilis.

Duos esse  
sanissimos  
cortices.

Scutella ex  
Subere.

Est porro nobis ex Suberis cortice illo extimo,  
quo calceamenta suffulciuntur, scutella profunda,  
spithamæà diametro, quasi tornatili opere facta.  
Theophrasto lib. 3. cap. 4. inter αείφυλλα & perpe-  
tuo virentia syluestria recensentur, φελός, δρυς, κί-  
λας, ὄζυρα, & πείν. Quo loco tamen,  
pro φελός, suspicamur legendum, φελός δρυς: vno  
vocabulo: eam enim lib. 1. cap. 15. etiam recensuit  
inter perpetuifolia. Contra lib. 3. cap. 16. dicit  
φελόν ἐν αείφυλλοις, ἀλλὰ φυλλοβολόν. Item inter ὄζυ-  
ρας ὄτυτα & quæ tardissimo omnium sunt germi-  
ne numerat lib. 3. cap. 6. vbi ὄζυρα vocatur. Gaza  
& Const. in Lex. Suber conuertunt. Palma, eo-  
dem tradente, leuis est, tractu facilis ac mollis,  
sicut Suber: (φελός) sed melior Subere, quia  
obsequiosa. Suber enim fragile. Quapropter si-  
mulachra ex Palmis faciebant olim, spectra Sube-  
ris materie, vt in comoda. Est verò Suber ei-  
dem Theophrast. arbor mediocriter proceræ, [ἐν-  
μυτος δ' ἐπιεικής: Gaza & eum secuti plerique ver-  
tunt, admodum proceræ.] caudicosa, parumque  
ramigera, & atigescens: [ἐναΐες habent vulg. Hist.  
Lugd. legit δρυΐς, quæ lectio & nobis probatur]  
materie robusta, cortice præcrasso, qui dirumpi,  
vt in Picea, soleat, verum fragmentis prægran-  
dioribus: folio Fraxini [ὄμοιον τοῖς μαλέυς: quidam  
volunt legendum, ὄμοιον τοῖς μαλέυς] crasso, oblongiori, non perpetuo,  
sed deciduo: [Plin. contra: quem & Hermol. se-  
cutus: vulgata habent, ὄμοιον τοῖς μαλέυς, ἀλλὰ φυλλοβολόν.  
Quidam docti contra: ὄμοιον τοῖς μαλέυς ἀλλ' αείφυλλον  
legendum censent.] Fructum perpetuò fert glandi-  
formem, similem Aria. [Nam ἀρία legendum  
censemus, pro ἀρρία, vt in vulg. habetur: quamuis  
Gaza Aquifoliam verterit, Aria autem est Phello-  
drys.] Detrahunt corticem, vniuersumque diui-  
dendum censent: alioqui arborem deteriorem  
fieri. Rursum verò intra triennium repletur.

Descriptio,  
Theophr.

Theophr. Sa-  
vie corr. &  
allustr.

Plin. emēd.

Suberi, inquit Plin. minima arbor, [non minima  
D.] glās pessima, rara: cortex tantum [tantum non  
D.] in fructu præcrassus ac renascens, atque etiam  
in denos pedes vndique explanatus. Vfus tūm ad

alia infra dicenda, tūm in hyberno fœminarum  
calceatu. Quamobrem non infacete Græci corti-  
cis arborem appellant. Sunt & qui fœminam Ili-  
cem vocent: [Hæc malè Plinius, De Phello-dry id  
Theoph. non de Subere D.] atque vbi non nasci-  
tur Ilex, pro ea Subere vtantur, in carpentariis  
præcipuè fabricis, vt circa Elim & Lacedæmo-  
nem.

Corticis ar-  
bor.

Plin. lib.  
13.

Quod Plin. ait corticis arborem Græcis dici, hi  
de δρυΐδων dicunt, quasi arborem corticosam.  
Ex eodem Plinio, Suber tardissimè germinat:  
est ex propriè glandem ferentibus: materie est  
mollis: in aquis non fluitat, si dematur cortex:  
vetustatem cariémque tardissimè sentit: ei è syl-  
uestrium genere non decidunt folia: omnes arbo-  
res cortice in orbem detracto necantur, excepto  
Subere, quod sic etiam iuuatur, crassescens enim  
perstringit & strangulat.

Meminit & Colum. Suberis: nam, inquit, est  
præcipua cuneis fissa Olea, Quercus & Suber. Et  
Persius Satyr.

Vt ramale vetus vegrandi Subere c. et. m.

Quod verò Plin. ait, in aquis non fluitare, si  
dematur cortex, id vtique materie densitatem &  
pondus arguit. Corticis verò leuitas lignum non  
solūm non mergi sinit aquis, sed aliis quoque re-  
bus alligatus facit ne mergantur.

Qui arborem per Hispanias viderunt, hac sibi  
facie representasse tradit Ruellius. humilem pa-  
rumque ramigeram esse, folio Ilicis aculeato, tristi  
glande, cortice præcrasso & multis inanitatibus  
fistuloso, quem ad vsus detrahunt. Sed forsitan  
Pyrenæicis insignior auctu, proceriorque fauente  
cæli statu confurgit.

Descriptio  
Ruell. Sube-  
ris Hispan.  
Pyrenæicæ

Matth. sic depingit: Suber arbor est Ilicis folio  
perpetuū similiter comā virens, quanquam id ne-  
get Theoph. sed crassissimo cortice vestitur, atque  
Ilici magnitudine cedit, vt ii quidem attestati  
possunt, qui Baccano Romanū profecti sunt. Eo  
enim itinere innumera Suberum planta visun-  
tur: Is pingit Angustifoliam. Postea in posttr. com-  
ment. cum magnis icon mutata sententia, duo Su-  
beris facit genera: alterum folio prolixiore acu-  
minatioreque: alterum breuiore, rotundiore-  
que, & per ambitum serrato, acuminatisque qui-  
busdam in locis incisuris. hoc in Romano, illud in  
Pisano agro proueniens. Matth. vt ex prædictis  
patet, relegat Suber suum angustifolium ex Ro-  
mano itinere Pisas. An vtrobique viderit, no-  
runt incolæ. In epitome eius transpositæ sunt ico-  
nes.

Suber per-  
petuifol.  
Matth.

Duogenera  
Matth.

Accepimus folia quædam Ilicis nomine à D.  
Rentzio Medico VVirtembergico, collecta pro-  
pè S. Petrum in montibus Euganeis, quæ sanè si-  
milia sunt picturæ Suberis angustifoliæ Matthiol.  
Non tamen dixerimus temerè, eandem, nec etiam  
diuersam plantam ab Ilice, Lectoribus id totum  
committentes diligentius inquirendum.

Nonnulli Ilicem, Suber maius esse crediderunt,  
sed falsò, inquit Amatus, quum maius Suber ma-  
gnæ proceritatis sit, & ex eo cortices virides &  
Ilicis ad varios vsus detrahantur, illa verò glandi-  
fera admodum sit: verum errat & ipse dum me-  
dium corticem viridem appellat, quem tamen  
ipsemet colore rubrum fatetur.

Suber ma-  
gnæ proce-  
ritatis.

Lacuna, cui propria icon, diuersa admodum ab  
icone Matth. angustifolii olim exhibitæ, speciem  
Quercus [Roble] dicens, fructu & foliis simile facit  
Ilicis, sed ipsam arborem minus ramosam & pro-  
portione breuiorem crassiorémque.

Lob. tum in Aduers. tum in icon. propriam ico-  
nem

*Suberifera latifolia.* nem habet Suberifera latifolia, quam & Ilicem glande echinata vocat, & ad alterum latus ramulum angustifolia Suberifera, quae omnino similis Matthioli Suberi angustifolio sine vllis tamen crenis & denticulis, quas tamen habere ait in descriptione: nec cupulo aculei pungentes appicti, licet in eadem id dicat. Sic enim designat utramque: Suberiferam latifoliam, seu Suberiferam Ilicem, si corticem exemeris, omnino eandem cum arborea Ilice dixeris: ei tamen folia & glandes rotundiora, breuiora, item dentata: cortex geminus stipitem amicit: alter interior, qui perpetuo haeret: alter crassior duos pollices, rugosus, perquam leuis, qui deplubitur, & quolibet gentium defertur. Multa Galloprovinciae maritimis Tholonia, Olibia & alijs adiectis, & in Thuscania Luce praetura. Sed ad Apennini radices, & Anconensis agri collibus multo frequentissima quae angustiore, longiore, minisque crenato folio est, ad arboream Ilicem accedente: glandoso semine, cupulo foris pungenti, asperidine scabro.

Mirum vero quod Bellon. scribit, Adrachnes fructum pulchri esse coloris, vt ad vescendum incitet. Pendere ex pediculis incuruis, crassitudinis & coloris esse fructuum Rubi Idaei, & molles vt fructus Arbuti & Suberis, (Liege) saporisque fructus nascentis in Suberis arbore. Sanè hanc Bellonii comparationem non intelligimus. Quid enim molli & veluti minutis granulis compacto ac vinoso Rubi Idaei fructui, aut etiam Adrachnes, cuius fructum Arbuti similem faciunt, commune cum glande Suberis? Vt merito Clus. quoque eam comparationem, qua Bellon. dicit Suber fructum ferre edulem, Arbuti seu Memecylo similem minimè digerere potuerit: Certè nec Clusio, nec nobis, nec fortè vlli Herbariorum alium fructum in Subere videre contigit, praeter glandem: nisi fortè Bellonius Liege vocabulo diuersam à Subere arborem intelligat, praeter omnium Gallorum receptam opinionem.

Dod. pro Phello seu Subere ponit iconem ex Aduers. paulò prius dictam.

Camer. in hist. Germ. & epit. Matthiol. posuit portionem figuræ quam habet Matth. additque ramum alium Ilicis folijs angustis, non asperatis: quem à Gesnero ex nostris Monspelienfibus sicis desumptum putamus, vt qui fortassis existimaret Suber illud Matthiol. non differre ab Ilice, quodque fortè minis benè pictum putaret apud Matthiol. Titulus tabellæ est: Suber angustifolium: *φελλός στενόφυλλος*: Iconem alteram Matthiol. omisit, ac pro ea supposituit iconem Lacunæ non nihil mutata. In hist. Germ. Matthiol. dicitur Suber i. latifolium. Hist. Lugd. Suberis utramque iconem Matthioli proponit.

Tabern. quoque geminas icones habet. Sic & Casp. Bauh. Suber duplex alterum rotundo folio: Suber Lac. Lonic. Cord. & Cæalp. & Suberella. Suber latifol. Clus. Cast. Tab. Lob. Suber folio breuiore & latiori Lugd. Phellos siue Suber Dod. Alterum Suber oblongo folio: Suber angustif. Cast. Tab. Suber Aquitanicum & Suber deciduo folio Theophrast. Clus. cuius ramum Suberi Latifoliae suæ adpinxit Lob. vti dictum.

Nomina Linguarum *φελλός* Græcis plarisque, non *φελλός* vt Had. Iun. in suo nomenclatore scribit: *Λ* etiam Theophrast. à cortice, quia semper alutipes & immerfabilis vndis manet, vt notant Adu. *άναψα*. Theocr. Schol. vt vult Had. Iun. Suber Lat. & Herbariis. Poetae cauum, multiformum & multicauum dicunt, ob corticem: Item siluestre & agreste, quia spontaneum. Germ. Pantofflenholz & So-

lenholz quasi crepidarum lignum dicit: arbor Brachbaum & Borgbaum iisdem, teste Cordo, à crepitu quem cortex eius sub pedibus edit, calcis insitus. Gal. arbor & cortex Liege: seu vt Ruell. Liegium, à leuitate, vt putat, quod extet aquis, nec obruatur. It. Subro, Souero, Sugaro, Sughiero. Hisp. arbor Alcornaque: cortex vero corcha de Alcornaque: Glans, Bellota. Belg. Corckboom, Blot-hout. Fructum Curtius *φελλός* dicitur notat, sed non alia quam sua autoritate. Nam nec ita est, & vis vocis repugnat.

A Suberis corticis leuitate tractum Adagium: Subere leuior: de homine inconstante. Sed contrario sensu: Tanquam Suber: & apud Pindarum, *αὐτὸ φελλός* de his qui dissimulare aut mergi aduersis fortunæ procellis nesciunt. Nam, vt dicebamus, Suberis cortex non solum ipse non mergitur, sed & alijs alligatus, ea fidere non finit. Subereum dixit Colum. & Serenus.

Theophrast. Suberem peculiariter *πυρρηνία* nesci scribit, in qua voce doctiss. Victorius alique quidam docti mendum subesse suspicantur, legique debere *πυρρηνία*, Copiosa namque hæc arbor est in maritima regione Hetruriae, quam olim incolere Tyrrheni, vt syluæ etiam ingentes Suberis sint prope Populoniæ, & oppidum quoque inde appellatum Sughereto. Corrupta enim Latina voce Suber, patrio sermone Sughiero vocatur: Quod folio est rotundiore, in Romano, quod prolixiore in Pisano agro provenit, teste Dal. Spectatur & Suberes in ora maritima Liguriæ, vt Plinio fides non sit adhibenda, qui nec in Italia tota nasci, nec in Gallia omnino tradit. Nam hodiè satis abundè in vtraque prouincia nascitur & iam Plin. seculo extitisse dubium non est. Immo Hetruriae tractui Thyrræno hodiè penè propriam non malè quis dixerit, ad Theophrast. imitationem, si Italianam quis tantum respiciat. Nuspiam enim quam illic copiosius, licet & abibi nascatur. Quid si Plinium candidè interpretati dixerimus, Nec in Italia tota nasci, hoc est, non in omni, non vbiq: Sed obest nostro candori posterior clausula. Nascitur, inquit Clus. plerisque Castellæ nouæ, Bæticaq: locis, præsertim circa el Paerto de Mirabel, vbi ingentes eius sunt syluæ, & tota aded Lusitaniâ. Pyrenæis montibus admodum familiaris. Cortex non modò per Vniuersam Germaniam sed totam aded Europam uectus, vbiq: ferè gētium venalis prostat.

Suberis cortex tritus, ex aqua calida potus sanguinem fluentem ex vtralibet parte sistit. Eiusdem cinis ex vino calido, sanguinem excreantibus magnoperè laudatur, autore Plin. Quod & Serenus testatur hoc carmine.

*Sed quacunque fuit, vis immoderata cruoris, Subereus cortex, calidis potatur in vndis, Antè minutatim studio vincente reendus.*

Phellos seu Suber, & maximè id quod est è vinariis vasis, vstum, siccantissimum cinerem efficit, qui in Dysēteriacas maximè compositiones miscetur. In nimis purgationibus vteri, sanguine erumpente, præbatur Suberis ex Italico vase vsti cinis. Mirificè etiam auxiliatur pudendis appositus. Ex Paulo. Estque hæc arbor cortice quam reliquo habitu nobilior, quem geminum obtinuisse diximus: quando quidem prouida natura haud ignara sepissimè cortice spoliata iri hanc arborem, ad vsus humanos, caudicem gemino cortice muniuit. Vfus externi & crassioris, anchoralibus maximè nauium, piscantiumque tragulis, & cadorum obturamentis: præterea in hyberno sceminarum calceatu, inquit Plin. atque vtinam

Curtius vbi preb.

Adag.

Locus.

Theophrast. cor.

Vises & Vfus. Sang. fluxus Sang. spm. tum.

Dysenteria.

Menses sæpe perflui.

verè, nec in luxuriam magis & fastum, proceritate ementitâ, vt in Venetis mulierculis, [ & vbi non? ] alibi que locorū tam in iis quàm in viris videre est. Non enim valetudinis tantum gratia, aut aduersus hyemis frigiditatem, calceis intersuitur, sed aliàs vnciali aut sextantali, [ quæ frigiditatis munimento sufficere posset ] aliàs trientali, immò & dodrantali aut altiori eleuatione multis geminatis corticibus, vt grandiores videantur, & cæteris ceu dæx quædam supereminant, id quod in principum maximè aulis nusquam non cernitur. Quem abusum vel apud Priscos inualuisse, Clemens Alexandrinus, Pædagogus ex Alexi Comico testatur & ridet: *πυρρανε μινὰ τὴν ἔου, οὐδὸς ἐν τῆς ἑαυτῶν ἐνεργητικῆται.* Ex Xenoph. lib. de tuenda re famil. de re Homachi: *καὸδὴνατα δ' ἔχουσαν ἰνδὴ ὄπας μείζων δούλην ἔδῃ ἐπαρῶμεν.* Tam libenter sumus grandes. Sed abundè dicta est ratio, quæ se viro-rum iuxta fœminarū, aque forma ac statura credit proceram fieri. Atque hoc norunt futores ac veterinarii, qui subereum corticem in promiscuos vltus appositè crepidis innectere norunt. Sed nec piscatoribus ignotus hic cortex, qui vericulatorum alis, ne sidant, aut in profundum trahantur, appendere solent. Cæteras utilitates ad aluearia, ad tegendas domos & similes supra diximus. Amatus medium illum corticem, quem vridem vocat, colore tamen rubrum [ de quo supra ] à Coriariis Hispaniæ pro præparandis bubulis coriis vsurpari scribit.

Vsus ad piscatorum Scoricula. Interioris corticis vsus ad depandanda coria.

seruentur notatu digna. Coccus, inquit, insectoria, seu Ilex coccifera, an Aquifolia Plin. Infectorium granum cruore miniato & muricato pannos imbuens, nomen Arbusculæ fuit. Si, quam sæpè meritò & profusè laudat suam Italiam Senensis Commentator tam diligenter iustrasset, neutiquam dubitasset, an huius arbusculæ, vt vocat, reperitur in Italia, aut multò minùs Bizantio Cocciferam Ilicem hanc accersuisset. Siquidem frequentissima hæc humillima Ilex, cum plerisque Italiæ locis, tum præsertim in Hetrusco Romano & Senensi finitimo agro, locis montosis, glareosis, sterilibus, inter varias Ilices, Smulaces asperas, Terebinthos, Lentiscos, vbi etiam, tametsi pauca & parum, nec quotannis, tamen nonnulla Coccum ferunt. Sed quia minus Coccinum, & paucum, citòque euanescent, partim ignoratur, partim negligitur. At in Gallo-provincia Arelateni planitie patentissima, solibus æstiuis retorida, squalida, glareosa, lapillis, sicilibusque con-strata, & Frontignanæ, Narbonæque maritimis, hanc legunt mense Maio, annis adèò æstiuosis, vt totum semestrem nihil penitus pluatur. Plebecula tunc turmatim & vicatim confluit illuc Coccum lectum, quem Vermilionem voce vernacula vocat, atque venundat in mercatu singulam libram 12. & interdum vicenis assibus Gallicis.

An Aquifolia Plin. Matth. carpitur. Loc. Italiana-risima. In Italia minus Coccinum. Legendi tempus.

Perlegans naturæ opus & visendum, non tamen fructus aut semen, sed excrementum nobile tantillæ Ilicis, quæ à cæteris Ilicibus exilitate tantum differt, horridiore aspectu, & rigidis spinulis, densis, crispisque foliis ac sinuosis, minoribus, semper virentibus, sed Agrifolium præ se fert. Coccum autem ferunt copiosum, & amplexantur foliis introflexæ spinæ, atque furculi præduri copiosorem, nitidum, Agrifolii aut Alparagi hortensis planè similem, concolorem. Fusciore tamen & obscuriore foris, intus verò sanguineo cruore lucido gliscit, quem pressu excipiunt recentem ad medicatas cordique amicas, Alkermes præsertim, confectioes, Pharmacopœi Monspelien-ses, Aquitextienses, Massilienses, & Arelaten-ses, crudo, candido vel fuluo serico, illic etiam à Serificis vermibus neto & glomerato. Verùm In-fectores, qui magnam vim Cocci emunt, non premunt, sed aceto aut albo vino irrorant, ne in vermiculos, aut vinifugas exiles muscas abeat cruor, penè vacuis relictis tunicis. Sicque in pul-uerem rubellum miniatum redactum seruant, vnde Scoletium antiquis dictum, seu vermiculosum istud esse, satis liquet: & comperitissimum non esse fructum, sed excrementum Ilicis: cui in fur-culis sunt glandes longiores, nitidiores, nigriores Quernis, sed echinato acetabulo, non bullato ima parte, inclusæ. Flores verò Martio illic pro-mitt muscosos, subluteos aut herbaceos Oleæ I-licis aut Quercus. Cuius etiam mediis foliis & trunco non rarè animaduertimus excrementa ro-tunda, rubella, & interdum flaua, maioræque i-stis, in variis locis Galliæ, Italiæ, Germaniæ propè Basileam in Heluetia plurima. Quæ non alia videtur ab ea, quam mulierculæ, Dioscor-dicente, legebant ore, & vocabant Coccum, for-tassis quadam, vt verisimilius sit, similitudine. Sed cum nostrati Narbonensi & Hispano nullus hodie notior aut potior habeatur, virisque ei-dem omnes congruant, quas meminerint Scri-ptores, frustra istum improbat, & alium expetit, qui neutrum probè nouit Senensis Commenta-tor. Hæc Lob. in Aduers. qui in suis Obl. assum-psit iconem Clusii, qui Hispanicam descripsit, cuius descriptio nonnihil variat à nostra.

Vermilion. Pretium. Vt differat à cæteri-llicibus. Cocci alia descriptio. Duplex modus parandi ex culi-gendi. Scoletium. Glandis ex-actior de-scriptio. Item striu. Excrementa rotunda. Matth. scripsit.

ILEX COCCIGERA.

**Descript.** Coccigera Ilex à nobis obseruata, multum magnitudine cedit aliis Ilicibus, vt quæ non temerè stolones duobus cubitis altiores proferat, eosque non admodum crassos folia, Aquifoliz proxima, minora, muricata, vtrinque glabra, verum non ita hilari virore nitida. Flores vel potius iulos copiosè fert, muscosos: glandem verò maximam, quod in pumila arbuscula mireris, etiam Iigna altera maiorem, calyce asperiore. At præter hæc omnia triplicia excrementa in ea obseruantur. Vnum Maio & Aprili apparet, quod nihil est aliud quàm grana in foliis rubra, partim rotunda, partim oblonga, ex ipsa foliorum substantia nata, Pisis paruis æqualia, substantia intus alba, non ita ablimilis substantiæ fructuum Oxycanthæ Matth. gustu nonnihil acido, grato, in quibus tandem vermiculus nascitur. Alterum excrementi genus, huic cum Ilice maiore commune, Maio mense apparens, ramis adhærescit, sed satis leuiter, copiosum, rotundum, nigrum, laui nitidæque superficie, satis duram, intus liquore albido plenum, cui vermiculi in-nant, tandemque inarescit: circa quod feruent sæpè formicarum operæ. Tertium denique, eodem cum iam dicto tempore conspicitur in foliis, reliquis notius & celebratius, Coccum puta insectorium: grana sunt rubra, saltem puluisculo albo, quo respurguntur, absterfo, liquore sanguineo plena, cum concoloribus vermiculis, huic solæ pumilæ Ilici propria, quatenus nobis obseruare licuit in Gallia Narbonensi, nec ita vber-tim.

Quoniam verò non omnia nobis in miranda hæc arbuscula obseruare licuit, lubet hic Lobelii historiam quoque inserere, quod in ea multa ob-

Ilex

*Ilex Coccigera*, inquit, nunquam altè affurgit, sed multis ab eadem radice prodeuntibus ramis fruticat, duorum aut trium [quando plurimum] digitorum crassitudine, saepenumero vnus tantum, aut etiam virgultis tenuioribus, ramosis: folia illi superiore Ilice minora, aliquantulum sinuosa, magis virentia, nec aversa parte aded incana, rigentibus aculeis armata, quæ vetustate interdum rubescunt. Pusillam & valdè amarâ fert glandem, calyce spinoso & echinato. Obseruabunt studiosi Clusium tribuere suæ Hispanicæ Ilicis pusillam glandem: at nos in Gallia Narbon. maiorem quam Ilicis obseruauimus. Item quod ait, nec aversa parte aded incana: quibus verbis satis clarè insinuare videtur esse leuiter incana, quod tamen in Narbonensi non obseruauimus.

Cocccum quomodo gignatur, & eius colligendirationem Quiqueranus libello suo de laudibus Prouinciæ sic declarat. Ilicis duo genera: alterum arborecens: alterum frutex exiguus sesquipedali proceritate lætissimè viret, foliis leuore præfulgidis, spinarum vallo ambitis numeroso, uolone affurgit in modum Rosarii: à nostris Fagi appellationem sortitur, quamuis nullam Fagi imaginem representet. Prouenit locis planis quidem, sed in altitudinem euectis, exilibus & sitientibus collibus, sed infecundius. Vere medio rostratimbribus frutices Cocccum hoc modo ordiuntur. Vbi vnus serpens se in duo brachia partitur, in horum medio primum omnium increfcit rotundum quiddam, magnitudine & colore Pisi, hoc Matrem vocat, quod ex eo cætera grana producantur. Mater spondet vt plurimum quinque quælibet calpitum familia, quæ incunte ætate, æstique minutissimorum vermiculorum cæteruam profundunt, fat sciantque in summitate. In animalia præcepit noua soboles, colore candida, pro se quisque in sublime. At vbiunque vermiculi vel geminantis fureuli axellis occurrerint, desident, & incrementis aucti, milii magnitudine fiunt. Inde liberius adolefcenibus, albus color in cinericium transit, iamque non animal, sed Pusillum rurius apparent. Tuncque ea grana maturitatem adeptâ colliguntur, iam coloratis vermiculis fœta: dumque asportantur mercatoribus, ambiens pellicula præ teneritate rumpitur. Vermiculorum quidem, qui citra vaginulam habentur pretium in libram quamlibet, aureus solatus, in granorum verò, quæ adhuc eorum partem retinent, huius quadrans. Torpent interim vermiculi, ac immobiles iacent: ceterum cum primum tempestiuitas adest, in lintea præcipitati, solhexponuntur. Tum libato calore statim prorepunt, atque effugere nituntur: sed à custode, qui continuus affidet, concussulinteii in medium ed vsque reiciuntur, donec emoriantur. Tanta quidem hæc sunt, totòque mox triduo, odoris suauitate atque gratia, vt non Cibeta, non Moscho, non Ambræ, sed ne Citriorum quidem floribus facildè concesserit. Si quæ verò grana legentis effugerint sedulitatem, ea mox alatorum animalium numerosum exercitum in auras effundunt. Obseruatum est vno anno ex campo lapideo, Arelatenfi agro, pro ventum vndecim aureorum milibus æstimatum. Hactenus Quiqueranus.

Similem Cocci parandirationem, inquit Clus. in Gallia Narbon. atque in Hispania obseruasse meminit. Areas enim sub dio habebant ad eam rem destinatas, eminente aliquantulum margine, quibus linteo panno instratis Cocccum effunde-

bant, custodibus summo seruore Solis perpetuè affidentibus, & extrema linthei bacillo concutientibus, vt vermiculos effugere properantes, in interiori linthei partem repellerent: istam tamen summam odoris suauitatem non sensi, licet satis acres & sagaces habeam nares. Verum Bellon. Cocci Cretici historiam tradens, aliam præparandirationem tradit: cuius quoque verba referre lubet. Cocci baphici census ingens est in Creta: sed eius collectioni cum potentiores operam impendere nolint, pastoribus & pueris istam prouinciâ relinquunt. Inuenitur mense Iunio in exiguo quodam frutice, ex Ilicis genere glandem terentis, sine pediculo inharens istius fruticis stipiti, colore ex cinereo albicante. Sed quia istius fruticis folia spinis horrent, vt Aquifolia, pastores furculam sinistra gestant, qua ramulos deprinunt & inclinant, dextra autem putatoriam falcem qua illos demetant, & rotundas vesiculas exigui Pisi magnitudine auferunt, qua parte ligno adhærescunt apertas & hiantes, pusillis rubris animalculis lende minoribus plenas, quæ per hiatum illum effugiunt, & inanem vesiculam relinquunt. Pueri iam collectum Cocccum ad Quæstorem deferunt, qui ex dimenso ab illis redimit. Is animalcula à vesiculis cribro segregat, deinde sumis digitis leniter eaprehendèdo, in pilas efformat gallinacæ cui magnitudine: nam si nimium comprimeret, tota in succum resoluenterent, & color peiret. Itaque duo infectionis genera: vnum pulpæ, alterum vesicularum. Quoniam autem pulpa ad inficiendum commodior est, eius pretium quadruplo maius, quam vesicularum.

Inuenitur etiam aliud genus Cocci Baphici supra Myrtos, quod inditum veteribus & recentioribus. Cæterum Theophrast. videtur nobis obscurus in tradenda præter Ilicis historia: cui tribuit granum quoddam puniceum: & paulò post describens Phellodyon siue Ariam, ostendit Ilicis glandem maiorem glande Quercus: quæ duo, vt alia multa, quadrare Ilicis Cocciferæ possunt. Verum quædam alia, vt arboris magnitudo, & glans pusilla non conueniunt cum nostra Ilice Cocciferæ: quæ occasio, vt hæreamus dubii an discrimen Theophrasto fuerit notum inter Ilicem arboream & Cocciferam: vel an quædam Ilex arborea etiam Cocccum ferat, quæ diuersa sit à nostra Ilice cocciferæ. Theophrast. verba antea recensuimus sub Ilice arborea: vbi ait: ἡ ἰπὴρ τὸν φαικικὸν κόνιον &c: Dioscor. κόνιον βαφικὸν frutex est paruus, furculosus, [φουγανόδης Dalech. putat legendum πικρόδης, Ilicis similis. Non malè. Non enim est è Cremiorum genere, vt Sarac. conuertit.] cui grana seu lentes adhærent, quæ exempta decerp-tate reponuntur.

Hermol. Barbarus, inquit Marcellus, Græcos codices secutus, quos nos etiam vidimus, in quibus non leguntur μίγες eam reliquit partem. Nos ex aliis Græcis & Plinii historia admoniti eâ seruauimus vocem. Quod verò Dioscor. ait hæ-rere Cocccum ὡς φανὸι, idem Marcell. non ad formam grani, sed hærendi modum referendnm esse censet. Nos, hercle, ad neutrum ritè referri posse putamus. Lentes enim filiquis immerse hærent. Ita solet Dioscor. vt interdum minùs exquisitas ac proprias comparationes adferat.

Idem Dioscor. mox subdit Cilicium Cocccum etiam in Quercubus innasci, ἐν ταῖς δρυὶν, quo in loco sanè nobis placeret doctiss. Anguil. suspicio, legendum esse ἐν ταῖς πικροῖς, nisi aliud obesset, quod pluribus dicetur in loco. Sed quid Plinius

De odore dubitatur.

Cocci legedi & parandi alia ratio.

Vermiculi.

Duo infectionis genera.

Aliud genus Cocci Baphici. Anconitus Theophr.

Dioscor. illustr.

Cilicium Cocccum.

Descriptio  
 Clusii Hispanica  
 Cocci historia ex Quiquerano  
 Tagus  
 Quando Cocccum nascitur  
 Mater  
 Vermiculorum historia  
 Pretium Vermiculorum  
 Modus colligendi  
 Clusii Hispanica  
 Pretium

Omnes, inquit, Quercus dotes Ilex solo prouocat Cocco. Granum hoc, primòque ceu scapus fruticis [ceui scapo fruticis Dal. qui ait malè emendare Turn. ceui scabies. At sanè hæc correctio vt ingeniosa & rei accommodata nobis placet: est enim excrementum veluti scabies.] parua Aquifolia Ilicis: Cusculium vocant: pensionem alteram tributi pauperibus Hispania donat. Et alibi: Coccum Ilicis &c. Est autem genus ex eo in Attica ferè & Asia nascens, celerrimè in vermiculum se mutans, quod idè Scolecium [σκολημιον] vocant, improbantque. Principalia eius genera diximus. Vide post de loco. Dalech. pro Cusculium quisquiliam legendum putat: nam quisquilia: Festo quicquid furculorum foliorum uve cadit ex minutis arboribus.

Cocci etiam meminit Pausanias in Phocæicis. Perpetui inter vites eius fruticis ordines, quem Iones & reliqui Græci Coccum: Galatæ qui super Phrygiam sunt, patria voce Hys nominant. Crescit eadem magnitudine qua Rhamnus, folio nigriore & molliore quam Lentisco, in reliquis Lentisco similis: eius fructus Solani fructui similis, Erui magnitudine. Gignitur in Cocci fructu pusillum animal: id si maturo fructu in aërem exilierit, statim volucres sit, culici simillimum. Verùm priusquam concipiatur animalculum, Cocci fructum legunt. Est etiam animalculi sanguis tingendis lanis utilis. Hæc ille. Veteres autem codices, inquit Clus. vt à nobiliss. Iac. Susio Græcè & Latin. peritissimo admonitus sum, non habent σκῆτος nec σκῆτος, sed σκῆτος & σκῆτος, hoc est, Ilex, seu Ilici, pro Lentisco & Lentisco: quæ sanè lectio legitima est: nam quæ similisudo Cocci infectoria cum Lentisco: facilis autem est lapsus à σκῆτος in σκῆτος. Her mol. tamen dubius hæret de qua iam planta hoc loco loquatur Pausanias. Sic enim scribit: Coccus Baphica: Pausanias qui fruticem hanc in Locride copiosum ad Ambrysom Rhamni amplitudine, præterea Lentisco similem &c. describit, fructu Solani quæ i lem species, sed Erui magnitudine. Sit autem Granum tinctorium, aut Phænicobalanos atque Palmula, quod Hip. Phænicion Coccon quasi Granum puniceum vocauit, æstimaturis relinquo. Sed huic dubio iam citata emendatione satisfactum. Idem refert, Coccina quædam legi apud Græcos texta, quæ nostri ceu Coccina legentes in Strabone rubra conuertunt. Cæterum Coicina dicitur, Coice frutice.

Tam Coccus quam vermiculus Sanguisorbæ Punica lingua *Chermes* appellatur. Hieronymus in sacris literis vermiculum & vermiculatas vestes nominat, Granum [vt idem Hermol opinatur] Aquifolia significans, quod authore Plin. quibusdam locis vermiculi similitudine conspicitur. Hinc deriuatum putat, vt Coccinea vestis Scolectidata, hoc est, vermiculata vulgò diceretur, siue quasi Quisquiliata, [Etenim granum Cocci etiam Quisquiliam vocatur Plinio, vt paulò antè dictum] à quisquiliis. Nec dubium Hieronymum ad Coccum Scolecium respexisse, cum σκολημιον reddidit vermiculum. Rob. Const. Scolecium Plinii est Coccum Ilicis. De Vermiculo purpureo. Democritus quoque meminit tinctoris vtili, sed è purpuris ac murice, vt idem Herm. coniecit. Nam & de Vermiculo Galatiæ, hoc est, Iligno, idem Democ. meminit.

An hanc Ilicem intellexit Colum. pro minore? Is enim geminam dixit: minorem apibus quæstam, & prolixiorem omnibus improbatam maleficio.

Ilicis, inquit Ruell. in Gallia duo genera inue-

niuntur: Cocciferum, in duplici discrimine, minus quod nunc Gallia vocat Scarlatum, in Narbonensi prouincia frequens, vbi rusticis *vermilium* dicitur, frutice paruo, exilibus ramis, & aculeato folio: grano quo diuites lanæ pretioso illuminentur succo, aspectu coloris gratissimo, in rosis micante. Colos iam Barbaro notior, quam Latino aut Græco nomine, quum Mauritanis Quermes nominetur: inde Quermelinus, nobis Carmelinus, qui quisquilio rutilet Colos, vocetur. Sed Scarlati nomen à Latino immutatis literis videtur oriundum. Quod verò secundum & maius Ilicis genus vocat Ruell. de eo agemus postea sub Aquifolio.

Subtilitatem nobis nouam important Monachi. Fatentur quidem Chermes idem esse, vt & ab omnibus exponitur, cum Grano tinctorio, cuius duo principaliora genera faciunt: vnum Coccum, seu Coccum Baphicum, quod Serap. Chermen dicitur: Alterum granum Chermes, vel simpliciter Chermes, &c. Iam, inquit, in Elect. de Gemmis, apud Mes. nonnulli ignoranter Chermes alterum, Coccum intelligunt, ob id, quia in exordio descriptionis eius Elect. legitur esse Grana tinctorum. Sed hi decipiuntur, quoniam Chermes est aliud à Cocco &c. His sese opponens Matthiol. Patres [Monachos intelligens] inquit, hallucinari ex eo equidem euidentissimum fieri arbitror, quod hætenus neminem Arabicæ sectæ inuenerim, qui eorum ad stipuletur sententiæ. Si quidem Serapio per Chermes nil aliud intelligit, quam Coccum tinctorium à Græcis appellatum: cum de Chermes agens ea sanè omnia in eius historia referat, quæ Diosc. suo Cocco tribuit. Scirem libentissimè quæ authoritate in hanc vanam deuenerint opinionem. Non negarim ob id, nostrum Chermelinum à Cocco minimè differre, sed negarim Mauritanorum Chermes nostri vsus Chermelinum esse, quod nil aliud Chermes esse putem, quam Coccum Diosc.

Matthiolo subscribunt Lacuna, Amatus, Anguil. Lonie. Clus. Dod. Apollo. Hist. Lugd. & alii plerique. Ac peritissimi quique Coccum & Chermes pro rebus diuersis agnoscunt quidem, id tamen non concludere censent, Chermes non esse Coccum tinctorium Serapionis & Arabum cæterorum. Brassauolus quoque in exam. Symp. diuersa quidem esse fatetur, at Chermes ait sub Cocco comprehendi.

Interim Matth. haud exigua suæ existimationi inussit notam cum tantus Herbarius, vt vulgò iactatur, nescire se ait, an Cocci arbuscula in Italia proueniat. Fortè Plinius ipsam absterruit, vt ne vel suspicari quidem sit ausus. At si diligenter Italia diuitias Botanicas iustrasset, non Bizantia accersitam suam pictura, vt ipsemet fatetur expressisset. Sed maiori etiam oscitantia de ipso grano seu Cocco iudicat. Labet eius, verba referre. Coccum, inquit, tinctorium communis vsus constat rotunda inanisque bacca, quæ nullam profectò Lentis faciem refert, vt Diosc. asserit. Vt hinc planè coniecere liceat, Coccum hoc diuersorum esse generum, nostrumque faciliè illud esse, quod Plin. in Attica & Africa prouenire tradit, Scolecium idè vocatum, quoniam ex eius medulla tenues exoriuntur vermiculi: argumento quod hoc inane intus deprehendatur. Ita ille ad pauca respexit in re tanti momenti & tam multiplicis vsus.

At Marcellus qui ante eum scripsit, & ipse Hetruscus, eum docuisset quomodo Diosc. intelligendus sit: saltè ansam suppeditasset meliora, certio-

Plin. emēd.  
Dal. not.

Aquifolia  
Ilex.  
Cusculum.

Scolecium.

Plin. lectio  
mut  
Coccus  
Pausania.  
Hys.

Pausanias  
emend.

Granum  
tinctorium.  
Phænicobalanos  
Palmula  
Phænicion  
Coccon Hipp.  
Coccina  
texta.

Chermes.  
Vermiculus  
sacrarum  
vestes.

Scolectidata  
vestis.

Quisquiliam.

Coccum  
Scolecium.

Vermiculus  
Iligno.

Ilex  
duplex.  
An Ilex  
minor  
Colum.

Scarlatum.  
Vermilium.

Quermes.

Scarlatum  
vnde.

Chermes.

Chermes.

Monachorum  
quæ  
restituuntur.

Matth. in  
fig.

certioraque perquirendi: nec tam planè, vt is ait, coniciendi, Cocci diuersa esse genera: in qua quidem re Aduersaria, quorum censuram & verba antea produximus, haud immeritò titubantem hunc commentatorem ridet.

Camer. in epit. Matthiol. nouam iconem proponit, nomine Cocci infectorii: & tamen aliam alio titulo, nêpe Coccifera Ilicis appictis glandibus, excrementis atque Iulis, addita adscriptio- ne & obseruationibus iisdem planè, quas (ego Bauh. Jiam olim iuuenis cum plantis meis & obseruationibus D. Gesneri tanquam sùdo Preceptoris candidus discipulus transfuseram, quem vt industrium & diligentem philosophum scio multum adiutum, magnam lucem inde studio Botanico attulisse, & attulisse maiorem, si vir ille, communi bono natus, diutiùs vixisset. Epistola eius ante paucos annos à Cl. D. Casp. Bauh. edita, fidem abundè faciunt eorum quae hîc testamur. Interim thesauro eius naturali aliò distracto, minùs candidè nobiscum actum fatemur, quando nostros labores & conceptus suppositio partu parentem mutasse, nullo honoris vel nostri, vel Gesneri, nulla gratitudinis compensatione, non sine cachinnis contemplantur. Non ita fecisset Gesnerus, vir modestia, gratitudine, & aequanimitate, præter singularem eruditionem, toti Mundo notissimus. Sic vos non nobis &: Fruatur iis tantisper bonum publicum, dum interim maturiora meditamur.

Extant & herbarum imagines, nullo autore nominato, vbi Cocci baphicè nomine fictitia icon habetur. Non enim ex pediculis pendet Coecum, vt ibi pingitur. Nec putamus Gesnerum in Catal. cum ait. Aquifolia vel Aquifolium, ἡ ἀγρία aut ἀγρία, Coccum fert, istud Coccum de quo hic agimus, & quod tam à Grecis quam Latinis, prisca ac neotericis Herbariis *χόννος* & Coccum *κατ' ἐξοχὴν* dicitur, intellexisse. Monendi tamen incauti, ne fortè decipiantur. Qua multum differt bacca Aquifolii, à Cocco baphica nostra.

Tabern. geminas quoque icones huius vnus plantae habet: vnâ titulo Ilicis cocciferae: aliam vitiosam, & vt videtur, ad libitum factam, nomine Cocci tinctoriae seu infectoriae: quam sanè nolimus in renouato Matthiolo adiectam.

Hist. Lugd. quoque frustra duas posuit icones. Scire debuit aut monere eius confarcinator, cum calyx complectitur glandem, immaturam esse, & principium eius. Priorem tradit his Synonymis: *Ilex aquifolia* Plin. siue *Ilex parua aquifolia*: *Phellodrys Coccifera* quibusdam Theophrast. lib. 3. hist. cap. 16. communi nomine *καρπύνη*: *χόννος* Bauh. Dioscor. *Chermes* Serap. Huic, inquit, Glans, rotunda, Calyce aculeis rigente, totamque ferè, vt Cerro, complectente. Nimirum immaturam glandem & imperfectam ac inchoatam tantum, nesciuit à completa distinguere. Posteriolem simpliciter cocci infectorii arbutulam nominat. Vt sub quo caelo versatus fuerit, ipsemet nescisse videatur.

Nec placet Amati iudicium inquietis. Grani tinctorii Plinio duas esse partes: exteriorem corticosam, quam *Cascolhan* Lusitanos & Plinium *Quisquilium* vocare. Non enim Plinium intellexisse uidetur, qui non grani exteriorem partem corticosam *Quisquilium* dicit ac intelligit, sed totum granum ipsum indifferenter, quod etiam coccum Ilicis alibi vocat idem Plinius.

*Ilex Aquifolia coccifera* du Choul in hist. *Quercus*.

Cornar. post tot Authores qui ante eum scripserunt, incertum se fatetur de cocci tinctorii ortu: & qui integrum eius Emblema ad Diosc. legerit, comperiet eum non nouisse discrimen inter coccum Ilicis, & coccum radicum, quem ait vocari *Zschirbitz* in Podolia.

Lacuna scribit Diosc. confundere coccum [ *La grana* ] cum planta quae eam profert, nempe Ilicis specie parua. [ *Enzinella* ] Quasi verò hoc nouum sit, fructus nomen pro planta sumi, & vice versa. Maioris momenti, quod ait, corticem tantum plantae adherere: nos etiam in foliis obseruauimus. Notatu dignum, si verum quod idem ait, vermiculos cocci ipsissimi puri sanguinis colore esse & in extremo gradu aromaticos: qui aliquantum aucti prodeant ex semine in terram deciduo, & innumera multitudine vicinos arreperere parietes. Idem & odoratos dicit: quod incolis examinandum relinquimus, potissimum an adedò sint aromatici hî vermiculi, vt hîc ait, quod à nemine alio haectenus proditum nouimus. Idem vult, coccum si simpliciter ponatur aut legatur apud authores, intelligendum esse istud, quod & nos statuimus.

Singularis & planè nobis videtur Anguill. quando de cocco & plantis cocciferis scribens ait: *Italis la Grana* dicta, vel *coccos baphica* nascitur in duabus plantis distinctis: *Ilice*, & in planta propria. *Coccus Ilicis* adhuc hodie reperitur in Prouincia & Sclauonia, vbi *Ceruach* vocatur, quod tincturam significet. Prouenit etiam in Macedonia, vbi similiter *Cheruach* vocitatur, sed cum aspiratione in prima syllaba. Haec ipsa planta profert eum liquorem, quem Theophr. *ὄφις* vocat, colore rubrum, substantia mellis: quo mulierculae illius loci fuci vice vtuntur, nam rubello degore curam commendat. Prouinciales *Chermes* nuncupant. Ast planta propria quae coccum fert, prouenit in agro Valentino Hispaniae: vbi radice propagatur, stolones emittens lignosos cubitales, foliis vestros Agrifolii, sed paruis admodum, in ambitu spinosis: & intra foliorum pediculos grana progignit multò pulchriora melioraque I-lignis. Haec eadem nascitur in Creta, vbi *καζοπίνη* vocatur: ibique grana colliguntur circa Festum S. Crucis, quod aliis temporibus colligi nequeant, sicuti grana *Pimpinelle*. *Chermes* & coccus Arabum & Graecorum eadem res est, vt patebit conferenti vtròrumque scripta. Haec Anguill. Quem vt sagacissimum alioqui Botanicam miramur non aduertisse coccum in Prouincia in propria arbore Ilicis specie, vt à nobis descripta est, & ab *Ilice*, tamen diuersa, nasci, non minùs quam in Hispania: quam & eodem modo propagant. Mirari item subit, eundem inter glandiferas arbores non reposuisse. Sanè videtur ei *Ilex coccifera* non benè cognita fuisse, quicquid tandem de ea tradat. Clusius profectò, qui diligenter Hispanicas plantas perquisiuit, vnicam tantum obseruauit cocciferam Ilicem. In *Ilice* maiore seu arborea, de qua antea egimus, in Hispania nullos coccos obseruauit, sed tantum granum nigricans sicut & nos in Gallia Narbonensi. Planta igitur quam Anguill. proprie cocciferam appellat ac describit eadem nobis est cum *Ilice coccifera* Prouinciae & Hispaniae.

Nec minor admiratio nos habet, vbi Anguill. apud Theophr. *ὄφις* scripserit succum esse. Nec nos, nec vllus alius, quicquam tale apud Theophr. legimus, aut ab aliis proditum legimus. Aut si maxime etiam succum talem obseruauit, qualem de-

Corna not.

Vermiculi aromatici.

Ceruach.

Cheruach.

Hyphear Theoph. quid Anguill.

Gazopri- nos Creta.

Anguill. opinio refut.

Ilex coccifera proprie Anguill.

Anguill. effictum Hyphear ex- plōsum.

scribit, nihilominus reprehensione non carebit, quod ei nomen *ὄψις*, rem longè diuersam, vt sub Vilco ostendimus, ausus sit affingere.

Dodon. iudicio vnius tantummodò *ὄψις* meminit Theoph. Duo tamen genera posteritati obseruata, nempe glandiferum tantum, quod vocat, [ nobis Ilex arborea ] & alterum Coccum ferens, à Diosc. sententia aliena esse. Ilicem siquidem lib. 1. inter *ὄψις* refert: alterum verò lib. 4. sub titulo *κόκκος ζαρμίνος* describit. Sed hoc peculiare idem Dod. annotat: Coccum ferentem Ilicem quandoque vnico caudice arborem attollit: sæpè tamen fruticantem esse: Glandem [ si quando proferat ] puillam gignere [ nos magnam satis obseruauimus, vt dictum. ] Hallucinari eos, qui Chermes ab infectorio Cocco differens esse opinantur, & circa radices alicuius herbe veluti Pimpinella reperi ac colligi. Hæc Dodon. qui suam iconem ex Clus. habet, suamque descriptionem, partim ex eo, partim ex Theoph. cuius videtur. Nondum etiam ei concedimus simpliciter. Theoph. vtramque Ilicem non agnouisse: rationes suprà diximus. Rarum etiam esse videtur id, quod Coccum baphicam, vnico tantum caudice arborem vidisse tradit. Nic Reusnerus, vir Cl. necignobilis Poëta Germanus, vtramque Ilicem ex Theoph. eandem putasse videtur, etiam in suis Emblem. eleganti Tetrastrycho sic celebrans:

Fortius vmbrosa nihil, aut secundius vsquam  
Ilice, quæ Viscum n. bile fronde parit.  
Et præter glandem, fert Coccum læta rubentem  
Et folijs semper fronder amœna suis.

Coccifera  
Ilex arbor  
rescens  
Dod.

Monachi  
mar.

Synonyma  
ling.

Prinos.  
Coccos  
Hipp.

Coccus  
Phanicem.

Scarlatum  
Carmesinum.  
differt à  
Cocco.

Locus &  
delictus.

Diosc. il-  
lustr. &  
correct.

Plinius de  
cocca.

Ilex coccifera, *κόκκος ζαρμίνος* Græcis: *ὄψις* Pausania: Lat. *Coccos Baphica*, sed *Grana tintori* aut *infecij* vel *Kermes* nomine potissimum Septasius cognita. *ὄψις* Theoph. vt vult Rob. Const. Hipp. *κόκκος ζαρμίνος*: Plin. *Coccos* vocat. Arab. *Chermes* vel *Kermes*, vel *Charmes* vel *Chermas*, *Quermes*, & *Alkermes*: Tot enim modis scriptum inuenimus. Nec dubium, esse Chermes Serap. quoniam vniuersum caput Diosc. excerpit. Myrepsus *sericum ex Grano Ilicis* dixit. Grana Theoph. *κόκκος ζαρμίνος* videtur nuncupasse. Cetera prius dicta. German. *Scharlachbeere*, & *Scharlachgrân*. Gal. *Graine d'Escarlata*, *Vermillon*: Item simpliciter, *Graine*. Ital. *Grana de tintori*. Hisp. *Grana para tennir*: & *Grana en Grano*. Castell. *Cascolia*, arbor & grana: quæ vox à Cusculio Plinii detorta videtur. *Grana de tintoreris*. Catal. *Cascol* & *Quasque*. Portug. *Gran de Cascol*. Tinctura *Scarlatum* dicitur: quibusdam *Carmesinum*. Non tamen est genuinum illud de quo mox trademus sub Pimpinella. Coccum verò hoc Græcorum, vel Chermes Arabum à Chermesino vulgè dicto diuersum est, vel tinctorum iudicio, qui Granam vocant, *Graine*: Chermesinum verò quod ex herbe radicibus colligitur, *Carmesini*.

Optimum Coccum Diosc. gigni tradit in Galatia, & Armenia, deinde in Asia & Cilicia: locum postremum obtinere quod in Hispania prouenit. Sed ea vox Asia [ *ἀσία* ] mendisuspicionemini vacare, visa est doctis: quoniam & Galatiam & Armeniam Asiæ regiones esse constat. Ided quidam eam vocem planè expungendam censent. Alii Asiam pro Lydiæ ciuitate, Asiæ, vnius ex mundi quatuor partibus accipiendam censent. Sed interim sciendum, an ibi etiam Coccum proueniat. Nos nihil decernimus de regionibus nobis incognitis, hoc est, non illustratis. Probabilior tamen nobis videtur doctiss. Sarraceni coniectura, qui *ἀσία* vel *Παρθία* reponendum censet: quam sanè ex Plin. hausit: qui ait: Gigni & in Galatia,

Africa, Pisidia, Cilicia. Pessimum in Sardinia. Et alibi etiam Lusitaniæ grana celebrat. Dixerat autem prius: Coccum Galatiæ rubens granum, aut circa Emeritam Lusitaniæ, vt dicemus in terrestribus in maximala laude est. Verum vt simul peragantur nobilia pigmenta, anniculo grano languidus succus: idem à quadrimo euandus. Ita nec recenti vires nec senescenti. Item alibi: Est genus Cocci Ilicis, in Attica ferè & Asia nascens, celeritè in vermiculum se mutans, quod ided Scolecion vocant, improbantque. Principalia eius genera diximus. Ceterum quod Diosc. viliissimum omnium Hispaniæ Coccum dicit, nequaquam ei subscribit Lacuna Hispanus, qui longè excellentissimum in multis Hispaniæ partibus colligi testatur, ac tale quidem, quod facillè cum Galatico & Armenico possit comparari. Magni etiam fieri quod in Sezinbia, parte Lusitaniæ crescat: immò illud reliquis omnibus præferi. Quod verò ex Africa Barbaria aduehitur multò minoris esse virtutis ac valoris. Cui sanè fidem nequaquam derogamus, maximè cum ipsemet etiam Plinius Lusitanicum ( quæ Prouincia Hispaniæ contemina est ) in maxima laude potuerit, quippe imperatoris dicatum paludamentis. Crescit, inquit Clus. multis Hispaniæ locis, in Narbonensi etiam Gallia & Prouincia. ( vbi & ipsi multoties vidimus & legimus ) Nec dubium quin & plurimis aliis, sed non vbique Coccum gerit. Nam iis solum regionibus, quæ Mediterraneo mari vicinae sunt, & magno Solis ardore torrentur, nasci animaduertebam. Sed neque istuc perpetuò fert. Cum enim frutex adè adoleuit, vt glandem alere incipiat, Coccum non gignit: idèoque solent incolæ quadriennes aut adulescentes frutices vrere, vt proximo anno nouelli resurgant, qui deinde singulis annis aliquot subsequentiis Coccum ramulis inharere, instar exiguorum Pisorum coloris cinerei gignunt. hunc pueri & mulierculæ colligere solent, & mercatoribus vendunt, qui magna eius copia coacta, deinde præparata, in Emporia mittunt. Nascuntur etiam inter Hierosolymam & Damascum Ilices cocciferae, ex quibus incolæ, teste Bellon. colligunt Coccum [ *Graines d'Escarlata* ] & mercatoribus Venetis vendunt, qui emunt in omnibus Mundi partibus. Arbuteula Ilicis cocciferae circa Monspelium euulsa & in hortos Stuckardianum & Montbelgardensem E. Celi. transplantata, hymèque reposita plures annos durauit. Sed nec flores, nec Glandes, nec Coccos protulerunt.

Colligendi modos suprà ex diuersorum observationibus ostendimus. Illud addendum in Gallia Narbon. ac fortè etiam alibi, non legi Coccum annuatim, sed cum anni temperies tulerit. Nam si Ver pluuium fuerit, omninò deperit. Ad hanc verò messem, ingens hominum turba vndique tam ex locis vicinis quam remotioribus concurrunt. Ordinatum omnes procedunt, vt nemini ordinem aut prauertere, aut anteuertere liceat, magistratibus etiam prohibentibus, ad quam item leguli, si Bened. Curtio credendum, in campo decubant, à quibus tunc mercatores Coccum ipsum emunt.

Ast vnus aut alter scrupulus restat eximendus in Diosc. Is tradit nasci Cilicium Coccum in Quercubus, exilis cochleæ similitudine, quod illius regionis mulieres ore legant & coccum vocitent. Vt de posteriori prius dicamus, fatemur cum Marcello, non intelligere nos in quem usum ab incolis mulieribus ore auelli aut excipi opus fuerit, & pro, *τὸ σφύρον* aliter quondam legi potuisse.

Delictum  
ab aliis.

Non ubi  
que coccum  
fert nisi  
maius.

Qua non  
ferat.  
Culum.

Satis.

Non qua  
ramus  
Coccos.

Ordo pluri-  
cus in le-  
gendo Cu-  
co.

Dua diffi-  
cultates ex  
Diosc. expo-  
sita.



Annotat Sarac. in Vet. legi, *ἡ σκουμάνη* nri: sed Scholion esse, al. *σκούμανη*. Sed neutra lectio placet. Nam ad quid ferro opus ad tantulas bacculas legendas? Et *σκούμα* seu luxatio, quid hic doceat? Marcellus putat aliquid substituendum quod tempus designet, quo legendus sit Coccus. Idem Cornar. pro *τῷ σκούματι*, substituit *ἐν τῷ ἔθει*: æstate. Quæ lectio fieri quidem potest, si cum Diosc. mente consentiat. Sed quis id nouit? Plin. de hac re nihil: nihil Theophr. Aut quid si relicta vulgata lectione dicamus mulieres ex ramis auulsis ore decerptum dentibus contriuisse, & in Pilulas redegitse, ne inde nascerentur vermiculi? Aut quid si cocci genus aliquod magnum illud fuerit, quod & ore & manibus decerpi mereretur? Sed meræ hæ sunt coniecturæ. Retineamus tantisper Cornarii lectionem, donec certiora aliquando inuestiget posteritas.

*Altera difficultas, de Cocco Cilicis seu Quercus.*  
Sed quid? in Quercubus [*ἐν τοῖς δρυῖν*] etiam nasci Coccum? Infelicem verò Germaniam aliâque nobilissimas Prouincias, quæ tot alant Quercus quas nec vnica vnico, quod quidem obseruatum sit, beatit Cocco. Quapropter meritò diligentissimus Anguill. hanc lectionem Diosc. digere nequiuit, sed *ἐν τοῖς πρῖνοις* seu *ἐν τοῖς πρῖνοις* reponi voluit. Hic suspicio nobis oritur, ne fortè Dioscor. Ilicem generica voce *δρυός*, qua omnes glandiferas arbores intelligi in principio huius l. diximus, complexus sit, aut fortè Ilicem arboreâ. (si modò ea sit alicubi Cocifera, quod ex Theophrast. aliquis suspicari possit, hætenus verò nescitur) sed prior opinio magis arrideret, nisi priùs *δρυὸν οὐρανὸν* dixisset. Et quid opus fuit denudò obtrudere *δρυός* vocem? Et si *ἐν τοῖς πρῖνοις* legendum sit, Cur de Cilicio potius id dicat Diosc. quàm de Galatiatico & Armeniaco? Quæ rationes nos mouent, vt nondum certam & indubitam Anguillaræ lectionem agnoscamus. Atque ex hac quidem velitatione nos retraheret in assensionis portum Marthiolus, si ei viro, fingere consueto, fidem auderemus adhibere. Ait enim: Coccum inuenisse se in quibusdam Quercubus Boh. Et rursus in post. com. quod in Quercubus inquit, nascitur Coccum (vt Dioscor. in Cilicia nasci scribit) copiosum quoque in Bohemia prouenit. Primum quod à me visum est, truncum ferè totum occupabat non infimæ Quercus, non longè Poggibroii in leporario, quod Parcum ferarum vocat Cæsaris Ferdinad. deinde aliis etiam in locis: sed cū ab incolis non cognoscatur, quotànus perditur. At qui in Polonia vbi etiâ copiosè prouenit, nō desunt, qui illud diligenter legant. Hæc ille.

Infelices verò nos denudò & omnes cæteros Medicos aut Herbarios, qui tot Querceta per tot nobilissimas prouincias minùs sanè septentriales quàm Bohemia ac Polonia, rarissimarum tamen harum diuitiarum participes nunquam facti, in hanc usque diem, pace sanè Matthioli, dubi hæreamus, an vsquam locorum vnquam in Quercu natum sit Coccum tinctorium: de hoc enim agitur, & intelligit Matthiol. Optassemus sanè tantum naturæ scrutatorem graphicè docuisse formam, magnitudinem, cohesionis modum, colorem, saporem, tempus, cæteraque quæ ad illorum naturam intelligendam facerent. Item an planè conueniant, atque aded nihil aliud sint, quàm veluti Cocci Ilicis. Quod quia non fecit, nec testem, vel vnum, vel plures produxit, qui cum ipso Cocco in Quercu viderint: quia item Medici & Herbarii illorum locorum nihil hætenus, quod equidem nobis constet, istarum raritatum [fortè sibi solis seruantes] communicarunt,

Tom. I.

aut aperuerunt, tantisper bona Matth. venia dubitabimus, num verum Coccum tinctorium viderit in Quercu, donec Medici aut Sepiasarii istorum Regnorum nos doceant certiora. Interim, tam iis, quàm cæteris rei herbariæ studiosis considerandum relinquimus, an non fortè viderit Matth. illud excrementum rubellum quod Lob. & nos quoque non semel obseruauimus tam ex trunco quàm è mediis foliis enatum, sed Cocco tinctorio maius: similia ferè & passim videas in foliis Fagi. Si sic? Cum Cocco Cilicio Dioscoridis conferre non debuit, minùs verò idem dicere. Mirum etiam nobis videtur, ad quid Poloni istud tam diligenter legant?

Cæterum Coccus Baphica, teste Dioscor. vim habet adstringentem: cuius ratione vulneribus neruisque sauciatis trita ex aceto conuenienter imponitur. Et Plin. Coccum Ilicis, inquit, Vulneribus ex aceto recentibus imponitur: Epiphoris ex aqua & oculis suffusus sanguine instillatur. Galeno Granum tinctorium adstringentem simulque amaram qualitatem possidet. Vtraque sine morfu desiccatur. Proinde ad ingentia vulnera congruit & ad neruorum vulnerationes. Sed tunc ipsum quidam cum aceto terunt: alii cum oxymelite. Eximiè conferre hoc granum mulieribus abortientibus cum pari thuris pondere in potu sumptum: id quod & Fuchs. & Matthiol. testantur, qui ait, mulieres Italicas puluerem Cocci infectorii non infeliciter sumere ex ovo sorbili, pauco addito thure vel mastiche ad prohibendum abortum. Idem affirmant mulieres Lugdunenses & Gallæ pleraque: atque aded Amatus se eum mulieribus ab abortum pronis magno iuuentu exhibere solitum testatur. Nostro tempore mulierculas Monspelienfes & Nemausenses in difficili partu & collapsis viribus eius pulueris scobem ex vino, aut ipsam etiam Confectionem Alkermes non sine fructu hausisse scimus, quod & Clus. obseruauit. Quædam etiam eâ vel ante partum, tanquam sacra anchora se muniunt, ad quam necessitatis tempore confugiant. Roborat enim partes, siue prædictis qualitibus manifestis, siue etiam [vt quibusdam placet] totius substantiæ familiaritate, quam dicunt habere cum corde præcipuam. Medicis certè Monspelienfisibus nihil præsentius in quouis casu præcipiti, & morbis acutissimis, Apoplexia, Paralyfi, & similibus esse scimus. Mesues eam ad cordis palpitationem, syncopem, mentis alienationem seu desipientiam, & in ætorem sine causa manifesta celebrat: facultates enim nostrum corpus dispensantes mirificè roborare testatur. Efficacissima, inquit Syluius, multorum etiam Regum in Gallia testimonio est probata, maximè in quibus vel longo morbo fessis, vel iam moribundis, vel ab eo reualescentibus, natura languet: etiam si quibusdam maximè improbari audiam, dicentibus Coccum baphicam solùm astringere, & suo colore rubro sanguinem & spiritum similitudinis ratione magis ad se distrahere & dissipare, quàm cogendo firmare. Præterea lapidem Cyaneum [qui eam quoque ingreditur] vomitu & deiectione purgatorium, naturam turbare tantum, & humores melancholicos exagitare, ob quantitatem tam exiguam non vacuare. Ac prior obiectio non maioris momenti nobis videtur, quàm si quis de vino rubro & astringente idem diceret, quod tamen vel magis illud præstare posset. De lapide Cyaneo: etsi Syluius illam probabili satis ratione diluere conatus sit, aliud considerandum putamus. Nam ad quid vomitoria atque purgan-

Vires & Vfus. Vulnera. Neruis lasi.

Epiphora. Oculis suffusi.

Preparatio Abortus.

Difficili partus.

Confect. alkermes Vires com. feil. Alkermes.

Syluii opinio reuocatur.

miscibimus cardiacis & ad robur viscerum destinatis, vt in eadem compositione, quod ille pretendit, denuo ea castigemus? Omitte, & recte castigaueris. Non ideo minoris momenti, nostro sane iudicio, fuerit confectio Alkermes: immo vel multo nobilior, quippe quae pacatius generosius, & nullo impedimento turbata, munere suo cardiaco strenue sit functura. Et nouimus viros praclarissimos, etiamque Medicos quosdam apud Monspelienses celeberrimos, aliquando eiusdem fuisse sententia.

Quaestio de compos. confect. Alkermes.

Iouberiti sententia.

In eius vero compositionis fabrica potissimum dubitatur, vtrum sit melius, Grani tinctorij succum, qui sericum nondum infecerit vsurpare: an ex serico eo tincto resumere ac mutuari. Sagacissimus Medicus Iouberitus sericum a Mesueo non frustra requiri existimat, cui succi copia esse potuit: sed vtriusque copiam & qualitatem expeti, quem etiam crudum sericum & in substantia [ vt vocant ] ipse Mesues permultis aliis immisceat cardiacis. Eiusmodi autem Serico, vt verum fateamur, paulo magis quam nihil virium. Illique sane vires cardiacas tribuere videtur tota ferè Medicorum schola, fide potius implicita, quam ratione bona & aperta. Malimus igitur ipsummet succum accipi, si haberi possit: [ potest autem ab iis qui incolunt eas regiones vbi nascitur, ] aut ex succo granorum recenti & saccharo Syrupus parari potest, vt & cum aliis succis sit, cui succus pomorum & aqua rosarum addi potest [ absque serico crudo ] ex quo deinde & caeteris addi solitis confectio praestantissima, quando lubet concinnari queat. Aurum quid in ea possit aut praestet, norunt Sapientes. Haec res non est huius instituti.

Manardus repreh.

Non tamen probatur nobis Manardus in censura Mes. scribens ad eam confectioem se nunquam prostiturum suas pecunias, quod neque in serico vocato, neque in cocco, vel Baphica vel chermes, agnoscat vim nisi constringentem: laedere cor potius, quam iuuare, &c. ei dubio, inquit Apollo, mentem adhibuit Syluius, at difficultate perterritus, insolutum reliquit, nos soluere tentabimus, Sed Deus bone, quam elumbi conatu: ad adstrictionem recurrit, ad rosarum succum aut liquorem stillatitium [ de quo non quaeritur, ] ad colorem succi, qui sanguineam dirigat massam atque defacet coloris familiaritate. Miserabilis erratio, ac Medico Philosopho indigna, quaecunque a colore sumitur ratio. Sufficiat scisse adstrictionem quam Dioscor. & Gal. nos docuerunt, & sensus ipse, vt de substantia familiaritate nihil tradamus. Sufficiat item scisse, Ambram, Lignum Aloës, Cinnamomum optimum, Moschum & caetera quae hanc confectioem ingrediuntur, partim & ipsa cardiaca atque adeo etiam cephalica esse, partim succo Cocci baphicae, quae basis est eius compositionis, pro vehiculo esse ad partes principes, quas roborat, muniat, atque sua adstrictione a vaporum & humorum ingluuie tueatur, aut ipsos etiam spiritus dissolutos cohibeat, & retineat in officio. Tota autem confectio odoris iucunditate non modo oblectat, sed & corroborat, & corporis spiritus vehementer reficit, animumque exhilarat. Sed de his disputent otiose alii, dum nos hic dissertationes fugientes, recensendis & enarrandis viribus immoramur.

Vulnera cap.

Linamentum ex Cocco.

Fallop. Expof. in lib. Hipp. de Vuln. c. Solemus inquit, in vulneribus capitis linamentis vti ex serico grano infecto, ne sit autem chermesinum, quod tingitur vermiculis illis: at si è cocco aut Grano fiat, praestantissimum est, non ex Vermiculo nato in cocco, sed ex cocco ipso, quoniam

linamentum illud vim habet adstringendi. At quia ex navigationibus Indicis adueniunt vermes, quibus purpuram illam mentiuntur, ideo semper obseruavi fugere, cum non possim scire, an ex vero cocco, vel ex vermiculis sit tinctura illa.

Vermiculi color.

Iam vero nihil pretiosius, & in maiore fortuna honestius hodie habetur quam coccum, & eo intinctus pannus Scarlatinus dictus, quo Reges quondam a priuatis, nunc nobilitas a plebe vix discernitur. In pretio & honore merito habendum, nisi corrupta morum disciplina, calcatisque sumptuariis legibus, ceu aranearum telis, promiscuum plebi eum colorem nostra tempora fecissent. Vestes scimus eo infici admirabili furo: Atque vt fileamus, Galatiae, Africae, Lusitaniae granum cocci imperatoris, vt Plin. ait, dicatum paludamentis. Coccina autem, vt habet Martialis, aut vt Lampridius, indumenta coccea, quae scilicet cocci colorem imbiberunt, olim plurimi fecit Antiquitas, vel hoc vnico argumento, quod coccum Imperatoris paludamentis dicatum proderit Plin. Huius puluisculo & hodie lanas inficiunt vivido illo colore, qui in rosismicat, quo aspectu nihil gratius, & in purpuras Tyrias, Dibaphasque aut Laconicas. Etenim Tyrio primum tinctas, mox ex cocco tingere mos erat, aut contra, notante Dalecham. Nam & tertio, quarto & quinto saturabantur, vnde nomina illa vestium, Monocoros, Tricoros, Tetracos, Pentacos in vitis Principum.

Coccina Coccea in Aumenta.

Color quilibet.

Nunc etiam, vt tradit Const. ex cocci & Bersillii faece pigmentariorum Lacham paratur ad rubrum saturum. Non autem illam Lacham intelligimus Arabum, quod cancamum est Graecorum, hodie ignoratum, vt putatur: sed illam pictorum. De qua etiam doctiss. Fuchs. lib. de comp. med. qui aliam Lacham tradit ex Arabum secta, gummi scilicet Kermes, siue Alkermes, ex quo carmesinus color paratur.

Lacham pigmentariorum.

Gummi Kermes.

COCCVS RADICVM.

DICTUM vulgo CHERMESINVM, quod ex herbae radicibus colligitur, Cramoisique dicitur, iam iam tractat. dum venit. Ex sanguisorba igitur [ attestante Hermol. in Diosc. ] radice, quibusdam locis, vt ferunt, vermiculus eruitur, qui curatus, sericis praecipue tingendis purpuram facit incomparabilem. Inuentus casu, excrementis gallinaceorum ita coloratis, nam & vsus purpurae, vt est apud Iulium Pollucem ab Hercule videtur institutus, conspecto canis rostro, qui purpuram deuorasset, infecto. Igitur Purpurissimum ex hoc vermiculo Carbasinum a praestanti amphitheatralium velorum [ vt arbitratur idem ] colore dicitur. Quidam carmasinum appellant colorem: quoniam vermiculus hic Punicam linguam carmes appellatur, quemadmodum & coccus. Potest & ab vrbe charmi, quae Sardibus est, nomen accepisse coloris, quod lanas inficere Sardibus ceptum sit, vt inquit Plinius. De hoc vermiculo nihil apud Veteres inuenias. Hermolao subscribunt cardanus, Amat. Corn. Lacun. Monach. Matth. & Apollo, quamuis & ex alia quoque nasci credant. Sericum [ inquit Card. ] tingebatur apophyse quadam Bibinellae, sed nunc maior copia grani, quod est Ficu Indica prodit. Karbisinum porro, quo floribus ille ruber color efficitur, a Kermes Arabum longe alia res est. Hoc siquidem ex Ilice colligitur, illud autem [ vt Amatus quoque

Sanguisorba.

Vermiculus.

Purpura. Quomodo inuenitur.

Purpurissimum. Carbasinum. Vnde. Carmasinum. Carmes. Coccus.

Bibinella. Karbisinum. Non est Kermes Arabum.

testatur

Ad Saxifragiam.  
Locus

teatur] ad radices Saxifragiæ nascitur, Pimpinellæ similis, non solum in Italia, sed Polonia, & aliis variis regionibus: nec tantum ad radices prædictæ, sed etiam ad Farraginis, Parietariæ, & aliarum herbarum, Lentis magnitudine, vt Coccum Illicis, quod ocyssimè quoque in vermiculum vertitur, ni vt decet tractetur, vnde quidam Coccum Scolection dici apud Plinium arbitrati sunt. Sed hic scire licet, quod ab hinc sex tantum annis, ex insulis nouiter repertis in Hispaniam aduectum fuit & inde in Italiam, tanti magisterii & coloris supremi, vt illius vnica vna superauerit opus confectum libræ vnus vulgati Carbisini: quâ de causâ, Venetiis sericum carbisino infectum, vilissimo pretio habetur: imò nigrum carbisino carius venditur. Ait autem hoc in loco Constantinus eos verba Plinii negligenter legere, qui credant, rubes granum illud, cuius infectio vsus est parando carmesino colori, Scolection esse Plinii: cum hoc coccum sit Illicis, illud verò tuberculum quoddam rubrum & excrementum, nõ fructus, in quibusdam plantis concretum.

Meminit Cornarius cocci ad radicem herbe similis Plantagini, Arnoglossum appellatæ, in Sarmatiæ ad Russiam spectante Podolia nascentis, vulgò *Ischirbitz* dicti, voce ex *Kermes*, vt putat, corrupta, ex quo panni inficiantur, qui color *Scharlach* & *Chermesin* à Germanis vocetur. Quòdque vbi colligatur hoc granum, quinta parte talenti, quod centenarium dicitur, vel quinque, aut sex aureis Rhenanis veneat. Verum inter exsiccandum ac præparandum, dum in puluillum redigatur, tantum ipsi decedere, vt ad nos allatum libræ vnus pondus triginta, aut quadraginta plus minus aureis valeat. Et addit, grana singula singulis radicibus adnascencia Lentis magnitudinem non excedere. Et hæc vera esse, ac ideo Veteres longè suâ opinione falsos esse. Verum fallitur ipse Cornarius, qui inter Carmesinum adherens radicibus Pimpinellæ, aut herbe similis Plantagini, Arnoglossæ dictæ, & Charmes siue coccum Illicis nullum discrimen nouit, ac ideo non distinxit. Quare etsi grana infectiora nunc etiam ad radices herbe cuiusdam inueniantur, non propterea Veterum Coccorum suorum natales, & originem, nascendique modum, vt falsò Corn. assumpsit, nesciuerint. Ad tincturam autem Carmesini panni, grana, quæ in aliquibus locis ad radicem vulgaris Pimpinellæ colliguntur, inseruire, testatur Lacuna, qui ex Peru quandam granorum speciem adferri scribit, quæ in illis partibus *Cochinella* vocatur.

Monachi in *Mes. dist. 1. cenf. 4.* supra confectio-nem *Alkermes*, duo principaliora granorum tincto-riorum constituunt genera. Vnum, quod simpliciter, absolutè, & quasi autonomastice, granum tinctorum & *Coccus baryca*, dicitur: & Alterum, quod non absolutè granum, sed granum *Chermes*, vel simpliciter *Chermes* [vt proprie vulgus vocat, nuncupatur. Et hoc granum est, de quo *Mesues* intelligit in præsentem, & aliis pluribus locis. quo videlicet grano vtuntur tinctores solummodò ad tingendum setam, quæ postea à *Chermes*, vel *Kermes*, vel *Charmes*, vel *Charmas*, *Chermesina*, aut *Charmesina* cognominatur. Et reperitur hoc granum ad radices quarundam herbarum, sed abundantius ad Pimpinellæ, & proprie ad illas, quæ sunt annosa & crassa: quasi in superficie terræ. Rustici quidem in pluribus Italiæ locis colligunt, & præcipuè montanis & asperis. Vtrumque enim tam coccum, quam *Chermes* apud tinctores notissimum est. Nonnulli ta-

men ignorantes *Chermes*, coccum intelligunt, ob id, quia in exordio, præsentis descriptionis legitur declaratum, quòd sint grana tinctorum. Sed hi decipiuntur quoniam *Chermes* est aliud à *Cocco*: & hoc multis est clarum. Vnde aliqua res tincta in *Cocco*, coccinea dicitur: quæ autem in *Chermes*, *Chermesina* vocatur. Quando autem *Aromatarii* volunt huiusmodi confectioes parare, in quibus ingreditur ipsa seta tincta, ab ipsis tincto-ribus possunt eam emere. Et aduertendum quòd ipsa seta debet esse recenter tincta, quòd auctor notauit, cum dixit: Et proprie: super cuius tinctura non præterit spatium extensum. Hoc autem diximus quia scimus quòd plurimi, cum inueniunt in receptis setam tinctam in *Chermes*: accipiunt scissaras, seu quisquillas pannorum sericorum *chermesinorum*, quas proiciunt farto- res, tanquam non amplius aptas ad vestimento- rum vsus, super quarum tinctura transierunt plures anni, non aduertentes quòd dicit auctor: Fac modicum bullire, donec aqua rubeat. Ex præfatis autem scissuris, seu frustulis, siue per modicam, siue per multam decoctionem, nunquam aqua redibit: & per consequens, nullam possunt tribuere Medicinæ virtutem. Igitur necesse est, vt sit recenter tincta. Non tamen recentissimè, sicut extrahitur ab infectionis vase, vt adhuc perma- descat: sed post primam, vel secundam sue exsic- cationis diem: & inde inter spatium octo vel decem dierum fiat operatio submersiois eius in succo pomorum dulcium & aqua rosata. Præ- terea non ignorandum, quòd hoc nomine *Chermes*, vocatur etiam tinctura rubri coloris, cuius- dam generis *Lacca*, siue [vt maui] *Lacche*, vt legitur apud *Serapionem*. Item animaduertendum, quòd in pluribus locis per mendosas impressio- nes pro *Chermes* est positum *Chermes*: vnde inibi legitur mendosè: Seta tincta in *Chermes*. Et quandoque per contrarium in aliquibus locis, in quibus legendum est *Chermes*, legitur *Chermes*.

Hec Monachi, qui alio loco reprehendunt *Brassauolum*, quòd confuderit *Chermes*, cum *Chermes*, qui volent plura, eos consulant.

Contendunt ergo Monachi, aliud esse *Coc- cum*, aliud verò *Chermesinum*. Etenim asse- runt ii legitimum *Chermesinum* è quibusdam fieri granulis, quæ vt plurimum vulgaris *Pim- pinellæ* radicibus adherentia reperiantur, vocari- que hæc proprie Mauritanis *Chermes*: & hinc isti dein de colligunt, ait *Matthiolus*, minimè cre- dendum esse, quòd *Græcorum Coccum*, vulgò grana tinctorum nuncupatum, sit Mauritanorum *Chermes*: quandoquidem magna omninò inter colorem coccineum, & *chermesinum* intercedat differentia. Sed hos hallucinari ex eo equidem euentissimum fieri arbitratur, quòd hæctenus neminem Arabicæ sectæ inuenerit, qui eorum ad- stipuletur sententiæ. Siquidem *Serapio* per *Chermes* nil aliud intelligit, quàm *Coccum tinctorum* appellatū à *Græcis*, cum de *chermes* agens ea sanè omnia in eius historia referat, quæ *Dioscorides* sub *Cocco* tribuit. Quapropter scire quilibet merito desiderat, qua ratione, quæue autoritate ni- xi Monachi in hanc vanam & erroneam deuen- erint opinionem. Verum non ob id quisquam negauerit, *Chermesinum nostrum* à *Cocco* minimè differre, quòd certò sit, aliud esse *Cocci*, aliud *Chermesinum*, vnde & infectores, differentia causa, Granam nuncupant: *Chermesinum* verò, quòd è *Pimpinellæ* radicibus decerpitur. Sed negauerit *Mauritanorum Chermes* nostri vsus

*Chermes à cocco dist. fert.*

*Pro seta tincta in Chermes quid accipiendum*

*Chermes ex Lacca*

*Chermes pro Chermes, falsò legitur*

*Brassæ error.*

*Aliud Coccum, aliud Chermesinum*

*Monachi notantur*

sanè per se patet, quòd Diosc. Paliurus semen in siliquis ferat: Theophrast. verò & Plin. citatis locis fructum ferat rubrum siliquis nullis insertum. Nam tamen siliquarum non meminerit Diosc. sed tantum seminis, quum tamen rara in arboribus sint semina, quæ siliquis vel vasculis quibuslibet non asserentur, non temerè cenferi potest Diosc. siliquis prætermisisse. Nam si de Africana Paliuro scripsisset is, fructus meminisset, non seminis. Adhæc, quum Theophr. Paliuro siliquis ferenti eadem tribuerit tum vires, tum qualitates, quas suæ reddidit Diosc. ambigendum sanè non est, quin Diosc. Paliurus semen in siliquis ferat. Hæc Matth. Qui frustra luctitans, & ipse in media lucta pede prolabitur. Nam nec Amati, nec Matthioli Paliurus est Agrifolium, ac vtraque opinio erronea. Quid autem Paliurum Theoph. & Diosc. existimeimus, superioribus libris ostensum, & speciatim in historia Rhamni, nec opus hic repetere: ad eam locum lectorem relegamus.

Amat. & Matth. opiniones falsæ.

Cratægi Theoph.

Guiland. not.

Lacuna ineptia exposta.

Gesn. error.

Non bene dicitur Lex.

Coccygia Tirag Lonicæ & Amari. not. Solerij error. Curtius taxat.

Harchius not.

Oxymyrsine. Ruscum silu. Oxycastore.

Sic & doctiss. Guilandinus. Matth. inquit, Paliurum Africanam falsò Agrifolium vulgò dici statuit, siquidem Agrifolium à Theoph. cratægius appellari videtur, quod non affirmo. Tanta fuit eruditissimi illius hominis modestia, ubi quid asserendum fuit de Veterum placitis. Sanè Paliurus Africana esse nequit, neque cratægon, cum sit eius bacca iucundi saporis: Aquifolii verò neutiquam.

Verùm & Lacuna nobis suas obtrudit ineptias, Agrifolium non solum legitimam Paliurum statuere ausus, sed & fructum ipsum per se iucundum, atque si quis vinum infundat, tum ipsum suauitorem, tum vinum suauius reddi. Qui si vel baccas has degustasset [ si modò vnquam vidit ] vel merum iis imbutum hausisset, hanc utique cantilenam non cecinisset.

Paliurus, inquit Gesn. nobis incognitus est: nec senserim cum Amato, qui Ilicem Aquifoliam nostram [ ipse Agrifolium nominat, & ab Aquifolio non rectè distinguit ] Paliurum facit. Idem Gesn. Diospyron arborem, à Gaza Iouis flammiam conuersam putat, cui hac in parte assentiri haud possumus.

Fuchs. quoque Aquifoliam Ilicem aliquando vocitabat. Ita & Goropius vocat, in Vertumno. Sed cur Ilicem vocent, non videmus, cum ne species quidem eius sit. Non enim est glandifera, & natales Ilicum feraces, adeoque astuosos odit, ut bene obseruauit Lob. Qui idè Dioscoridi indictam putat, nec fortè valdè nota Græcis. Idem & Ruscum sylu. vocat. cratægon etiam esse negat Dod. qui nec Paliurum esse rectè scribit.

Solerius quoque apertè scribit nullam esse Paliurum speciem, vt Matthiol. opinatur, nisi quis ad coccygiam Plutar. Paliurum a legare velit. Esse Aquifolium Plinij, Ariam siue Agriam Theophr. diuersam à Lauri & Paliuri generibus, quicquid dicant Tragus, Lonic. & Amatus. Ipse verò etiam Solerius non bene, nostro iudicio, confundit Ariam & Agriam Theoph. distinctas plantas, vt dicebamus, quod & Curtius facit.

Harchius in Ench. Aquifoliam Rusco non ab similem scribit. Sed parua similitudinè. Reuera enim Bos similior est Asino.

Had. Iun. Agrifolium Italis Oxymyrsinen, hoc est, Ruscum sylu. dici tradit. Quod an verum, & quàm rectè ipsi viderint. Idem ait, Oxymyrsin, Theoph. voce non malè dici, aut à feritate aculeata foliorum ἀγρία, & ὀξύμυρσιν ἀγρία. Sed non placet studio aliarum plantarum nomi-

na huic affingi, quæ studiosis & incautis confusione parere queant.

Had. Iun. repreh.

Rob. Steph. cratægon putat. Verùm prius dictum non esse. Et esse negant nobiscum Dodon. Pena & Lob. Herbarii non ignobiles.

Matthiolus [ inquit Apollo ] in Ruellium inuehitur, quòd Lotum eam plantam existimauerit, quæ Ital. Agrifolio dicitur. Ruell. autem aliorum sententiam refert, Matth. cauillatur.

Matth. cauillator. Lotus.

An Agrifolium Anguillara? An hoc intelligit Varignana in secretis, vbi ait: Nabach est Agrifolium. Et alibi: Agrifolium & Gummi eius. Suspiciamus tamen Varignanam diuersas plantas confundere. De Nabach alibi dictum.

Nabach.

Agrifolium Barbara vox est, vt notat Had. Iun. Agrifolium, Monachi habent. At Aquifolium & Aquifoliam legimus apud Plin. pro eodem. Aquilentam vocat Varro, à lentore insigni. Ita & Toxites vocat in suo Onomastico & Had. Iun. Agriolum Allobroges. Fortè Aquifolium dictum, quasi Acutifolium. Nam quid ipsi cum aqua? Græcis ἀγρία: non item ἀγρία. vt quidam putarunt. Germ. Stedhpalmen / Stedhbaum / Strachender Palmenbaum / Stedhpffel / Walddistel. Belg. Hulst / Steeckpalm. Gall. Hous, Housson. Allobroges speciatim Arigle vocant: Prouinciales, Aubrepin, vt nobis relatum. Solerius tamen notat iidem Grenu dici: Delphinatibus Grenu & Eygrenu: Montbelgardensibus atque Burgundis, du Pin, fol. Valconibus, Agreol, Hisp. Azebo, Lusit. Aziuinha, vt dictum antè. Angl. Soly.

Synonyma linguar. Agrifolium.

Aquilentam Varro. Etymon.

Sed sunt qui geminas species facere voluerunt: vt Gesnerus: qui in lib. de hortis, postquam eam, quæ folio est spinoso dixit, addit: Est & alia species læti folio. Basilea in suburbio D. Ioannis. Et Solerius apertè dicit: Agrifolii duo genera: vnum folia habet aculeis armata: aliud non aculeata.

An eius sine differentia. Spinosa.

Non spinosa.

Hos sequutus C. Bauh. in aucto suo Matth. etiam nouam adiecit iconem, cui titulum fecit: Aquifolii varietas, cui ait, folium non fimbriatum, extremitatem leuem. Sed reuera neque distinctæ species esse videntur, neque propriè dicta varietas. Non distinctæ species, quia vt dicebamus, vetula arbori accedit tantum, vt talis fiat. Non varietas speciei: quia hanc varietatem obseruauimus, non in tota arbore, sed in ramis quibusdam. Sæpè occurrent eiusmodi folia non spinosa, etiam in spinosissima Aquifolia, qui obseruare volet. Audiamus quid Cæsalpinus dixerit. Agrifolium, inquit, frutex est, folio aculeato, per ætatem arbore scens Hederae similis redditur, folio nequaquam fimbriato, nec pungente: flosculos candicantes gignit: baccas carne modica, subflaua & subdulci: officula intus tria aut quatuor, oblonga, striata & depressa. Hæc fortè Rigens erit Hedera apud Plin. Quæ descriptio Cæsalpini & nostram suprapositam confirmat, & demonstrat, quantum fidendum Matth. descriptionibus, ostenditque falsitatem eius & Lacunæ in describendo Agrifolio, vt antea monuimus.

Non esse distinctas species.

Descriptio Cæsalp.

Flosculi candicantes.

Ostentia.

Matth. arguit.

Aequiuoca.

Videtur Plin. quidem lib. 27. c. 8. & aliam arborem pro Aquifolia accepisse, nempe cratægonon. Sed hic error iam supra plus satis exploratus. Cæterum Aquifolii & Agrifoliarum nomine donantur diuersæ plantæ: inprimis verò & communi omnium consensu ea, de qua hîc agimus. Aquifolia Ilex dicitur de coccifera, vt dictum cap. præced. Aquifolii nomen tribuitur etiam Ilici arbori & Phellodry, vt cap. de Ilice ostensum. Pro Aquifolio Plin. & Agria, Anguillara Ilicis genus tradit, de quo nos cap. de Phellodry & Aria. Aquifolium & Cratægonem Theoph. quidem idem pu-

Agrifolium.

Ilex coccifera.

Ilex arborea & Phellodry.

Agria Anguill.

pu-

*Phylicæ.* putant, de quo sub Sorbo torminali. Phylicam Theophr. ut antè dictum, malè Gaza interpretatus est Aquifolium. Syluestrem Laurum Tragus Ruell. teste, Tinum dici notat, & nonnullis Aquifoliam. Ex historia Loti arboris satis apparet Agrifolij nomen ei attribui. Harchius in suo Enchiridio scripsit, Bruscum siue rusum quibusdam dici Agrifolium. Apuleius ineptè Bryonia tribuit nomen Agrifolij. Agriofilon siue Pastinaca erratica Toxiu dicitur de Pastinaca sylu. Græcorum siue Staphylino sylu.

*Laurus.*  
*Lotus arbor.*  
*Bryonia.*  
*Pastinaca erratica.*  
*Locus.* Gaudet hæc arbor locis incultis, umbrosis, ac syluosis, desertis: quapropter eà pleraque syluæ tam Gallia quam Germania, scitent. Hercynia. Saltus propè Saltzburgum: montes Burgundici, Vbi sæpè obseruauimus pulcherrimas, quarum folia suprema erant Laurinis simillima, sine spinis. Iuxta fontes acidos; in montibus Sabaudicis: in montibus agri Basiliensis & totius Helueticæ. Sed vix uspiam abundantius, quam in fruticosa illa sylua propè thermas plumarias, vulgè Plumbares dictas, Lotharingia, quâ ab iis Ursuliu tenditur & vicinis locis: vbi plurimæ arborecentes conspiciuntur, & foliorum varietate prædicta. Monspelin: Patavii: Bononia: Tubingæ. In Anglia frequentissima. In calidioribus regionibus minùs altè fruticat, nisi colatur: sic etiam agrè. Schyvenck. notat Aquifolium Plinii in Silesia, sed tantum in viridario D. Scholtzii Med. Vratisl. se vidisse. Antuerpiensiles monachi ordinis Franciscani, hortum suum, quem habent excultissimum sepiunt, teste Amato. Et nos quoque passim culturæ topiariæ in horto E.C. Montb. aptari curauimus, quam non inuenistè subit, hortumque perenni virore suo ornat. Sed non sæliciter adolescit, & virore magis placet, quam multiplicatà ramorum frondè. Eadem, vt refert Tragus, in quibusdam syluis, nim. ea, quam *Den ydar* vocant, propè arcem Veldentiam, è regione Mosella fluminis, arborefcit, vt reliquas arbores magnitudine & proceritate æquet. Vbi & in hoc genere videas, quæ humili statu contentæ, frutices potius, quam arbores apparent. Hoc genus Aquifolia in saltu. Haganouensi inter cæteras sentes & frutices luxuriat. Habentur & pulchræ arbores in horto Stuckardiano, & topiariæ, Vere cepturo germinat: floret Junio, fructum maturat autumno, & subinde per hyemem arbori adhæret.

*Cultur.* Nam & Februario onustam baccis vidimus. Euenit huic arbori quod Ilici: nam mirè ludit in folijs natura. Videas, quæ nullas omnino spinas, alia quæ vix vnam aut alteram, alia quæ plures: magna tamen ex parte quæ tota in ambitu rigidissimis spinis obuallata, à quibus & auiculas arceri credimus, vt baccæ diutius arbori adhæreant. Ita Curtius ait: in senectute, folia eius, vno tantum vel duobus tribus aculeis per ambitum armari.

*Maxima arbor.*  
*Tempus.*  
*Floru lusu.*  
*In fructu.* Carol. Stephanus Arantiorum surculos Agrifolio commodè inseri monet. Si in teneras arbutulas inserantur Rosæ, producent subuirides flores, vt peritissimos hortulanos expertos ait Camer.

*Vires & Vitis.*  
*Colica.*  
*Purgans.* Aquifolij baccæ, si Dod. creditur, temperamento Calidæ sunt ac sicca: tenuiorum item partium: & status discutunt. Ad colicos dolores vtilis sunt, crassos siquidè pituitosos humores per aluū educunt x. aut xii. numero assuptæ, vt ab his accepisse se ait, qui earum experimentū quandoq; fecerunt. De vsu huius arboris, inquit Tragus, nihil compertum habeo. Aniculæ eius folia vino aut potu iniecta, aduersus laterum dolorem morbum-

que pleuriticum pollere tradunt. Experiatur qui *Pleuriticæ* volet.

Sagminibus etiam frondes Aquifoliae adiciuntur. Vulgus diuturna superstitione seductum ac fascinatam, consecratas eius frondes supra fores, tam ædium quam stabulorum suspensas à fulminibus ea loca tuta seruare credit. Sata etiam in domo, villave. veneficia arcere creditur. Item baculum ex ea factum, in quoduis animal emissum, etiam si citrà, defectu emittentis, crediderit ipsum per sese recubitu propius adlabi, tam præcipuam inesse arbori, vt Plin. ait, naturam. Flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit. At nos præcipuam iis inesse superstitionem censemus qui istas nugas credunt.

Radicem decocto, teste Matthiol. fouentur vtiliter articuli, qui prius luxati duritiem contraxerunt, nam emollit & resoluit, tumores discutit, & ossa fracta ferruminat. Id quod valentius præstat radicem ipsarum cortex excoctus & illitus. Sunt qui folia valdè laudent contra pleuritidem tussim, in puluerem redacta & pota, nobis tamen non placent. Folia suspenduntur circa funes, è quibus saltæ carnes sub tecto pendent: prohibent enim suis aculeis ne mures accedant. Sunt, qui etiam scopas ad verrendas domos è foliosis virgis parant. Baccæ auiculis in alimentum cedunt. Ramis, quod perpetuè vireat hæc arbor, hyeme ornatur templorum fores & aræ, quos deinde in suas edes deportant rustici, putantes hisce ramis fulgura inhibere, & fascino aduersari, gentilitates superstitionem sectantes, à Plinio edoctæ. Radicis decocti fotu emolliuntur & relaxantur egregiè dura vniuersi corporis tubercula. Lignum ex Aquifolia contractum ac discissum, Teda modo vitur, autore Hermol. & à Græcis in hoc vsu Garbion vocari solet. Hoc & è Quercu fit, & alio nomine Panos & Phanos appellatur vulgo quoque, quemad. è Vitigeneo libro factæ lampades, Lophiæ dicuntur, & ex Arundinibus, Elanæ.

Fit & Viscum ex Aquifolia, potissimum apud Gallos notante Ruell. hoc modo. Cortices detrahunt, & facta humi scrobe viginosis maximè obruunt, frondibus arborum inuoluentes, & inibi putrescere patiuntur, quod ferè duodenis diebus fieri solet. Tum marcidos eruunt, & tantisper pila tundunt, dum in Viscum lentescant. Demum in profuente, vt obhærentes corticum reliquæ sordisque fluitent, proluunt, & adiecto olei nucum momèto sicilibus recondunt ad aucupia. Nam ligandis auium pennis præstat. Matth. ex radicis cortice fieri ait. Amatus ex radice simpliciter. Sed hoc viscum, inquit Dod. non minùs nociuum est, quam ex arboreo Viscò præparatum: tenacissimum siquidem est: interanea omnia conglutinat: excrementum exitus contrahit ac claudit, atque hoc modo perniciem homini adfert, non qualitate aliqua, sed glutinosa sua substantia.

## FAGVS LATINORVM : OXYA GRÆCORVM.

### CAP. IV.

**F**agus Latinorum arbor magna est, patula, ramis diffusa, caudice crasso & procero: mater-

*Fulminis amuletum*  
*Contra Veneficia*  
*Superstioſa.*

*Duritie articuloſæ à Luxatione.*  
*Fractura.*  
*Tussis.*  
*Ad arcendos muros.*

*Scopæ.*

*Tubercula Teda.*  
*Garbion.*  
*Panos.*  
*Lophiæ.*  
*Elanæ.*

*Visci parandi ratio.*

*Ad aucupia.*  
*Etiam nociua.*

*Descriptio Materie.*



Draco Aesculapj. Folia.

rie firma, alba, maculata, cortice læui, subcinereo, mediocriter crasso. Senio confecta Trago cauatur, sicut & Quercus nonnullæ, ita vt si aliud domicilium non suppetat, commodè in eiusmodi cauernis habitare queas. Memoriet quoque proditum est, Aesculapium in caua Fago (si hæc intelligenda) Draconem nutritisse.

Ante omnia sanè notatu digni in Fago oculi, seu longæ & squammata illæ gemmæ, quibus facilè vel media hyeme, omni nudata fronde, facilè à cæteris arboribus omnibus distingui potest. Ex vnciam circiter plùs minùs longæ, angustæ, exacutæ, & pungentes, vt & denticalporum vicem viatoribus haud inconcinne præbere possint, inuolutæ tunicis ruffis ac lucidis, continentes foliorum primordia, quibus emergentibus intumescunt gemmæ, & tunica illæ fathiscentes decidunt. Fortè ab his oculis Oxya dicta Theophr. quasi acuta: nisi quis malit à fructu echinato, qui acidus, vt sit quali acetosa. Folia ad Populnea, vt plerique volunt potiùs ad Vlmea, quodammodo accedunt, minùsque rotunda illis, his figura penè similia, firmiora, læuia, & nonnihil lucida, integra, (exceptis quibusdam folijs in quibus aliqua serratura, seu eminentia longæ ab inuicè distantes apparèt) & lanugine interdum, præsertim in ambitu obsita: sapore acido, præsertim nouella: quæ colore ab ortu ex luteo viridia sunt, notante Trago: mox saturatæ viriditatis, quorum auersæ partes, si pluuia, Solis æstu continuò adurente (Germani den Niltatw vocant: perniciosum sanè pluuia genus, quippe quòd omnia, quæ attigerit, corrumpat,) infestata fuerint, è guttulis illius pluuia rubicantes ac concauæ Pilulæ subnascuntur, in quibus vermiculi procreantur. Ea excrementa sunt, quæ singulis penè annis obseruare liceat in folijs verrucarum modo extuberantia, & in acumen desinentia, caua, quæ in icone nostra sic satis benè exprimuntur, quorum & Plin. in descriptione Fagi meminit. Quo tempore folia erumpunt, apparent Iuli ex longis pediculis pendentes, rotundi, ex multis apicibus luteis constantes, qui facilè excedunt: nec tamen ii flores sunt propriè, quamuis ita nomen diligentes Botanici Tragus & Schuueckf. flores enim manifestè distinguuntur ab istis Iulis: sunt enim villi vel capreoli aut fila quædam multa simul, cum apiculis quibusdam pallidis ac flauicantibus, inter quæ rudimenta echinata futuri fructus apparent. Sequuntur calyces echinati, angulosi, hispidi, sed non rigidis spinis, interna parte lanuginosi, carnosi satis & succulenti, gustu acidi, qui adaperiti quatuor æquis portionibus diuiduntur: in quibus nuclei triangulares, læui & spadiceo cortice, qualis ferè in Castaneis, intra quem præter tenuem cuticulam, medulla alba, subdulcis, pinguis cum exigua quadam adstrictione, esui tamen grata. Hic fructus v-

Denticalporum.

Oxya vnde.

Pluuia pernitiosa Melanoc.

Pilula Vermiculis.

Iuli.

Tragus nor & Schuuekf.

Flores.

Calyces echinati. Sapor.

Nuclei.

bi maturerit ex calyce echinato sua sponte decedit: qui si porcorum & murium gulam effugerit, vere appetente germinans è terra erumpit, binis per exortum latis & pinguibus folijs, quæ subinde plura alia consequuntur, donec in arborem tandem adolescat: id quod & Tragus obseruauit, & facilè omnes, qui volunt, obseruare possunt. Radices nec multas nec altas agit, pro arboris proportione, sed summæ terræ obhærentes.

Hæc Oxya est apud Theophr. Scissimam vertit Gaza passim: quam vocem, vbi inuenerit ne Oedipus quidem dicat. Oxya, inquit Theophr. non habet differentias, sed simplex genere est, [mox tamen differentias agnoscit, vt patebit] erecta, læuis, enodis: tam crassitudine, quàm proceritate Abieti ferè æqualis, ac in cæteris quoque similis. Lignum verò coloratum, robustum ac neruosum: cortex læuis: folium crassum, integrum & indiuisum [ἀγὰς enim legimus cum Const. pro δυγάς, vt in vulg. habetur: quamuis Gaza bifidum, & Dod. dissectum vertat, Casalp. difficile ad findendum.] longius quàm Pyro, minimè aculeatum, δὲ καυδίζων. Hic δὲ in compositione vim habet τὸ ξύλον, negatque & absentiam rei indicat, vt in δὲ γυμνίζων, & aliis multis, vt doctiss. Const. obseruauit: quamuis Gaza & cum plerique secuti extremo aculeatum conuerterint.] Radices nec multas habet nec profundas. Fructus læuis, glandosus, in echino, [λείψα Καλανάδης ἐν ἐχίνω,] non tamen spinoso, sed læui, ac miti, nec vti Castanea spinis armato, similis tamen illi dulcedine atque succo. Nascitur etiam in montibus, materie candida, & ad multa vtili. Etenim ad carpenta, lectos, mensarum, sellarumque artificium, & ad nauigia. Campestris nigra, & ad prædicta minùs vtilis. Fructum tamen similem ferunt. Idem mox: Ostryon, Oxya, tam satum, seu vti Gaza vertit, corpore, [τῆ φυτόν] quàm cortice similem facit. Dixerat autem priùs: Macedonia incolæ non florere existimant ὀξύωλον, ἀγρίων: Gaza vertit, Scissimam agrestem. Fortè legendum ὀξύωλον ἀγρίων Nam alibi ea vox ὀξύωλον, quod equidem sciamus, non occurrit. Cæterum non hîc proferimus loca Phagi seu Phagi ex Theoph. quia scimus diuersam esse à Fago Latinorum & Plinii. licet Ruell. & alii ineptè confuderint.

Plin. autem de Fago sic scribit: Glandes distant fructu, situ, sexu, sapore. Namque alia Fageæ glandi figura, alia Quernæ, & alia Illignæ: atque inter se quoque generum singulorum differentia. Præterea sunt aliqua sylvestres, alia placidiores, quas culta obtinent. Iam etiam in montosis planisque distant: sicut & sexu mares & fœminæ. Item sapore. Dulcissima omnium Fagi, vt qua obfessos etiam homines durasse in oppido Chio, tradat Cornelius Alexander [si modò nostra Lat. intellig.] Genera distinguere non datur nominibus, quæ sunt alibi. Fagi glans nucleis [Castaneæ Theoph. quem ὀξύωλον vocari diximus] similis, triangula cute includitur. Folium tenue [crassum Theoph.] ac leuissimum, Populo simile, celerrimè flauescens: & media parte plerumque gignens supernè paruulam baccam viridem, cacumine aculeatam. Glandem quæ propriè intelligitur non tribuit Fago Plinius. Nam & alibi postquam glandiferas alias genericas voces dixisset, Fagum veluti distinctam nominat. Poëtæ tamen, quibus omnia permixta glandiferam dicunt. Imò ipse Plinius Fageam glandem, & Fagi glandem dixit. Ex Plinii itaque verbis adductis, & suis locis adducendis, satis clarum, eius Fagum eandem cum ea, quam hic descripsimus. Miramur sanè

Primus ex ore folijs rnm.

Radix.

Oxya Theoph. phr scissimama. Gaza nuz.

Theoph. eorr. & lust.

Differentia Montana. Campestris.

Aliud Phagus Graecum. Aliud Phagus Latinum Ruell. ror. Glandium distinctum.

Cibus obfessorum.

ne cum discrimen non statuisse inter Fagum Latinorum & Phagum Græcorum, nec demonstrasse Fagum eandem esse cum Oxya Theophr. præsertim cum ex eius descriptione quadam excerptisse videatur. Nec scimus quo nomine donet Theophrasti, nisi ei sit Esculus.

Fagus olim Troiæ magno in honore habitavit. Et Latini Fagum suam perinde atque Græci suam Ioui consecrarunt, authore Goropio. Vnde Iupiter Fagutalis à Iuoco Fageo dictus. Virgil. eam passim celebrat: Eclog. 2.

Duo tibi pocula ponam  
Fagina, celatum diuini opus Alcimedontis.

Eidem patula dicitur, alta, frondosa, ardua, rotans, rudis, teres. &c. Per tegmen autem patulæ Fagi nihil aliud intelligit, quam Augusti patrociniû. Lusit idem Virgil. Grammaticos, dum, Fagineus axis dixit: quod illud Homeri φήγος ἀξίον interpretari voluisse videretur, eo quod sciret ex Oxya etiam axes fieri. Celebratæ & olim hastæ egregiæ ex ea fieri solitæ. Idem fortè Theophrast. dixit æ qualem fermè Abieti & ad similem quoque vsum comparari. ἔγχυα δὲ δένδρον dicit ab Homero prodit Porphyrius. Locum quarant otiosi.

Xanthus Lydus & Menecrates Elaita auctores sunt Fagum arborem apud Lydos Mylon dici, & Olympuz montem Fagorum syluis abundare: Vnde Myfi populi, vt Strabo inquit & Eustachius.

Hallucinantur qui Oxyam Græcorum, ornum existimant, vt Pandectarius. Vetus interpres, vt notat Goropius, pro Oxya reddidit Fagoscissimam: nescimus vnde mutuatus sit scissimæ adiectionem, nec ille se scire fatetur. Tandem magis miramur Hermolaum, Ruellium & alios, alioquodocumque viros, etiamque bonos Latinos tam implicita fide falsos, nostris, [id est, Latinis] scissimam appellari: Immo & Scallig-rum emunctissimæ naris Phologum, ea voce vsum, quæ nullus vnquam probatus auctor, quod quidem sciamus, vsum sit. Non consuetam suam diligentiam adhibuit Tragus in Fago, cum ait: Latine Fagus, Græcè Phegos: aliud genus vocatur Scissima, Oxya, quod non prouenit apud nos: docti vocant etiam Mylon. Hic triplex error. Fagus Latinorum non est Phegos Græcorum vt ille putat, sed Oxya: quod non aliud distinctum genus à Phago. Et nascitur apud nos Oxya.

Nec placet à Const. in suo Lexico φήγος Theophrast. misceri cum Fago Plinii, quam tamen ipsemet alibi distinctam agnoscit. Fallitur igitur cum ait: χήγος φήγος, Fagea glans Plinio, ὁ φήγος χήγος Theophrast. lib. 3. cap. 9. Haud enim Fagea Glans est φήγος χήγος Theophr. vt ille citat. Immo ne φήγος quidem simpliciter. Quem eundem errorem committunt Ruell. Castor. Dur. Lacun. Curtius: Cornar. Ruff. Dod. Matthiol. Anguil: du Choul. Had. Iun. & postremus ille historix Germanicæ, Tabernamontani titulo editæ, Compiler. Adde his omnibus Lonicerum, qui nec ipse Phagum Græcorum & Latinorum distinguere nouit, ita namque scribit: Theophrasti duo genera, marem & fœminam, alii diuidunt in albam & nigram. Fagus nigra prouenit in agris, nec ita frequens: cortex eius crassus & hirsutus (Barricht) In medio folii solet prouenire bacca viridis acuta: fructus dulcis est, & triangularis: Oblectantur agrorum planicie. Fagum nigram, vocant aliqui scissimam, quia lignum eius facillè in assulas finditur, Græci vocant Oxyam. Hæc Lonicer. qui

non animaduertit Phegon Græcorum diuersam à Latinorum Fago, in qua nobis nondum cognita differentia à nigredine & albedine, ignota etiã nobis corticis hirsuties: nec nota Fagus, quæ oblectetur planitie agrorum. Ita vides paucos in re herbaria, quid scriberent, aut posteritatem docerent, securos suæ famæ, animaduertisse. Mirandum, hercle, in re tam clara, tam manifesta, addamus etiam tam facili, quam vel sola collatio descriptionum Theophrast. & Plinii adductarum luce meridiana clariorem faciat: quam etiam claram fecerunt, Cordus, Pena, Lob. (qui tamen alibi eundem errorem committit, vt dicitur postea) Goropius, Girardus Anglus, Cæsalp. & Dalechamp.

Videtur tamen doctissimus Hermolaus aliquid subolfecisse, cum ita scribit: Fagus ea, vt quidam scripserunt, quæ in tenuissimas secatur laminas, glandifera non est: Ideoque duo genera siue nomina Fagi sunt: glandem ferentis, materie scabra, quam Græci φήγος appellant, vt fructum quoque Hippocrates: & alterius, quam Græci Oxyam. Sed fallitur in eo quod Fagum, vt dictum, ab hac Oxya distinguit. φήγος verò, vt dicebamus nobis videtur Esculus. Et Ruell. ait: Fagus Græcis Phegos, glandiferis arboribus annumeratur: tamen fructus nihil simile glandi habet. Cætera transcribit ex Hermol. eo non citato, & satis indistinctè. At Phegi fructus similis est glandi: immo ipsemet glans est: quanquam interim etiam nolimus dicere, Fagi fructum planè nihil simile habere cum Glante: nec glandiferis arboribus simpliciter annumerari: nam à Plinio veluti excludi iam antè dictum. Ne quisquam igitur posthac arbitretur φήγος Græcorum & Fagum Latinorum eandem esse arborem.

Dod. quoque in post. suis scriptis aliquid subolfecit, quando inquit: Ad Fagi genus à nonnullis refertur quæ φήγος Theophrast. dicitur. Sed fallitur tamen idem Dod. quando addit: Plinium & huius arboris meminisse, sed sub Ostryæ nomine: si modò non per Ostrya legendum sit Oxya lib. 13. cap. 21. Nec sub Ostryæ, sed Fagi nomine aperitissimè descripsit Plin. Et si Dod. sedulo caput Theophrast. vbi Oxyam describit perlegisset ac considerasset, deprehendisset, hanc & Ostryam siue Ostryam etiam Plinio dictam, ab eodem, ipsomet capite, satis clarè describi: [interposita tantum historia Taxi.] nec suspicio eum incessisset, Plinii Ostryam, mutandam in Oxyam, quum arbores reuera sint distinctæ. Tandem magis hallucinatur Girardus Anglus, qui Oxyam Theophrast. putauit esse Ostryam Plinii, quem suam opinionem torpisse ex Dodon. suspicamus. Itaque nullius momenti illa correctio Dodonæi apud Plinium, qua in Ostryæ descriptione, pro semine hordeo simili, putat legendum, semine Castanæ simili. Nos Ostryam Plin. eandem cum Ostry Theophr. censemus, de qua lib. seq. sub Fago sepium, diuersa ab Oxya Theophrast.

Nescit quid velit Io. Ferus, dum in Genesin cap. 1. Fagum nullum fructum ferre ait, sed semen. quæ hæc subtilitas: Siue Fagum hanc nostram intelligat, siue Fagum sepium, siue etiam multorum imitatione φήγος Græcorum, & fructum ferre & semen, si rectè nouerit, intelliget. Quid discriminis facit inter fructum & semen nescimus: nisi fortè maiores fructus, fructus: minores, semina cum vulgo dicere velit. At ne nesciat ille, & semè fructus est, quamuis non totus vel totum fructus, semen sit. Hæc ad Physicam pertinent, cuius nos non partem tantum, sed totam profitemur. Suæ

Glandifera non esse

Phegos Hipp.

Ruell. et præb.

Dod. lapsus

Gerardus error.

Dod. reme- ritat. Ostry. Plin. et Theophrast. eandem.

Io. Ferus. castig.

Fagus hanc Iupiter sagittalis.

Fagina pocula.

Fagi significatio Allogoria.

Myfi.

Pandectarius error.

Tragi triplex error.

Constant. met.

Plurimum Herbariorum error.

spicantur ei fortè visam aut cognitam Fagum sepium, quæ parua fert semina, loco fructus, idè quæ in ea suam subtilitatem exercere voluisse.

Lob. taxat.

Quamuis autem Lob. in Adu. Fagum agnouerit esse *ὄξυα* Theophrast. tamen in suis obseruationibus hallucinatur, cum scribit, Fagum Dioscor. Quercus generi assignare, & conuulsi munitus obire: nam in omnibus operibus ferè à Quercu differt Fagus Latinorum: igitur per *ὄξυα* Dioscor. hanc non intelligit, vt Lob. sui immemor tradidit.

Fagus species Quercus Pausanias.

Du Choul. annotat: Pausaniam in Arcadum syluis, diuersas esse Quercus prodidisse, quarum alias *πυρροδίας* alias Fagos appellat. Non est nobis ad manus Pausaniæ Codex, hæc commentantibus: fortè *ὄξυα* habet. Idem du Choul Fagum, glandiferam arborem agnoscit, sed glande intus trianguula. Et tamen paulò pòst, parum sui memor, subdit: De oxya, quæ in Scissis nunc dicunt, non possum confirmare an glandiferarum in numero rectè possit collocari: fructus in calyce molli, castaneæ similis dulcedine atque succo. Sed hanc eius hesitationem variatione neque peperit error ille communis, quod nesciuerit Fagum Latinorum esse Oxyam siue Scissiam, differentem à Phago Græcorum: quod toties inculcare pigeret, ni errorum varietas id fieri postularet.

Du Choul repreh.

Math. & Hist. Lugd. Lapsus.

Math. in prioribus com. vitiosam figuram habet, potius Fagum sepium exprimentem. In postremis meliorem, vbi tamen nullam Oxyæ mentionem facit. Hist. Lugd. more suo duas icones ponit: priorem cum serrato folio, quæ falsa ad falsam Matth. iconem facta: alteram ex Dodon. bonam.

Synonyma ling.

Dicitur itaque *ὄξυα* & *ὄξυα* Græcis, etiãque *ὄξυα*. Theophrast. nisi mendosus sit codex, & *ὄξυα* Helychio. Goropius passim *Oxyam* vocat, qui sciuit tamen *Oxyam* Theoph. dici, quem toties citat. Et quid prodest Græcum amplius retinuisse nomen in schola Latina, si Latinum suppetat. Idem *Battarum* à Bassaro Baccho nuncupatam fuisse credit. Quid vocis sit *Battarum* nescimus. Eidem in Hieroglyph. Bock arbor., Græcis *Oxea*, Latin. *Fagus*. Fructus *ὄξυα* [non *ὄξυα*, vt Const.] *ὄξυα* Theoph. Possis & dicere *ὄξυα*. Noces Fagi. Lydi Myson vocant arborem. Bellon. annotat etiamnum hodie in monte Athos vocari, *Oxya*, & in Macedonia, *Oxyas*. Arab. *Chinaos*, aut *Chinacas*, Germ. *Buechbaum*/Buefe. Fructum *Buchnûßlin* / *Bucheychel* / & *Buchâckerle*. Gal. *Fau*, *Fonteau*, *Fayant*, *Hestre*: fructum, *Fayne*. Montbelgardi vocant arborem, *des Ate*, & *des Fo*. Belg. *Bueckenboom*/Bockboom: Fr. *Buecken noot* Fens. Angl. *The Beech* / & *Beech tree*. Ital. *Faggio*, & *Faggi*. Matth. in post. com. Ital. ait, fructum in Hetruria dici *Faggiuola*. Hisp. Castil. *Haya*: Catal. *Fax*. Portug. *Faia*. Hung. *bifsa*. Frustra Curtius duo eius genera nobis conatur obtrudere, non animaduertens *ὄξυα* quam malè *ὄξυα* vocat, eandem esse cum Fago eius priore seu Latinorum, à Phago distinctam.

Battarum. Bock.

Myson. Oxya. Oxyas. Chinaos. Chinacas.

Curtius.

Locus.

Oxyam Theophr. tam planis quàm Montibus prouenire ait, quanquam differentiam quandam inter utramque faciat, vt dictum. In Equiliis olim, vt prodidit Varro lib. 4. de ling. Lat. fuit lucus Fagutalis, & Virarum Querquetulanum sacellum: & lucus Mefitis. Viras Festus dictas vult Nymphas, quæ præsidet Querceto virenti, *χλωιδας* & *κινιδας*, notante Dal. Ex eo loco Plin. Sylvarum distinguebantur [Scandulæ] insignibus, Fagutali Ioui [Fagutalis Iouis Dal.] etiam nunc, vbi lucus Fageus fuit, porta Querquetula-

Lucus Fagutalis.

Plin. illustr. Lucus Fageus.

na. vet.] colle in quem vimina petebantur, totque lucis, quibusdam & geminis. Dixerat autem & paulò antè Scandulas è Fago aptissimas. Hæc obiter. Iul. Cæsar lib. 5. de Bell. Gall. tradit in Britannia materiam cuiuscunque generis esse, vt in Gallia, præter Fagum & Abietem. An idem hodie verum, viderint incolæ. Per totam Germaniam familiaris est: amat & montosa sed humentia, & plana. Nam & Plin. teste, descendit in plana. In monte Athos abundat, & in Macedonia montibus: Bellon. In Carinthiæ Stirie & Carniole syluis Matth. Nostra cura passim sepius topiariis inserta in horto Montb. Vbi & in horto D. Vitoti vexilliferi E.C. perelegans & amplum vmbraculum olim mandato Illustr. D. Georgii Patris Illustr. Principis Frid. Ducis V. Virt. &c. plantatum, quod nec Solis radios circa meridiem, nec pluuias, ac vix guttulas aliquas imbrum admittebat.

Scandula è Fago.

Caluis.

Floret & frondem protrudit communiter Martio. Fructus Septembri cum castanea maturatur. Arborum fertilitas omnium ferè alternat, inquit Plin. sed maximè Fagi. Excrementa verrucosa in foliis obseruauimus Iunio: Maio & Iulio proueniunt iuli. Porci fructu saginantur Nouembri.

Tempus.

Constanter, inquit Goropius, Sonii saltus incolæ affirmant, Fago cæsa, subnasci ex eodem trunco Betulam, se tamen vt credat, vix adduci posse. Et meritò non credendum. Sed potius, si quando Fago Betula succrescit existimandum Betula semen ob tenuitatem à ventis facillè transferri. Ergo nactum solum & terram commodam facillè apprehendit. Talis solet esse, vbi Fagi proueniunt, quarum trunci & radices, excisa arbore, facillè putrescunt, ac terram leuem efficiunt, quam facillè subeat Betula semen, & germinet. Betula namque terra pingui & crassa aut saxosa semine non bene proueniat: leui facillimè.

Sonius error de Metamorphos. Fagi in Betulam.

Faginea glans, tradente Trago, non nihil calidè obtinet qualitatis, porcis muribus & turdis hyberno cibo gratissima. Rarus in medicina vltus est. Fagi folia, authore Plin. manducantur in gingiuarum labiorumque vitis. Calculis [Oculis M. Gallis. Guill.] glandis Faginee cinis illinitur: item cum melle Alopecii. Folia recentia tusa & imposita, calidis tumoribus profunt, eosque discutunt. Aqua quæ in cauis Fagis & annosis Quercubus quandoque reperitur, singulari remedio ad omnis generis scabiem & impetigines Lichenasque facit, quod seipsum in pecoribus & hominibus expertum scribit idem Tragus. Vipera, teste Ruell. Faginei ramuli iactu vel oblatu cohibetur. Hæc verò ante Ruellium à Plutarcho quoque prodita. Sed vehementer dubitamus an hæc iustit nostræ Fago. Cohiberi posset vel alterius alicuius arboris ramulo, ne videlicet vltius proreperet. Verùm non ita intelligit Plutarchus. Experiri id possunt Pharmacopœi Patauini, qui Veneto tempore ad montes Euganeos proficiscuntur, viperas venatum protheriaca. Quidam dicunt, inquit Tragus, Faginas glandes vltas & mixtas cum axungia porcina applicatas calidè lumbis, conferre calculosis, quod & Matthiol. confirmat. Glires Fagina glande maximè delectantur ac pinguescunt. Quamobrem eum eius aduenit maturitas, teste Matth. innumeri capiuntur Glires in Carniolæ, Stirie & Carinthiæ syluis: quippe iis in locis incolæ manè videntur, qui saccos Glires plenos ferant, vna tantùm nocte captos. Delectantur Fagi fructu etiam mures: siquidem è longinquis regionibus natura ducti gregatim tyluas ingrediantur. Item & Scuris gratissimus est ci-

vires & vltus.

Tumores calidi.

Aqua Fagi ad Scabiem Impetiga Lichen.

Contra Viperam.

Glires in Fagina.

Murium cibis. Scuri gratissimus.

Suum gna.

Nasa.

Ded. greh.

Calculi & are la, & in dolu Calculum rum ch Oleum

Curtius & olim scriptu

Modu scriben Fagi ad fac

Cinisi Vira. Scuri

Planis

Vasa



bus, ac etiam turdis, merulis, aliisque compluribus volatilibus. Glans Fagea suam hilarem facit, carnem coquibilem, ac leuem & vtilem stomacho. Et sanè in Germaniæ multis locis, præsertim in Saxonia sues iis faginari nobis relatum. Fagi folia esitata, labiorum gingivarumque vitis mirificè opitulari: tusa item torpentia membra corroborare Matth. asserit. Dod. eadem folia refrigerant, vtiliterq; applicantur pustulis & vlcibus. Nucleus non nihil humidus & calidus, cuius licet non multus vsus sit in hominibus, dulcis tamen est & esui gratus, vtilis ferè ad omnia, ad quæ Pinei nuclei: vt idem vult. At nobis sanè obseruatum, Fagineam glandem, potissimum virentem & nondum exiccitam, si paulò copiosius comedatur, Loliæ instar, caput turbare, ac ipsos etiam sues asserunt, eius esu turbulentos reddi, & tandem obdormiscere: id quod etiam Schvvenckf. testatur: qui ait, caput tentare, & inebriare eos, qui nimium comederint. Fertur pinguedo suum eiusmodi Fagineis glandibus faginatorum mollior, quæque dum coquitur, magis liquefeat. Nolimus itaque has nobilissimis ac innocuis Pineis nucleis ferè pares dicere cum Dod. qui & ipse in post. suis scriptis meritò omisit illa verba: sed addit: Feruntur renum ex calculo dolores, si edantur, mitigare, & ad Calculorum ac arenularum faciliorem exitum prodesse. Delectantur iisdem Columbæ. Est & esca vrsis quasita, inquit Lob. & paupercula plebi, regionibus calidis & frigidis: sed quas Calidas intelligat, notare debuit. Oleo ex ea expresso paupercula plebs tempore quadragesimali loco butyri vtitur, teste Schvvek. Sed præcipua nobilitas, vtilitasque meritò quoque habeatur illa quæ Poetarum maximus Virgil. celebrat: Eclog. 5.

-----In viridi nuper qua Cortice Fagi  
Carmina descripsi: & modis alternat aui.

Et Plinius lib. 16 cap. 9. Scribit in recenti cortice ad duces explorator, incidens literas à succo. [incisas literas tegere succo Dal] [Literis ob succi madorem non conspicuis, & cum siccatus fuerit cortex apparentibus.] Nec non in quodam vsu sacrorum religiosus est Fagi cortex. Sed non durat arbor ipsa. [subaudi, cortice spoliata.] P. Crescentius scribit Cinerem Fagi posse assumi ad conficienda vitra.

Theophrast. humidissimam oxyam dicit: lectulosque ex ea cedentes & obsequiosos conficit: eadem minoribus nauibus commodam: atque in totum ex hac testudinem (χελύσσια: lignum carinis affigi solitum, ne dum subducuntur, lacerentur vel offendantur) condi solitam. Præstare item ad plaustrorum vehiculorumque vilem fabricam. Denique hanc in aqua permanere incorruptam posse, madefactamque reddi meliorem. Cortex Fagi, inquit Plin. Tiliæ, Abieti, piceæ, in magno vsu agrestium. Vasa corbelsque ac patientiora quædam messibus conuehendis vindemiisque faciunt, atque prætexta turguriorum.

Facilis & in opere Fagus, quanquam fragilis & tenera. Eadem & scilicet laminis in tenuia flexilis, capsisque ac scriniis sola vtilis. Fagis pectines transfuersi in pulpa. Apud antiquos & inde vasis honos. Pocula Fagina Alcimedontis, calato opere facta supra dicta ex Virg. Miramur sanè oxyan Theophrast. & Fagum Plinii olim in tam nobiles vsus vocatam, maximè eius materiem, quam scimus facile putrescere, nisi sit perpetuè tecta aut in aqua sepe mersa, quod sæpè nobis obseruatum in lignis ad vrendum sectis. Si enim sub dio maneat non tecta & ma-

Tom. I.

descant, facile corrumpuntur, & ad ignem inutilia redduntur: alioqui inter nobis nota ligna ad focum & carbones vtilissima & præ aliis expetita. Iam si ad formam spectemus, quæ quæso in hoc ligno elegantia, inter tot alia, & tam nobilissima ligna, vt ad calata opera sit adhibitum? Non facile dixerimus aliam oxyam Theophrastum, aliam Fagum Plinium à nostra Fago intellexisse: hoc enim vetat vtriusque descriptio tam eximie & aperte huic nostræ quadrans. Sed multum potuit Veterum superstitio in rem aliquam, alioqui per se nec valde pulchram.

Scandulis Faginis quas Plin. post Roboreas aptissimas dicit, hodiè longè præferuntur Quercinæ. Immo inutiles habentur Faginæ, ob modò dictam causam. Nos concedimus Plinio capsis ac scriniis solam Fagum vtilem. Multa alia hodiè præferuntur. Et ipsemet Plin. fragilem & teneram fatetur. Quanquam ad crassiora firmioraque opera nobis satis firma videatur, vt ad plaustra, & similia. Multa quoque vtensilia ex ligno Fagi confici solent, & pleraque instrumenta agriculturæ. Annotat Tragus, Fagum in aquis durare incorruptam, madefactamque firmiorem reddi, adificiis aquaticis accommodatissimam. Theophrast. idem dixerat prius.

Sed non postremus vsus eius, quod in tenuissimas laminas flexiles dissecta, ensium vaginis firmendis interferitur, ad id cultrariis hodiè sola vtitata.

Iucundum saltem auditu est, quod Io. Coleus tradit, quomodo scilicet in Festo omnium Sanctorum experiri liceat qualis hyems ventura sit: Illo ipso die, inquit, in syluam abito [vt resciscas num hyems calida aut frigida futura sit] ad Fagum, ex ipsa assulam recidito, & si quidem fuerit sicca: hyemem expectabis calidam assuturam. sin verò fuerit humida, hyemem sperabis frigidam aduenturam.

CASTANEA.

C A P. V.



Dictum de Descriptione Quercu, illice, Agrifolia, Fago Latinorum. Venit nunc recedenda Castanea inter glandiferas, licet ipsa glandem non ferat, sed Castaneam. Verum vt Glans includitur cupula seu calyce, sic & Castanea si addas echinatum. Primum omnium exerit virgas Phœniceas Castanea, quæ temporis progressu in magnam altam & crassam arborem

excrescunt, Quercuumque annosarum crassitudinem adipiscitur. Cortice vestitur læui, maculoso, subnigro. Est vbi & in cinereum vergat, sed potissimum in ramorum extremis & iunioribus arbusculis. Materies robusta, non sentiens putre-

Plin. not.

Ad 92. gina.

Prognosis tempestatum.

Cortex.

Materies.

**Carbonet.** dinem, in igne multum crepitat : cuius carbones statim extinguuntur, proinde fabris ferrariis expetiti. **Folia.** Folia gerit ampla & magna, uncias duas plus minus lata, quatuor aut quinque longa, tenuia, terræ instar incisa, non nihil rugosa, transversis multis venis in dorso eminentibus à media insigni costa extensa, fructum præcedunt nucamenta dependentia, insignis longitudinis, luteolis apicibus constantia. Fert calyces echinatos, pungentes, erinaceis similes, qui intus, villosi ferici instar, tactu molles sunt. In quo continentur binæ aut ternæ nuce, aliàs vnica, ex lata basi in acumen desinentes, compressæ, altitudine unciali, plus minus, interdum & vna parte in ventrem extuberantes, cordis formam quodammodò, vt vulgò pingi solet, æmulantes: cortice exterius obductæ, non crasso sed veluti coriaceo, duro ac lento, exterius spadiceo ac læui, excepta basi scabriore & subcinerea, (qua parte adhæsit) internè incana lanugine molli pubescente, cui subiacet alius tenuior cortex siue membrana rufsa, crispa & suris glandis sese insinuans, fragilis, amaricatis & adstringens, nucleum siue glandem continens albam, callosam, solidam ac duram satis, qualis glandium ferè Quercus, sed dulcem & gratam palatui, potissimum si cocta fuerit. **Curechino à natura munitè videantur Lacunæ,** dicitur in viribus. **Differentia & varietates.** Castaneæ plures obseruatæ species, Vulgata quæ modò descripta: humilis seu racemosa: Equina dicta: & deinde quædam aliæ exotica infra describendæ. Sed ipsa quoque vulgata suas differentias ac varietates habet, potissimum in fructu, vt à vulgò discernantur: Magni, mediocres & parui. Magnæ castaneæ reuera à mediocribus non differunt, sed post vindemias quæstus causa, aut gratia muneris, maiores à minoribus seliguntur: Miores, vulgus Gallorum *Marrons*, *Marrones* Ruell. *Marrones* Curtius vocat: cuius nominis ratio adhuc incomperta nobis est, amplitudine & saporis suavitate commendatissime. Hæ lautiores diuitem mensas claudunt. Reliquæ communiter castaneæ dicuntur, & pauperum saturant ieiunia, quamuis & promiscuè ad vulgi mensas admittantur. Illas cineribus obrutas priùs torrent igni: has & torrent quoque & frequentius in aqua excoquunt ad satiandam plebeiam auiditatem: vnde Populares Plinio dictæ videntur. Tales Lugduni & passim apud Allobroges videas venales adhuc ab elixatione calidas haberi, & à mulierculis per plateas & compita circumferri, clamando patrio idiomate, *Chattagny chodi*, *tutti chodi*. Adhuc calere, vociferantur. Sed habentur & minimæ ac veluti feræ, vix vngues digitorum, ac rarò pollicis æquant aut superant, quarum vix decem aut duodecim vnã magnam pendeant. Videntur & callo esse solutiorè, gustuq; prædictis longè inferiores. An id cultus faciat, vel locus, vel speciei quædam sit varietas, considerandum. Ruell. sanè duo agnouit genera: maiora, & minora, veluti sunt feræ. Nullo autem nominis alio discrimine hodiè separantur, tametsi figura, magnitudine, dotèque haud parum inter se differant. At Cordus tria facit genera: vnum syluestre: & duo satiuarum: minores & maiores. Sed in his ita se res habet vt dictum. Matth. latiuas & syluestres tantum in Hetruria agnoscit, & duo genera dicit. **Differentia Veterum.** Olim plura habebantur genera, vt legitur apud Plin. Tarentinæ faciles, nec operoso sunt cibo, planæ figura. Rotundior, quæ Balanitis vocatur, purgabilis maximè & spontè profliens.

Pura & plana est ex eis & Salaria: Tarentina minus tractabilis. Laudatior Corelliana, & ex ea facta, quo docemus in insitis modo. Meterana, quam rubens cortex præfert triangulis, [rubenti cortice, quam vulgus præfert.] & popularibus nigris, quæ coctiuæ vocantur. Patria laudatissimis Tarentum, & in Campania Neapolis. Cætera suum pabulo gignuntur, scrupulosa corticis, intra nucleos quoque ruminatione. Vel, vt Dal. legit, & clarius: scrupulosa corticis interioris circa nucleos quoque ferruminatione. Nimirum, tanto adhæsu, & tam arcto, vt interior cortex glutinatus cum nucleo, solidatus ferruminatusq; videatur, idèq; ab eo separari & diuelli nequeat, quod vitium est. Has postremas Lonic. Plinii differentias adducens, ac si sibi vel hodie cognitæ essent, lapideas porcorum ineptè appellauit. Videtur autem Plin. octo genera fecisse. Nec dubium, inquit Bruer. quin hodie multò plura inueniantur: ingenio hominis nihil intentatum relincente. **Varia porò est authorum de castanea historia,** videnturque sibi in ipsa nominum varietate placuisse, vnde historia dubia magis ac anceps non ritè aduertentibus appareat. **Primum non conuenit, an Nuce dicendæ, an Glandes, Pomorumque generi accensendæ.** Hipp. sanè lib. 2. de Diæta *καρυα πλάτεια* dicit, hoc est, Nuce latas: quo loco Cornar. vt dicitur in viribus, *πέτρα* conuertit maturas, cum potius nostro iudicio coctas vertere debuisset: quales Virg. molles dixit Ecl. 1. *--- Sunt nobis mirta p. ma,*  
*Castanea molles & pressi copia lactis.* **Quamquam Seruius exponat quoque castaneas molles, maturas, castaneas nullas nouimus, aut ab authoribus descriptas legimus, quæ maturitate molles euadant, sapidiore quidem redduntur, gelu molles euadunt, sed tunc esu inutiles. Coctione verò in aqua, aut sub prunis tales redduntur.** Ex Turner. tamen sententia non ab re fuerit, earum certum genus intelligere, quum interpres Nicandri castanearum quoddam genus *μαλακόν*, id est, molle appellet. Sic enim scribit. *ἢ ἢ καρυαίων τοῦ μὲν σαφθαιον, τοῦ δὲ λόπιμον, τοῦ δὲ μαλακόν, τοῦ δὲ πλωτικόν.* Nec idè ab errore vindicabitur Seruius & Frisius & quicumque eos secuti sunt, qui non speciem aliquam peculiarem, sed in genere benè maturam intellexerunt. Idem Virg. Ecl. 2. Nuce dixit: *Castaneasque nuce, mea quas Amaryllis amabat.* Nuce inquit Plin. vocamus & castaneas, quam accommodatiorè glandium generi. Castanea, nostro iudicio, Theophrast. est *διδος βάλανος*, quod facillè probauerimus vel ex illo loco, qui habetur lib. 3. c. 10. vbi ait, *Oxyæ fructum* [quam Fagum esse Plin. & Latinorum, antea declaratum.] læuem esse & glandosum in echino, sed non spinoso, verum miti, nec vt *διδος βάλανος* seu castanea [ita & Gaza vertit] spinoso. Quomodo clarius potuisset insinuare castaneæ fructum, quam *Oxyæ* cum illo conferendo fateri quidem habere echinum, sed non, vt *διδος βάλανος*, ἀκανθώδη: Similem tamen illi esse dulcedine atque succo? Sic & cap. 6. eiusdem lib. castaneam intelligimus, vbi ait: Quidam Quercum, Nucem Auellanam & *διδος βάλανος* florere existimant: alii non. Vbi iterum Gaza castaneam conuertit, & rectè. Vbi pro Nuce auellana, *ἠρακλεῶπις καρύα* legitur. Sed quando idem Gaza eodem cap. pro *καρύα* simpliciter, reponit *Nux Juglans*, fallitur: nos Auellanam intelligimus: quæ [quod ille ait] sicut & *διδος βάλανος*, i. castanea, [etiam Gaza] maturè germinat. Et rursus: fructum reddit *καρύα* [Nux Juglans, Gaza, nobis

Corelliana.  
Meterana.  
Triangula.  
Popularis.  
Nigra seu  
Coctiuæ.  
Differentia  
à loca.  
Lonic.  
Lapidea  
porcorum.  
Caria seu  
Nuce lae  
Hipp.  
Cornar.  
prob.  
Castanea  
molles.  
Seruius  
Hipp.  
Virgile.  
Hipp.  
Differentia  
Inter N.  
Dici Bal.  
nam seu in  
an Glan.  
Theophr.  
Theophr.  
Lustr.

Bis Auellana) autumno : διὸς βάλανος seu Castanea, ferius : nam circa Vergiliarum occasum. Et cap. 7. καρύνη (Amentum Gaza : nos seruata voce Græca malimus Cachryn reponere.) habet καρύνη (Nux Juglans Gaza) : καὶ διὸς βάλανος (Castanea. Idem ait : Syluestris καρύνη (Nux glans Gaza) atque διὸς βάλανος (Castanea Gaza) frigoris cupida montanæque sunt. Ast nobis Juglans minimè videtur frigoris cupida : gelu enim facilè perditur. Considerandum an non intelligat καρύνην ἠρακλειοτικὴν, quæ etiam lib. 3. cap. 15. simpliciter dicitur καρύνη, folio Betulæ, vt fusiùs explicatum sub Auellana. De Castanea facilè id concedimus, experientia nõ reclamante, & ipso etiam Theophrast. lib. 3. cap. 4. dicente, διὸς βάλανος montium esse propriam, quod an simpliciter verum, in loco patebit. Hæc itaque Theophrast. de Castanea, quam διὸς βάλανος vocat, habet.

Dioscor. Σαρδιαναὶ βάλανοι, quas aliqui κάσσανα, aut Λοπίμα, aut Μότα, aut Διὸς βάλανος appellant. Quidam pro μότα, legendum putant ἄμωτα, vt apud Athen.

Eleganter, vt omnia, Plinius: Armatum iis echinato calyce vallum, quod inchoatum glandibus. Mirumque, vilissima esse, quæ tantâ occultauerit cura natura. Trini quibusdã in partus ex vno calyce, cortexque lentus. Proxima verò corpori membrana, & in his & in nucibus saporem, ni detrahatur, infestat. Sardibus eæ prouenere primum. Idem apud Græcos Sardonios (Sardinianos Turn.) balanios appellant. Nam D. Tiberius postea Balanum nomen imposuit, (Nam διὸς βάλανος postea nomen imposuere,) excellentioribus factis. Item alibi: Quorundam extrâ gemina geminantur vitia, vt in Castaneis. Putamine clauduntur nuce, corio Castaneæ.

Caterum Dalech. apud Theophrast. lib. 4. cap. 6. Euboicas nuce, quarum multæ in Eubœa habentur vult esse Castaneas, quas (inquit) posterior ætas glandes Euboicas & Sardonias vocauit, vt est apud Athen. lib. 2. Sed si Euboicæ Theophrast. sunt Castaneæ, vt vult Dalechamp. ex Athen. Diosbalanoseiusdem Theophrast. non potest esse, quia manifestè separat Euboicas nuce à Diosbalano, qui paulò ante dixerat διὸς βάλανος [Castaneam, Gaza.] plurimam nasci in Thmolo & Olympo. Athen. sanè Diosbalanon eandem nobis videtur facere cum Juglande : ita etiam interpretatus est ipse Dalech. Verum Diosbalanum Theoph. dicere non possumus esse Juglandem: quandoquidem ait : Caryan & Diosbalanon frigoris cupidas montanæque, quod planè repugnat naturæ Juglandis : qua occasione improbauimus Gazæ versionem καρύνην Nucem Juglandem interpretantis : nos verò, uti dicebamus, eo loco per καρύνην intelligimus eã, quæ dicitur ἠρακλειοτικὴ id est, Auellanam. Quæ apud Theophrast. traduntur de Diosbalano à nobis paulò antè citata, respondent castaneæ. Adde quod etiam Diosc. vt dictũ κάσσανα vocat διὸς βάλανος. Hermol. Ruell. Casalp. & alii idem faciunt.

Athenæum verò per Diosbalanon intelligere Juglandem, videtur manifestum ex sequentibus eius verbis, ipso sic vertente Dalecampio. Heracleon Ephesus, inquit Athen. Nuce (καρύνη) nominarunt & Amygdalas quas nunc Castaneas, (κάσσανα) Arbor καρύνη est apud Sophocl. καρύνη μελίαι τε : Caryæ, Fraxiniquæ. Ebulus: Phegos, Nuce, [καρύνη] Carystia. Nucum Ponticorum quas Λοπίμα quidam nominat, Nicander meminit. Hermonax verò & Timachidas in glossis tradunt vocari διὸς βάλανος (Id est, Juglandem: Dal.

qui addit : absurdum hoc videri, Castanearum potius istam nomenclaturam esse, quas & Λοπίμα καρύνη, & σαρδιανὰ βάλανος appellant, & Castana siue Castania, & Euboicas nuce. Item mox : Heracleotica nuce (Auellana: hic fallitur Athenæus, Dal.) quæ etiam διὸς βάλανος [Juglandes Dal.] dicuntur, non tantum alunt, quantum Amygdalæ, & aliquid habent, quod innatet, & quod iterorem ac rucedinem vocis (καρχαρώδες. Dal. annotat: magis conuenire putauit ῥεγχαρώδες & καρχαρώδες.) efficiat: largiùs sumptæ caput grauant, & minùs offendunt recentes quàm sicca. Persicæ nuce [Regiæ siue Juglandes, Dal.] capiti non minùs graues sunt quàm διὸς βάλανος, Heracleotica, Dal. (quæ licentia? quo autore?) magis nutriunt, os & fauces exasperant: assæ minùs lædunt, & ex omnibus nucibus, si edantur cum melle, egeruntur promptissimè. Latæ nuce, [πατρία Castaneæ, Dalech.] magis inflant: minùs noxiæ sunt elixæ, quàm vel crudæ vel frixæ, & fixæ minùs, quàm crudæ. Philotimus libris de alim. scribit: Nucem latam & Sardoniam vocari: τὸ παρὰ [sub. καρύνην.] καὶ τὸ καλέμενον Σαρδιανόν. Et mox : Mnesitheus Atheniensis l. de eduliis, Nucum Euboicarum siue Castanearum, Εὐβοικῶν φησὶ καρύνην ἢ κάσσανα : (σμερτέρας γὰρ καλεῖται.) [duobus enim his nominibus appellant] coctionem tradit esse laboriosam vetriculo, & cum multo flatu perfici: si quis tamen superarit, habitiosem fieri : Amygdalas autem, Nucisque Persicæ & Heracleotica [Juglandes & Auellanas, Dal.] & alias omnes, illis [τέτων : Castaneis Dal.] esse deteriores. Ex his tamen cunctis generibus in vniuersum edendum nihil esse quod non sit igne coctum, præter virides Amygdalas, sed elixari quædam ex his oporteret [vt Castaneas, Dal.] quædam frigi [vt Amygdalas, Juglandes, Auellanas.] Quoniam horum alia sunt naturâ pingua, vt exiccata Amygdalæ & διὸς βάλανος : [Juglandes Dal.] alia sicca & acerbâ, ueluti φηγοὶ (Fagi, Dal.) & quicquid est eius generis. Earum [Nucum, Dal.] quæ vnguinoxæ sunt, ignis absument pinguedinem. Quæ verò duræ & acerbæ sunt, igni maturescunt, lento ac exiguo. Diphilus Castaneas (κάσσανα) vocat Sardonias glandes: Λοπίμοι καρύνην τε Euboici: at βάλανος, id est, glandem : alii, vt Nicander Colophonius scribit in Georgicis. Agelochus Amotas appellat Castaneas (Ἄμωτα καλεῖ τὰ κάσσανα.) Vbi Sinopica nuce nascuntur, has arbores Amotas dixerunt. Sic dictas annotat Dal. quidd sit prouentus illius fructus messis, gentibus nonnullis, quæ Castaneis tantum victitant : ἀμῶν enim metere est: ἀμητός, messis. Hactenus Athenæi placita ex Athen. satis confusè, vt apparet, de Castanea tradente: cui tamen multum lucis afferat, si, vt iudicamus, apud eum per διὸς βάλανος intelligas Juglandem, quemadmodum apud Theophrast. Castaneam.

Τὰ κάσσανα inquit Gal. quidam etiam Λοπίμα nominat. Idem earum hispidum Corticem in vsum assumpsit lib. 1. de comp. med. part. vocatque παρὰ γινθα Λοπίμα, id est, Barbam Castaneæ: id quod Plin. echinatum calycem dixit: quem Aëtius ἐχινάτην καστανοῦ φλοιόν appellat, qui & ipse scribit Castaneas etiam Lopima appellari. Virg. Castaneas hirsutas dixit: nimirum adhuc intra suos echinos locatas, vt notat etiam Seruius. Ecl. 7.

Stant & Iuniperi & Castaneæ hirsuta  
Strata iacent passim, sua quæque sub arbore  
poma.

Castanea inquit Hermol. Græcè διὸς βάλανος, hoc est, Iouis glans : Nuce vocamus & Castaneas, quanquæ propiores Glandium generi. Idem

Sardiana  
Balanus.  
Diosc.

Sardiana  
Balanus  
Plin. &  
Diosc.  
Dios Balanus.

Euboica  
Theophr.  
Glans Eubœica.  
Glans Sardoniana.  
Dalech.  
quinto re-  
fut.

Theoph. il-  
lustr.

Athen. Ga-  
ric illustr.

Castanea.  
Nuce Pō-  
nica.  
Lopima.

Castanea.  
Castania.

Dalechi.  
nota.

Latæ nuce

Nux Sardi-  
diana.

Sardiana  
glans.  
Balanus.  
Amota.  
Sinopica  
nuce.

Amota  
Gri-  
da.

Lopima.

Barba Cas-  
tanea.  
Echinatu-  
Calix.  
Castanea  
hirsuta.

Iouis glans.

Balani, Sardiniana, Euboica.

apud Græcos appellantur Balani Sardiniae, Euboicas quoque Græcis dici lego. Sed & castaneas primò dictas, scribit Photion, quod ab oppido Magnesiæ, quòd Castanon dicatur, aduectæ sint: vt fortè Diodorus Nuces castanicas inde nominarit. Quid si à castitate, cùm Plinius ieiuniis dicatas eas innuat. Ex iis Græci Pogonias appellant, nisi quis Lanatas earum intelligat, sunt enim aliqua pilis hirsuta. Stephanus docet Castanon oppidum esse in Apulia, non procul à Taranto.

Castanea vnde. Nuces Castanica. Pogonia, lanata.

Castaneam Iouis glandem dixerunt Prisci, et si posteriores, vt notat Marcell. Regiis Nucibus eum honorem tribuerint. Eandem legimus in Veterum Græcorum Lexicis Lopimam & Euboicam dictam fuisse: hanc à regione, illam à cortice: quem λέπθ Græci dicunt: & κοπαύ decorticare.

Euboica vnde. Lopima vnde?

Laudauit contra venena quædam præcipuè Nicander castaneam: Nucemque, vt postea Maro fecit, appellauit: versiculus eius est:

Κασανὸν καρὺν περὶ φλοιὸν κάλυμμα.

Et paulò pòst:

Δυσλεπέθ καρὺν τὸ κασανὸν ἔστρεφον αἶσα.

Quod non parum miretur aliquis, cùm manifestè inter Glandes potius [ teste etiam Marcello ] quàm inter Nuces castanea numeranda sit. Magnis authoribus vtrumque defendi potest, vt supra ostensum: nec nos aliud in huiusmodi re monemus, quàm fuisse quondam in ea Glandis & Nucis nomen, latius Glandis quàm Nucis claruisse. Quod Iurisconsulti etiam decreuerunt, titulo de Glande legenda, omnes arborum fructus ea voce complexi. At vt Iouis glandes appellentur, Plin. non castaneis, sed Nucibus Regiis adscribit: quum, vt inquit, sint qui honoris nomen interpretentur. Vnde sanè & Iuglandium appellatio contracta est.

Glans Iurisconsultis, omnis fructus.

Cestiana Aetio. Aetius corvæ.

Cordus consentit nobis esse Cestianam Glandem Aetio: sed sibi compertum ait, in aliquibus codicibus apertè τὸ κασανὸν haberi, & non κεσανὸν, velut Bohemum Hassenstenium exemplar, vnde se primùm Aetii editionem transulisse scribit. Habuisse nimirum, βαλανὸν φλοιὸς ἢ μάλιστ' αὐτὸ κασανὸν: hoc est, cortex glandis, maximè castaneæ.

Nux Heracleotica. Oppii & Macroby.

Nux etiam Heracleotica dicitur, vt ex Oppio viro doctissimo, in lib. quem fecit de syluest. arboribus docuit Macrobius, his verbis: Heracleotica hæc nux, quam quidam, castaneam vocant. Euboica etiam à regione. Nonnulli insuper ex Philostrato in iconibus, Iouis Glandem dici arbitrantur: quod etiam aliquos facere ait Diosc. At nobis ἡρακλεώτης καρὺν rectius videtur competere Auellanis siue Corylo arbori, quàm castaneæ, iuxta sententiam Theophr. apud quem & Gaza vertit Nucem auellanam.

Theoph. e. mena.

Rob. Const. in Lex. vult κερυον Ἰβουκὸν esse nuces castaneas. Theoph. lib. 1. c. 18. τὰ μὲν σπέρματικοίς. [leg. δερματικοίς] ὡς τὸ ἢ κάλανθ' ἢ τὸ δ' οἰκόν [scribendum Ἰβουκόν.] Plin. crusta teguntur Glandes, corio castaneæ. Hesych. etiam δ' οἰκὰ pro κασανῶν, sed scrib. εὐβόια vel δ' οἰκὰ, supple καρὺν. Nicander quidem Λόπιον κερυοντὲς Εὐβοίαις: βαλανὸν ἢ μετ' ἐξέτεροι καλέσαντο, cecinit. Deprehenditur, inquit idem Const. nondum retectus error Plinii, quem sequitur Gaza. Siquidem Theoph. lib. 5. c. 5. quia καρὸν Ἰβουκῶν recenset inter αἰσπηή: Plin. l. 6. c. 40. Iuglandem: Et lib. 5. c. 7. τῆς δ' οἰκῆς καρῶν. Plin. lib. 16. c. 42. Iuglans. At nos Plinio potius assentiri quàm Athenæo & Constantino, nempe per Nucem Euboicam intelligendam Iuglandem, docuimus supra lib. 3. cap. de Iuglande sub titulo Carix seu Nucis Euboicæ: vbi Lector comperiet quæ

Plin. & Gaza error. si Constantino credendum.

Theoph. sparsim de ea scripsit. Licet ipse quoque Casalp. tradat διὸς βαλανὸν albi à Theophr. Nucem Euboicam dici. Apud Xenoph. πᾶσι δ' αὖ σπέρματικὸς καρὸς ἐφ' οἷς, de castaneis intelligendum. In collect. ad agricolationem spectantium l. 2. adnotatum, Castaneas dici διὸς βαλανῶν: quod & lib. 10. repetitum aduertat. Galeno etiam λευκῶν dicuntur castaneæ nuces, sic dictæ à loco Idæ montis, quem λευκῆς plurali numero appellat idem Gal. lib. de Euchimia.

Apud Serap. castanea dicitur Castal: & Sadiach ait quibusdam castaneam dici, & esse Stebulor.

Armon Hebræis, Trago, qui vult Iacobum Patriarcham Genes. 30. vsu virgultis è castaneis: ita & Latina pleraque habent & Gallica & Germanica, quanquam vetus & ex eo Tubingensium impressio habeat Platanum loco castaneæ. Nimirum virgis castaneæ Iacob foeteri sui sp̄, quam de multiplici ac copioso fœtu conceperat, ingenioso dolo elusit. Sic autem verba sonant, vertente Castalione: Iacobus ex Populeis & Colurnis, & Castanis virgis virentibus partem corticis detrahebat, & earum album nudabat, deinde eas ponebat in canalibus aquariorum è regione pecorum, vt cum eò potum venissent, in aspectu virgarum inirentur, quod cum fiebat, varios & maculosos, & versicolores fœtus edebant. In Græco exemplari nulla prædictarum arborum exprimitur, sed simpliciter legitur: ἔλαβ' ἢ αὐτὸν ἰακὼβ' κερύματα λευκῶν, ἢ πεισίρων τὸ λευκόν &c. fortè quòd interpretibus non probè cognita fuissent eæ arbores.

Galeno & Castaneas, & Castanea neutro genere dici ait fructus. Dodon. Græcè etiam κερυκὸν καρὸν & κασανόν vocat: sed quo auctore? Germ. Bastanien/Bestenbaum: fructus Festen. Belg. Bastanienboom/ Castanie. Gal. Chastaigner, Chastagne. Ital. Castagno, Castagna: magne, Maroni. Hisp. Castanno: fructus Castil. & Cat. Castannas: Portug. Castanhas, Marones. Angl. Chesnut tree: Fr. Chesnut. Vngar. Görtynye.

Antea dictum ex Theophr. Thmolium Olym. pumque Mysium Castaneas ferre plurimas. In Macedonia montibus obseruauit Bellon. Latantur opaco & Septentrionali cliuo, regionum tamen non frigidiorum, nam cælum Aquilonium non ferunt. Quapropter rarior in pleis que Germania locis, immò in quibusdam vix nisi culta. Luxuriat tamen, inquit, Tragus circa Vveisenburgum Imperiale oppidum non procul à pago Dörrenbach vulgò vocato, nec non in Alfatia superiori, vbi magna nemora scitent, vnde & in Thuringiam & inferiorem Germaniam conuehi solent. In tota Italia vulgò notissima: vbi tamen montibus & opacis gaudent magis, quàm campatribus & apricis: sunt etiam in Palatinatu, in Heluetia. Plenæ sunt præterea Allobrogum, Delphinatus & Aluernorum syluæ, quæ in totam regionem, ob præstantiam disperguntur. Apud Petragoras tamen maior prouentus: vt ingentes ibi eius arboris, si alterius cuiusque cernantur: apud quos quadrupedum omnis generis & auium pabulum, teste Curtio. Delphinates tamen minimè sua frustrantur laude, quæ à negotiatoribus magna copia Lugdunum deuehuntur, & deinde in alios tractus comportantur: quanquam & ager Lugdunensis montanus, qui Chaussanius dicitur, aliique contermini ferant, magnitudine gustatùque minimè inferiores, sed non tanta copia. Sed Petragoriis & Cenomanorum vobisimum montium populis instar messium sunt, vbi pauca familiaria [ nobilitate excepta ] quæ pane velsun-

Petragorii & Cenomanis eibus quotidiana.

vescuntur, nisi septimo quoque die aut solenni festo, tradente Bruyerino, qui se illac transeuntem iam ab incolis accepisse testatur.

Italicis laudatissimis patria Tarentum, ut dicebamus, & in Campania Neapolis, de quibus Martial. Epigr. l. 5. ad Toranium.

*Et quas docta Neapolis creavit*

*Lento Castanea vapore tosta.*

*Delectus*

Vidimus in montibus Euganeis, Rheticis, ad lacum Verbanum Italiae, & Lemanum Sabaudiae. Integrarum probatio est, ut in frigidam mittantur: siquidem bonae & incorruptae merguntur, vitiosae supernatant. In genere recentes & bonae a putredinis labe infectis, vel non decorticate feceruntur duritiae ac pondere.

*Tempus.*

Ineunte Vere germinant nec multo post florent, feriusque Vergiliarum occasu fructificat, nepe circa finem Septembris ac per totam ferè hyemem durant. maturo fructu echinati calyces rumpuntur ac hiant. Tum maturae decidunt Castaneae. Quidam more impatientes praelongis virgis sicut nuces Juglandes arboribus decutiunt. Alternis ferè annis agricola non vberè nelli exultat. Gaudet in Genere montibus & acclivibus: Campestribus interdum degenerant, aquas oderunt.

*Cultus.*

Castanea, inquit Colum. roboribus proxima est, & ideo stabilendis vineis habilis: Nux eius in repastinato posita celeriter emicat, & post quinquennium caesa, more salicis recreatur, atque in palum formata ferè usque in alteram caesionem perennat. Puram [Basil. Cod. Pullam] terram & resolutam desiderat. Sabulone non humidum vel refractum tosum non respuit, opaco & Septentrionali cliuo latatur: spissum solum & rubricosum reformidat.

*Cultus & serendi ratio ex Colum.*

*Quam terram diligit.*

*Satis.*

Seritur à Nouembri mense per totam hyemem sicca terra, & repastinata in altitudinem dupondi & semissi, nuxes in ordinem semipedalibus, ordines autem quinque pedum spatii dirimuntur, in altitudinem dodrantis Castanea depressis sulcis committitur: qui ubi nucibus consiti, priusquam complanentur, breues arundines ab latere Castanearum panguntur, ut per hos sationis indices cautius fodi & runcari possint. Bimam semina transferri queunt: sed vacuitas binum pedum relinquatur, ne densitas plantulas emaciet. Spissius autem semen propter varios casus deponitur: nam interdum priusquam enascatur, aut siccitibus nux inarescit, aut aquarum abundantia putrescit: interdum subterraneis animalibus, sicuti muribus & talpis infestatur, propter quae nouella Castaneta caluescunt. Atque ubi frequentanda sunt, melius ex vicino, si competit (mergi more) peritica declinata propagatur, quam exempta referitur. Haec enim velut immota sua sede vehementer germinat. At quae radicibus exempta & de posita est, biennio reformidat: propter quod coeptum non est, commodius Nucibus, quam vivradicibus eiusmodi sylvas institui. Cultus eiusdem est fossionis positionisque, qui vinearum. Supputat debet bima, quinetiam trima nam bis ferro repetenda est veris principio, ut incitetur eius proceritas. Idem Colum. alibi ante Calendas Martias, vel etiam inter Non. & Idus Martii Castaneas ferere praecipit.

*Potasio.*

*Satis & cultus ex Pallad.*

*Tempus sationis.*

Digna obseruatu quae Palladius in hanc rem prodidit. Castanea seritur & plantis quae sponte nascuntur & semine. Sed quae plantis seritur, ita agra est, ut biennio de eius vita saepe dubitetur. Serenda ergo ipsis Castaneis, hoc est, seminibus suis, mense Nouembri & Decembri: item Fe-

Tom. I.

bruario. Eligendae sunt Castaneae ad ponendum recentes, grandes, maturae: quas si Nouembri mense seramus, facilem se praesentia fructus ipsius praestat, si vero Febr. ponamus, ut ad id tempus durent, ita faciendum. In umbra Castaneae siccentur expansae, tunc in angustum & siccum locum translatae cumulum faciant, & eas omnes fluuiialis arena diligenter operiat. Post dies 30. eas remotam arenam in aquam frigidam mittis. Quae sanae sunt, merguntur, supernat quaecunque vexata est. Item quas probasti, similiter obrues, & post 30. dies aequè probas. Hoc cum tertio feceris usque ad Veris initium, ferere debebis, quae maserint illibatae. Aliqui in vasculis seruant, arena pariter missa. Amant solum molle & solutum, non tamen arenosum. In sabulone proueniunt, sed humecto. Nigra terra illis apta est, & Carbunculus, & tofus diligenter infractus. In spisso agro & rubrica vix prouenit. In argilla & glareis non potest nasci. Diligit caeli statum frigidum sed & tepidum non recusat, si humor assenserit. Delectatur cliuis & opacis regionibus, ac maxime in Septentrionem versis, ut dictum. Pastinari ergo locus debet, qui huic destinatur arbutto, altitudine pedis vnius & semis, vel duorum: vel totus aut sulcis in ordinem destinatis, aut certe aratris resoluui hinc inde findentibus. Qui fino satiatius ac redactus in puluerem, Castanearum semen accipiat, non amplius pedis dodrante demersum. Vnicuique semini propter notam, furculus debet affigi. Ipsa semina singulis locis simul terna vel quina ponantur, inter se quatuor pedum spatio separantur. Quibus transferre placuerit, bimas Plantas transferre debebunt. Locus tamen deductioia liquoris accipiat, ne humor insidens limo, germen extinguat. Cui placet, potest Castaneae in propagine mducere ima virgulta, quae in radice nascuntur. Nouum Castanetum circumfodi debet assidue. Mense Martio & Septembri incrementum maius aquirunt si putationibus adiuerunt.

*Delectus ad satum*

*vs Castanea uisera uanae ad satum.*

*Terra delectus.*

*Terra praeparata.*

*Serendi modus*

*Quando transferenda cultus post sationem. Quomodo propaganda.*

*Quando putanda.*

*Satis & cultus ex Plin.*

*Non transferatur Plinio.*

Breuius pauld aliter Plinius: Castanea pedamentis omnibus praefertur facilitate tractatus, perdurandi peruecacia, regerminatione cedua vel Salice letior. Querit solum facile, nec non arenosum, maximeque sabulum humidum aut carbunculum, vel tophi etiam fatnam, quamlibet opaco Septentrionali que & praefrigido situ vel etiam decliui. Recusat eadem Gallicam [glaream D. Calcem, Vet.] rubricam, cretam, omnemque terre fecunditatem. Serit nuce diximus, sed nisi ex maximis non prouenit, nec nisi quinis aceruatim satis. Perfringi solum debet supra (supremum Vet.) ex Nouembri mense in Februarium: quo soluta, sponte cadunt ex arbore, atque subnascuntur. Interualla sunt pedalia (semipedalia, Col. sequipedalia Dal.) vndique sulco dodrantali. Ex hoc seminario transferuntur in aliud, bipedali interuallo, plus biennio. Sunt & propagines, nulli quidem faciliores. Nudata enim radice, tota in sulco prosternitur. Tunc ex cacumine super terram relicto renascitur, & alia ab radice. Sed translata nescit hospitari, pauetque nouitatem. Biennio ferè postea profilit. Ideo nucibus potius quam vivradicibus plantaria caedua implentur.

Cultura non alia quam supra dictis fodiendis supputandisque biennium sequens: de caetero ipsa se colit, umbra stolonum superuacuos enecante. Caeditur intra septimum annum. Sufficiunt pedamenta iugeri vnius vicinis vinearum iugerbis, quando etiam ea bifida stirpe fiunt, duranteque ultra alteram syluam suam caesuram. Damege-

*Ipsa se colit*

ronti Castanea plantatur & ex viuiradicibus, & ex semine. Securior est, eodem tradente, modus ex plantis: post duos enim annos fructum producit. Plantatur ab æquinoctio non solum à scytalis & ramis, sed etiam auulsionibus ac viuiradicibus, quemadmodum Olea. Seminantur porrò Castaneæ non similiter vt Amygdalæ & Nuces, sed acuminata parte sursum spectante. Mense Martio vel Aprili castanea inseritur sub cortice, teste Palladio, qui vtroque genere sibi probatum ait. Potest etiam inoculari. Inseritur in se & in salice, sed ex salice tardiùs maturat, & fit asperior in sapore.

Sevendi ratio. Insetio.

Salici.

*Enlmineam Salicem fecundant ardua membra Castanea, & multo pasta liquore vigent.*

Fago.

Idem inquit Virg. 2. Georg.

*Et steriles Platani malos gessere valentes, Castanea Fagos &c.*

Vergil. exponitur.

Dicit quid in quam arborem debeamus inferere, Fago castaneam, non enim in castanea fertili longè ignobiliore fructu Fagum faciliè inseruerit, Vnde aut Hypallage est, vt castaneæ Fagos sit, pro Fagi castaneas gessere, aut mutanda distinctio, vt sit:

Platano.

*Et steriles Platani malos gessere valentes Castanea, Fagos.*

Inglan-  
Robori.

Hoc est: Infecundæ arbores Platani fortes ramos castaneæ portauerunt. Seruius.

Castanea, teste Ruellio, Juglandi, Fago, & Robori infixæ comprehendit.

Annotat Bruyerius: Inseti quidem castaneas: verum non ita feliciter: nam longè plures deperire, quàm quæ incolumes euadant: operosissimamque esse insetionem.

Repositio.

Castaneæ seruantur vel in cratibus dispositæ, vel intra sabulonem, ne inuicem tangantur, vel in vasculis fictilibus nouis conditæ, & loco sicciore desossæ, vel inclusæ virgeis ex Fago receptaculis, & lutatæ, vt spiracula non relinquant, vel hordei paleis minutissimis obrutæ, vel palustri vlua densioribus sportis reclusæ. Pallad.

Vires & usus.

Castaneæ glandes, quum & ipsæ adstringant, similes etiam præbent effectus cum cæteris glandibus: maximè verò membranæ quæ sunt inter carnem atque putamen. At caro iis qui Ephemerum biberint conueniens est. Diosc. Castaneæ vehementer sistunt stomachi & ventris fluxiones, sanguinem excreantibus profunt, carnes alunt. Torrere has in cibis gratius. Moluntur etiam & præstant ieiunio fœminarum quandam imaginem panis. Simeon Sethi & Fuchf. calidas & siccas dicunt, ordine primo. De calore adhuc dubitamus, Coctæ in carbonibus, vel in fictili vase sicco assatæ, & cum melle ieiunio datæ, tussientibus profunt. Aqua in qua cum suo cortice decoquantur, cæliacis, dysentericis, sanguinemque excreantibus bibenda haud inutiliter propinatur. Interior membrana, quæ corticem fructumque discernit, ad tertiam partem decocta in aqua, & potui oblata, mirè aluum fluentem refrenat, adeò vt Dioscor. putet, etiam cathartico dato per hanc potionem iri obuiam posse, si plùs, quàm necesse sit, purget. Plin. Valer. Ex farina castanearum cum melle fit Electuarium vtile aduersus tussim & sanguinis sputum. Dod. Monet tamen Lacuna virides damnosas esse pulmonibus, ac ob hanc causam putat præter tunicam propriam etiam echinato illo cortice armatas esse, ne ab vllo animalium attingantur, antequam sint maturæ, in quam rem ampliùs inquirendum. Castaneæ tritæ cum sale melléque subactæ rabidorum ca-

Temperâ.

Tussis.

Cæliaca.  
Dysenteria.

Alui flu-  
xus.

Ad Hyper-  
catarsim.  
Elect. con-  
tra tussim.  
Sputum  
sang.

Cur echino  
armata  
castanea.  
Carnis rab-  
idositas.

num moribus vtiliter imponuntur, eodem & Matth. teste, & cum hordeacea polenta, & aceto illitæ mammarum duritias discutere hic ait cum Fuchfio: nos sientem impedire potiùs, quàm factam discutere censemus, ob adstringentem illarum vim & aceti repercuentem. Idem ventrem excitare, eò quòd flatum gignant, vult. Nos, quia stomacho graues, per se ad eam rem inutiles putamus. Interior membrana rubens, qua albicans pulpa circumuestitur ex vino austero pota, duarum drach. pondere, sistit valenter immodicos omnes alui fluores, & sanguinis reiectiones: quinetiam cum pari pondere ramentorum Eboris, alba fœminarum profluuia cohibet ex aqua albæ Nymphæe hausta, inquit idem. Possunt & cum farina subactæ pessi forma subdi, ad supprimendos menses, monente Fuchfio: sed priùs in aceto macerare suadet. Emulsio castanearum cum decocto Glycyrrhizæ extracta, addito pauillo feminum Papaueris, confert iis qui ardore vrinæ laborant, quòd remedium sibi communicasse Cratonem Med. Cæs. testatur Camer. Castanini olei meminit Sipontinus. Indi quoque, vt Plinius ait, è castaneis vinum conficiunt. Porrò de castaneis, quantum ad cibum & nutrimentum, variant inter se authores. Gal. inter crassi succi cibos castaneas cibo suaues recenset, atque adeò inter reliquas glandes, quanquam has suisbus magis quàm hominibus accommodatas dicat. Et alibi castaneas, siue elixentur, siue assentur, siue denique frigrantur, semper prauas dicit, & multò magis, si crudæ mandantur.

At Aëtius ex omni glandium genere optimas dicit castaneas, & solas ex sylu. fructuum genere memorabile alimentum sufficere. Esse tamen etiam ipsas capiti graues, vt pote dolorem eius inducentes: sed multò magis his Quercinas. Philo-  
timum in lib. de nutr. vbi citat Athen. tradit difficillimè omnes crudas digerere, atque peragrè solui, cum à Phlegmate in ventre retentæ fuerint, propter substantiæ firmitudinem. At Diphilus apud eundem castaneas bonum dicit habere succum, & multum nutrire: at duræ esse digestionis, multumque in stomacho commorari: tostas minus quidem nutrire, sed facile digerere: elixatas minus his esse ventosas, & magis nutrire. Sic & Simeon Sethi copiosum corpori alimentum præbere affirmat, sed difficulter concoqui, tardè transire, crassum humorem & capitis dolorem facere, flatuosas esse & ventrem sistere: sed si torrefiant: vel desiccantur, multum nocuenti deponere.

Cæna Bapt. Fieræ.

*Qua tibi gratia licet posito mollescat echino,  
Sicca est, & nimio Castanea igne calet.  
In caput & ventres inflata asperrima seuit,  
Ni spolia apportet mellis arundinei.*

Nimirum ad noxas eius vitandas cum Saccharo comedendas suadet. Non infestiuè tamen easdem ab hac iniuria vnico hoc disticho vindicauit Antonius Campanus quondam Episcopus Iteraniensis perdoctus. Castanea loquitur.

*Ventrosam qui me censent, ventrique timendam,  
Falluntur: ventos pello ego, non facio.*

Lob. Hællus:

*Si quem sacra tui victus Dodona inuabunt  
Setigeri, Stomachum vellet habere suis.  
Castaneas molles patula sub tegmine Fagi  
Ipse ego pro duris Glandibus esse velim.*

Sunt & ad panificium aptissimæ castaneæ, qualis sanè sit ab incolis illorum tractuum, vbi abundant, præsertim in montibus, vbi quotannis aliarum

Mammarum  
duritias  
Matth. ait  
Fuchf. b.  
ad ventrem  
excitant.

Alui fluores.  
Sanguis  
fluens.

Menses  
alba.  
Menses  
perflussi.

Ad ardorem  
vrinæ  
emulsio.

Oleum ca-  
staninum.  
Vinum  
castaneæ.  
Differunt  
authores de  
castaneis,  
nutrimentis.

Præuas  
esse

Bene nutri-  
re.  
Noxæ.

Nutrimen-  
ti  
varietas  
vnde.

Non esse  
ventrosam.

Preparatio  
ad panifi-  
cium, &c. dicitur  
diligent.

rum frugum annona deficit. Primum ut atatem longissimè prorogent [alternant enim Castaneæ, ut dictum.] castrantur lento illo suo cortice, qui sub echinato calyce primò subest: deinde proxima corpori tunica, quæ infestat saporem, detrahitur: mox ut siccentur exactè, curant sedulo. Nam cratibus sic delibratas imponunt, quas postea in caminis suspendunt: siccatas in vsus seruat: moluntque in farinam, ac tandem cogunt in panem, quo per hyemem victitant. Integras etiam plerunque cum suilla coquunt in capaci cacabo: vicèque pulmentarii ac panis iucundissimè vescuntur. Suprà dictum ex Plinio, molituram præstare ieiunio fœminarum quandam imaginem panis. Coquunt & solas ex aqua, atque ita bellariorum ceterorumque fructuum loco comedunt.

Annona  
refugium.

Fuere sanè refugium non semel Castaneæ miseræ plebeculæ in maxima anonæ caritate, ut Romæ compertum anno M. D. L. teste Lacuna.

Nostri homines torrerit eas non modò gratiàs, sed & in deliciis habent, præsertim amplissimas illas Marrones dictas, quas cum cæteris promiscuè diurnis ac nocturnis commellationibus apponunt: Galli & Itali etiam ex liquore rosaceo saccharato. Alii cum pipere & sale comestas, innocentiores putant, suntque reuera sic paratæ, illicia Bacchi ac Veneris: & de noxa sua plurimum remittunt.

Bacchi ac  
Veneris il-  
licia cum  
pipere &  
sate.  
Torrerit  
modi  
Alia præ-  
paratio-  
nis.

Torrentur duobus modis, vel in perforata patella ad ignis flammam, vel sub prunis & cineribus candentibus. Prius tamen quàm igni aut cineribus credantur, cultello obiter vulnerari debent, ut plagæ hiatu, flatus igne citatus euadat: alioqui ubi flagrantem incaluerint concepto intus spiritu, magno cum crepitu profiliunt, non sine adstantium periculo. Consumitur etiam meliùs stæteo-fa illa humiditas, quæ iis inesse putatur, & æqualiter torrentur. Præfertur posterior torreri modus: nam in sartagine tostæ vel patella ferrea, ut in cauponis fieri consuevit, partim comburantur, aut certè aliquid fuliginosi Empyreumatis contrahunt.

Diuitum culinæ porcellos, anserculos, gallinas & artocreatas iis infarciunt, sicque assant. Et quid non ingenioso excogitatum ventri. Portentosa gula hyeme ad focum luculentum tostas castaneas ex vino dulci, hoc est, musteo & nouissimè expresso mandi suavit. Ita vides qua ratione à summa necessitate, in qua iis victitabant homines, ad extremam voluptatem sit deuentum. Sed sibi solis ista habeant ventres. Nam in totum quomodocunque paratæ, operosæ sunt in cibo, & paulò tantùm Glandibus præstant.

Sexa.

Viscerum infarctibus oportuna: Colico dolori obnoxii inimicæ, & iis qui ad Calculum proclives noxiæ, si modus absit in edendo. Citra igitur satietatem edendas suademus.

Ligni & sus.

Materies arboris ædificiis atque aliis domesticis vtensilibus admodum apta est: siquidem non modò ex ea fiunt trabes, tigna, asseres & pedamentata, sed & cadorum costæ, & eorum cinctus, verùm ignariis inepta, testibus Matthiol. & Lacuna. Fabris tamen ferrariis carbones expetitos, quod citò extinguantur, ut antè dictum, suppeditat.

Carbones.

CASTANEA HUMILIS RACEMOSA.

CAP. VI.



**H**umilem Castaneam Io. & Locus  
duChoul nemini adhuc notam ut arbitrat, non longè à Pilatino monte contemplatam, depinxit. Matura nucis Auellanæ est magnitudine, echinato calyculo, corio, membranâq, tegitur. Sola nunquam suo calyculo includitur. Multæ simul racematim coherant. Gustu est insuauis. Sequentes ad hanc non referendæ,

Sapor.

nec huius sunt fructus: ob mox dicendam rationem quamuis fortè aliquam similitudinem habeant.

CASTANELLA PEREGRINA: AN-  
GOR ARBOR, CASTANÆ FRU-  
ctu amaro.

CAP. VII.



**A** pud Cl. C. Descriptio  
Bauh. hunc fructum primò vidimus & deinde à D. Robino Botanico Regio dono missum accepimus. Figura & facie Castaneam non malè representat, nisi quæ ea parte quæ sessilis est Castanea, hæc in gibbum elata sit & concolor, consimili corio vniuersam contegente. Magnitudinem ostendit icon: cortice integitur spadiceo, quali Castanea,

nisi quòd paulò saturatiore, & plusculis striis inæquali. A cuius summo ad imum mucronem hyli facie linea latiuscula, cinerea, striarum itidem eminentiis asperata protenditur, ut in altera iconum videre est. Superna partè, (sive infernam dicere lubeat) linea coronali cingitur, intra quam pars clausa nigrior, nullisque striis donata. Impressio arguit alteri cuidam adhesisse. Sapor pulpæ ex albo in fuscum inclinantis (fortè ob vetustatem) ac firmè, amaricans ac ingratus: Cæterùm oleaginoso, ut impressa aciculæ acies

prodidit: iuxta enim oleaginosum quid exsuda-  
bat, haud secus ac Nuci muscatae, adacta punctu-  
ra. Icon gemina utramque faciem ostendit. An  
Gor arbor. Scalig. de hac scribit ex. 181. parte 20. cum ait: Ad  
fluuium Nigir arbor, cuius fructus Castaneae si-  
milis, sed amarus: Gor vocant incolae. Hisunt  
Ethiopes sub Libyae solitudinibus. Io. Leo lib.  
1. descript. Africa tradit has arbores mirandae esse  
proceritatis, satis procul a mari in continente. Ca-  
eterum si nostra Castanella sit Gor, non potest esse  
fructus Castaneae humilis. Repugnat enim im-  
mensa illa proceritas, & locus ubi prouenit.

einereum, sub quo lateat alius succulentus, viri-  
dis, lignum ambiens, ut in Sambuco, vel Acere la-  
tifolia.

Matth. Castanearum aliud genus, in Orientali-  
bus regionibus, de quo tam apud Antiquos, *Castanea Orientalis*  
quam Recetiores neminem meminisse putat. Ar-  
bor est, inquit, spectata proceritatis, folio Pen-  
taphylli: Echinus fert in cacumine, magnitudine  
nostratibus aequales, subrufo colore, verum du-  
riore & crassiore putamine, aculeis raris, sed ro-  
bustis ac firmis, & colore flauescens. Singuli  
singulam continent castaneam, nostratibus ferè  
similem, crassiore tamen, cortice subnigrante,  
praeterquam anteriori parte: ea enim albicat,  
macula cordis effigiem praeseferente. Totus idem  
robustus est, simplex tamen, nullam intra se aliam  
tuniculam habens, quae carnem ambiat, illi simi-  
lem, qua nostrates castaneae conteguntur. Sapor  
pulpae vulgaribus ferè similis habetur, sed dulcior  
pauid, nec adeo mandentibus gratus, si tamen  
ex sicco fructu id quidem rectè percipi potest.  
Clusius quoque Veteribus ignotam censet. Lob.  
mixtae quasi naturae ex Fago & Castanea dicit,  
frondibus digitalis Ellebori, Castaneae alioquin  
simbriis donatam, in qua Echinus octennium  
aut decennium, eiusque nucleum claudit & tue-  
tur saporis perboni, seque nonnullas incorru-  
ptas praedulces gustasse in Musæo Rondeletii.

Casalp. nouam opinionem habet: putat  
Castaneam equinam esse, quam Plinius Myroba-  
lanum appellat folio Heliotropii herbae simili:  
fructu Nucis Auellanae, quae Glans appellatur,  
&c. At quae obsecro folii Heliotropii similitudo  
cum foliis castaneae equinae? Nos Myrobalanum  
illud Plinii relinquimus sub Nuce Myrepfica.

Equinam castaneam appellant Constantinopoli-  
tani, testibus Matth. Casalp. & Clus. qui ait Tur-  
cis patrio nomine *At ceestanesi*, vel *Ad castanesi*,  
eadem significatione ob mox dicendam causam.  
German. *Ross festen*: Gal. *Chastaigne de cheuat*: It.  
*Castagna di cauallo*, o *Castagne caualline*: Hispan.  
*Castanna de cauallo*. Anglic. *Horse Chestnut*  
*tree*.

Concedimus quidem Penae & Lob. Matthio-  
lum affabrè expressisse in sua figura, ad quam  
& nostra facta [excepto fructu] si modò flo-  
rem, quem primus pingit, descripsisset. Ut du-  
bii sumus an verus sit flos, vel fictus. Clusius sa-  
nè etiam in sua icone, quam habet in post. hist. o-  
misit florem

Nascitur Constantinopoli, & in Creta, vn-  
de folia accepimus à Cl. Medico Hon. Bello. Ra-  
mus etiam cum fructibus incipientibus à Clariss.  
Zuingero communicatus, qui ait sibi obseruatam  
inter Patavium & Veronam. Nobis arbor visa  
Florentiae in horto Ducis. Tam Matth. quam Clus.  
scribit sibi ramum missum Constantinopoli per  
Qualcebenum medicum. Hic speciatim sibi et-  
iam egregiè adoleuisse testatur, Viennae, & intra  
duodecimum annum, in humana coxa crassitu-  
dinem, duarumque Orgyiarum aut amplius alti-  
tudinem adoleuisse, latamque comam sparsisse.  
Frigoris patientissimam esse, umbræque & aqua,  
ut Platanum, delectari.

Adstringunt fructus, & flatus deuorati pa-  
riunt, si Matthiolo credendum: qui tamen pau-  
lò ante saporem tantum dulcem dixerat, nullius  
adstrictionis mentionem faciens. Idem & tus-  
sientibus & anhelosis equis plurimum auxilii af-  
ferre deuoratas affirmat: darique etiam sangui-  
nem reiciuntibus. Id de equis & Clus. affirmat, in-  
deque nomen apud Turcas traxisse.

CASTANEA EQVINA FOLIO  
MULTIFIDO.

CAP. VIII.

Descriptio



Folia.

Castanea e-  
quina, quae  
Florentiae vidi-  
mus in horto  
Magni Ducis  
Hetruriae, & ex  
qua fructu cum e-  
chyno decerptum  
habemus, ma-  
gna satis est ar-  
bor, quanta  
Morus, & valde  
patula: folia pal-  
mata sunt, ex  
segmentis pluri-  
mum septem  
composita, quor-  
um singula pin-  
nae marinae quo-  
dammodo emu-  
la, ex angusto  
admodum prin-

tipio sensim dilatantur, tandem in obtusum mu-  
cronem desinentia, per ambitum serrata, quamuis  
serraturas plerasque veteratoriè sculptor omise-  
rit, longitudine dodrantali: qua parte latissima  
sunt, palmum circiter lata, à costa media obli-  
quis ordine neruis in ambitum directis, coloris  
supernè atrouirentis, infernè hilarioris, sapore a-  
maricante. Porrò coeunt haec omnia in vnum  
longum pediculum, estque pediculorum situs  
oppositus. Fructus ipse non ita in conum desin-  
nit, ut vulgatae nostrae castaneae, globosior, alte-  
ra parte spadiceus: quae verò echino adheret, im-  
pressionem cineraceam ostendat, cui cortici, nul-  
la intercedente lanugine pulpa nostratibus cas-  
taneis similis subiacet. Echinus ipse multò cras-  
sior ac firmior, quam dicta, exterius rufus,  
prout siccus ostendit, internè albus, durus, sed  
rarioribus, breuioribusque spinis obsitus, firmis  
tamen & infestis, colorèque flauicantibus, qui per  
maturitatem in tres partes dehiscens, Nucem o-  
stendit, ipsius lateri infima parte inhaerentem,  
non à pediculo, ut reliquae. Hanc scribit Clus.  
Autumno cum folia amisit, protinus amenta-  
ceum quiddam extremis ramulis gignere, & tur-  
gidum, quasi parturiret, pingui ac lento humore  
conspersum, in quo culices & huiusmodi inse-  
cta harent, totaque hyeme ita perdurare, do-  
nec incunte Vere, & praematurè admodum, gem-  
mae in folia sese explicent. Corticem ramis tri-  
buit, nouellis quidem virentem, adultis autem

Fructus.

Echinus.

Amentum.

Culices.

Cortex.

Matth. ni.

Locus.

Satio.

Calim.

Vius & vires.

Tussis e-  
quorum  
Asthma  
Sanguinis  
spum.

CASTA-



CASTANEA PERUVIANA.

CAP. IX.

**Locus** Scribit Clus. in Hist. post. Castaneæ hoc genus sibi ab Abrahamo Ortelio Cosmographo Cl. donatum, quod is ex Peruana provincia delatum à Celeb. viro D. Aria Montano acceperat. Sphærica inquit, penè est figuræ hæc Castanea, nisi latera haberet paulò depressiora: præsertim vbi

**Cortex exterior.**



**Spina.**



**Putamen interius.**

pediculo inhaerit, cortice satis crasso, fragili tamen, & veluti fungoso obducta, coloris ex fusco aliquantulum flavescentis. Huic subsunt innumere, tenues quidem sed firmæ spinæ, putamini, quod nucleum includit, tenaciter inhaerentes: ipsum putamen fulcum est, non densum, sed lentum & fractu contumax, interiore parte laue & splendendum, quo

**Nucleus** continetur nucleus Amygdalæ [putamine suo libera] magnitudine & colore, forma autem leporeno reni similis, intus albus, sapore dulcis ferè vt Amygdala aut Castanea vulgaris.

**Sapor.**

CASTANÆ PURGATRICES.

CAP. X.

**Descriptio** Fructus est arboris eiusdem vastæ, Castaneis similis, sed calyce læui, non, vt illarum, echinato: eo calyce fructus continetur, Castaneis non admodum absimilis, sed sine cortice, & ferè quadratus, in duas partes diuisus, medium intercurrente, & totum deinde ambiente pellicula. Ex maritimis Nicaragua & Nata (quæ sunt in noui Orbis Cõtinenti) invehitur in hispaniam. Editur hic fructus viridis, aut contusus vino exceptus: si ficcus, eius puluis ex vino aut Gallinæ iusculo sumitur: datur etiam tostus, vt menses purget. quocunque tandem modo sumptus, sine molestia purgat, obseruatis iis quæ à purgatione obseruari solent, & præparatis prius, vt decet, humoribus. Illud verò minimè silentio prætereundum, pelliculam illam exteriorem & internam abiiciendam esse, alioqui grauiâ Symptomata excitaturam veluti ingentes vomitus, animi deliquia, & periculosa alui profluvia. Calidus est in primo gradu. Ex Costa: qui fructum Cholagogum vocat: It. Castagne purgatiue. Castanea purgantes Castor. Dur. Possis Germ. Purgierende Castanien. Gal. Chastaignes qui purgent, appellare.

**Locus.**

**Vires & Vfus.**

**Purgans.**

**Cautio.**

**Noxa pellicula.**

**Fructus Cholagogus.**

CASTANÆ SPECIE FRUCTVS

PEREGRINVS.

CAP. XI.

**Descriptio** Mediocre Castaneam non tantum magnitudine, sed & tota forma refert, vt pro ea primo obtutu possit fallere: Color tamen paulò



dilutior ad flauum inclinat: nitor & læuitas eximia, excepta basis portiuncula oblonga, quæ videtur aut arbori aut echino adhæsisse. Cortex extimus admodum tenuis fragilisque, cui fungosa substantia adnata subest. ipsa verò cavitata vacua est: quo fit vt insignis totius fructus læuitas. Hunc Ill. nostro Principi misit D. Paludanus nomine Fructus peregrini Indici.

**Descriptio**

**Cortex.**

LEUCOMA FRUCTV CASTANÆ.

CAP. XII.

**Descriptio** Fructus quem ex India accepi, inquit Monar. Leucoma eis dictum, similis est nostrati Castaneæ, cum colore, tum magnitudine, tum etiam scissili illa & albicante parte, quam Castanea obtinet, quæ prægnans videtur. Arboris est vastæ magnitudinis, materiæq; firmæ & robustæ, cui folia Arbuti. Fructum edulem, gratique saporis esse aiunt, & alui profluvia sistere, quoniam adstringit. Temperatum asserunt.

**Descriptio**

**Arbor. Fructus. Vires & Vfus. Alui profluvia.**

GLANS INDIAE DV CHOVL.

CAP. XIII.

**DVChoul** in fine libelli sui de Quercu scribit: superesse Indiæ Glandes, Latinis suo iudicio & Græcis incognitas, de quibus se non posse aliquid viris optimis tradere, neque describere, quoniam arborem non viderit. Egregiam sanè verò exultationem: quasi verò interim non ipsam Glandem sine arbore describere potuisset. Exicone [ si quando viderint ] occasionem fument studiosi, inquirendi, an non aliquid commune habeat cum Castaneis purgantibus antea descriptis. Nobis sanè videtur, quoad figuram accedere ad Ahouai, de quo inter Nuces exoticas lib. 3.